

1
5
376
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE - FIRENZE

JO. BAPTISTÆ PASSERII

PISAURENSIS NOB. EUGUBINI

Proth. Apostolici, ac Regiarum Academiarum Londinensis, & Olomuciensis, ac Italicarum Cortonensis, Instituti Bononiensis, ac Furfuratorum Socii

IN THOMÆ DEMPSTERI

LIBROS DE ETRURIA REGALI

PARALIPOMENA,

Quibus Tabulæ eidem Operi additæ illustrantur.

ACCEDUNT DISSERTATIONES

DE RE NUMMARIA ETRUSCORUM, DE NOMINIBUS ETRUSCORUM, ET NOTÆ IN TABULAS EUGUBINAS.





LUCÆ MDCCLXVII.

TYPIS LEONARDI VENTURINI

CENSORIBUS APPROBANTIBUS.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

JO. FRANCISCO S. R. E. CARDINALI STUPPANIO

EPISCOPO PRÆNESTINO.

JO: BAPTISTA PASSERIUS PISAURENSIS
Perennem Felicitatem.



Ene, & ſapienter dicere ſolebas, PRINCEPS EMINENTISSIME, cum Piſauri pro Santa Sede Legatus inter Metaurenſis Provinciæ ſollicitudines ſcientiarum omnium ſtudia exſcitares, exemploque tuo, & patrocinio confoveres, Antiquitatum indaginem eſſe partem præcipuam Philoſophiæ; qui enim in ipſius veſtibulo conducimur ad cognoſcen-

dum quid ſimus, quantulamque partem in magno rerum ordine occupemus, in Antiquitatum ſtudio quid fuerimus, intelligimus. Profecto miſerrimum foret, ac deſidioſum non traſgredi noſtra tempora: Latet quippe imminens nobis futurum, quo traſmittere curamus voculam noſtri ſuperſtitem, nec alia nobis ſpatia excurrenda patent quam temporum præteritorum, in quorum maximo apparatu quid imitandum, quidve vitandum ſit, & ratione, & ex rerum exitu dijudicamus. Hinc cognitio noſtri generis ab ipſis originibus derivatur, quove jure, quibuſve moribus majores noſtri uſi ſint, intelligimus, quæve bona ab illis in nos traſmiſſa, vel abrogata; quæve ex iis repetenda, quæ differenda; illudque pulcherrimum intelligere, ſi profecimus, ſi in deterius declinavimus. Ingens hæc cognitio, face hiſtorica præeunte, Chronologia, & Geographia ſuppetias ferente productis in conſpectu ſingulorum temporum monumentis qua ſcriptis, qua figuratis tantam fidem hiſtoriæ afferit, ut jam non miniſterio famæ antiqua ſæcula agnoſcas, ſed manu tan-

gere

gere, & prehenſare Tibi videaris. Male igitur nimis de antiquitatum ſtudio ominantur, qui illud putarunt circa exeſa Numiſmata, & veterum Ollarum cruſtulas circumſcribi, nullum proventum Reipublicæ allaturum, niſi tetricorum hominum voluptatem. Ad hanc calumniam reiciendam in indoctiſſimos hominum, qui numquam antiqui futuri ſunt, unum profero ex innumeris argumentum ex aureo opere Thomæ Dempſteri de *Etruria Regali*, qui accedentibus curis immortalis viri Philippi Bonaroti antiquam noſtram Etruriam, quæ olim per totam fere Italiam erexit dominas faſces, ſed temporum, & Potentiorum invidia nomine tenus incognitam e tenebris exſcitavit. Ejus ope ſuis ſedibus reſtituimus deletas urbes, & Populorum Principes ordinamus, ſacra, jura, Magiſtratus, moreſque ita cognoſcimus, ut nunquam interiiſſe reputemus. Id opus, Princeps Sapientissime, Tibi familiariſſimum, ex quo Florentiæ apud Magnum Ducem Nuncii Apoſtolici honore fungebaris maximam de Etruſcis antiquitatibus opinionem ingeſſerat, cum præſertim quo-

tidie nova in lucem monumenta produci, & ſponte ſua erumpere inſpiceres haud obſcuro argumento ſcientiam hanc ætati noſtræ præſervatam; maximum illi decus allaturam, ſi civium ſtudia in illam excolendam contenderent. Cum vero Piſauri inter aſſiduas illas exercitationes literarias, quas maxime fovebas, ſæpiſſime de hiſce antiquitatibus ſermo occurreret, non ſine aliquo ſcientiæ incremento, è re publica fore duxiſti, ut nova hæc lumina, & qualeſcumque progreſſus operi Dempſteriano accederent; ut quod omnium primum hanc antiquitatis partem vehementer illuſtraverat, fructus hoſce veluti jure ſuo ſibi vindicaret. Hiſce ego monitis exſcitatus, Te auſpice, Teque otium miniſtrante, atque Tuos inter lares lucubratiunculas haſce in monumenta operi Dempſteriano adjuncta jamdiu meditata, nondum abſoluta ad extremas curas revocavi, quæ veluti Paralipomena idem opus ſequerentur, tabulaſque æri inciſas luculentius explicarent. Irrito tamen labore manum ultimam appoſui operi, quod ſubiit fortunam meam, coactum peregrinari poſt

tuum

tuum a Provincia nostra discessum, quod Patriæ meæ luctuosissimum fuit. Arrisit tandem huic operi pro sua in literas propensione, ac munificentia Præsul Amplissimus MARIUS GUARNACCIUS Patricius Volaterranus, quem ego *Genium veteris Etruriæ* appellare soleo, qui e tenebris studium hoc meum in lucem publicam revocavit. Quantum debeant literæ summo huic Viro nemo est, qui jam ignoret. Nam omni disciplinarum genere ornatissimus tantam Etruscorum monumentorum copiam, Sigillorum, Nummorum, Urnarum, Vasculorum, atque instrumentorum, domi suæ veluti antiquitatum sacrario collegit, ut vel ipsa sola, sublatis cæteris, gloriam veteris Etruriæ valeat redintegrare. Si quid ergo labor hic meus hisce studiis profuturus est, Clarissimo huic Viro totum referatur acceptum. Utinam utriusque vota ex sententia succedant, in quo TE primum maxime idoneum Judicem habeo. Quod nisi assecutus sim, id unum sane attigero, ut in studio TIBI acceptissimo, & TE imperante versatus, devotæ TIBI mentis testimonium proferam, quod

nun-

nunquam facere intermittam. Vale, PRINCEPS EMINENTISSIME, in ſpem bonorum omnium, & literarum.

Ferrariæ ex Caſtro

Kalend. Septembris MDCCLXV.

PRO-

PRODROMUS THUSCUS.

SI quid umquam trepidanter aggressus sum in Antiquitatum studio, quod mihi unum inter tantas curarum angustias levamen relictum est, id sane fuit, Etruscas Tabulas Dempsteriano operi additas illustrandas suscipere, quod amicorum suasiones, & pene importunitates obtinuerunt, ex quo præsertim Cl. Brukerus Pinachot. Dec. VII. *anno* 1748. *edita hujus operis ex tunc parati mentionem fecerat. Nam ex una parte vigebat argumenti difficultas in perscrutandis antiquissimorum populorum institutis, quorum indolem, ac pene spiritum indagare oportebat. Ex alia parte deterrebat me, & quodammodo consternabat ea ipsa retractare, quæ Vir Maximus* Philippus Bonarotus *Senator Amplissimus vel explicavit, vel aggredi non est ausus, cui non parum detrahere mihi videbar, si vel minimum unguem ab eo recederem, cum præsertim, eo auspice, id studium emerserit; quod nisi ille præstitisset, vix fidem adhiberemus Scriptoribus, qui antiquos Etruscos aliquando extitisse, literis commendarunt.*

At omnes hi, qui cum summo Viro domestice diu versati sunt, ejusque egregiam indolem perspectissimam habuerunt, longe ab illius votis hanc meam cunctationem aberrare renunciarunt, neque me Genio illius injuriam majorem fore illaturum, si scientiam hanc, quam ille summopere amplificari desiderabat, inopportuno quodam obsequio posthaberem; dicere solitum, se nihil magis in optatis habere, quam Etruscam antiquitatem ita illustrari, ut quidquid ille [quod sane magnum, & praclarum fuit] in hac studia contulerat, minimi aliquando haberetur; digna quidem Viro Maximo verba, qui Patriæ suæ gloriam magis quam propriam prosequebatur, quæ tamen vel invitum semper subsequetur, quam si quid inventis addimus, illius memoriæ referimus, fatentes ingenue per quem profecerimus.

Quod vero nos ab omni audaciæ nota penitus purgat, est, quod progressus hosce non nobis referamus, sed ingenti monumentorum copiæ, quæ subinde prodierunt, urnarum præsertim, ac depictorum vasculorum, quæ ea ætate vel terra occultabat, vel inscitia possessorum oblivione obruebat, quorum multiplici collatione ac meditatione multa circa Etruscorum mores assequuti sumus, in quæ monumenta si Cl. Bonarotus *incidisset, multo plura his, quæ a nobis expectantur, præstitisset. Nihil igitur nobis, qui nulli sumus, in hac re deferimus, sed temporum felicitati. Potissime vero Præsuli Amplissimo* Mario Guarnaccio, *qui post Bonarotios, Salvinios, Averanios, & Gorios, Viros summos, sibique familiarissimos e vivis ereptos ad restituendam Etrusca literatura glo-*

*gloriam Dei Numine constitutus est, qui liberalitate sua doctrinam æmulante, & indole pene regali, quod privatos omnes deterruisset, collectis undique, præsertim verò ex agro Volaterrano veterum Etruscorum exuviis, admirandum ex illis Museum * cumulavit, quo uno testimonio nationis nostræ antiquam majestatem instauramus. Quæ quum ita sint, nos, qui Etrusci sumus, atque in Etruria nati, symbolam in hæc monumenta illustranda nostram conferre proposuimus, illud in primis professi, quod, quæ certiora sunt, audacius proferemus; dubia, nonnisi per conjecturas explicabimus; obscurissima denique felicioribus ingeniis explicanda reservabimus, meliora in omnibus, quum producantur, libentissime suscepturi.*

Ut vero aliqua summatim dicamus de monumentis, quæ in hoc opere continentur, ea omnia, & si quæ alia sunt, in sex Classes commode distribuemus, quarum singulis observationes quædam generales oportet præmittamus. Summa illorum divisio est in Scripta, *&* Figurata. *Illa linguam respiciunt, hæc mores. Sunt & Mixta, in quibus sculpturæ etiam scriptura juncta est. Utraque complectitur. I. Simulacra, atque sigilla. II. Vasa sacrificialia, & Donaria. III. Urnas, & Cippos. IV. Vasa picta. V. Rem Nummariam. VI. Gemmas incisas.*

Ut vero de singulis aliqua præmittamus, & a Simulacris incipientes, ea omnia in sacra, & profana dividemus: rursus sacra in Statuas Deorum publicas, & privata Sigilla, quæ divisio licèt vulgaris, multum tamen confert ad illorum intelligentiam assequendam. Sacra produnt symbola Deorum notissima, & a Græcis, & Latinis sculptoribus usurpata, immo & obscura, quæ a cognitis aliquo modo dependent, ut cùm Jovi brevis lancea pro fulmine tribuitur, arma Laribus Vialibus, atque, ut dicebant, Hostiliis, qui hostium impetus repellerent, nodosus baculus Lari domestico, qui jure privato domum sibi commendatam a latronibus tueretur, securis Intercidonæ, pilum Pilumno &c. & his similia, quæ in Deorum imaginibus intuemur. Vestium cultus ab usuali recedens, & congesta præter modum ornamenta bullarum, armillarum, & torquium divinam imaginem ab humana discernunt. Ita pariter instrumenta sacrificialia, patera, ac placenta.

Non negaverim tamen Etruscos habuisse simulacra virorum illustrium honoraria, quæ in foris, aliisque publicis locis statuerentur; cujusmodi est illa Perusina ad Pilas inventa, de qua infra Tab. XL. & fuere illa duo millia statuarum, quarum diripiendarum causa Romani Volsiniis bellum intulerunt. An vero consueverint Etrusci statuas fœminis ponere

* Hujusmodi Musei Etrusci descriptionem habes in Epistola ab eodem Ampliss. Præsule Guarnaccio scripta ad D. Abb. Sebast. Donatum, ac edita in *Supplemento ad Nov. Thesaur. Veter. Inscript.* in Præfat. Tom. I. pag. V. & seqq.

ponere nullo adhuc idoneo testimonio compertum est: Fœminea enim simulacra, quæ hucusque observavimus, Deabus attribuimus. Et revera vix crediderim, Etruscas fœminas præter conditionem sexus facinora illa tentaße, ut statuarum honore potirentur, quemadmodum Clelix *constitutam fuiße narrat* Plinius *XXXIV. 6. legibus tamen deinde reclamantibus, & Catone vociferante, mulieribus Romanis statuas poni in Provinciis.*

Obviæ tamen sunt imagunculæ tam Virorum, quam fœminarum reclinatæ in operculis Urnarum, quas ego minime Iconicas puto, sed tantum symbolicas, ut eo indicio dignosceretur, viri ne, an fœminæ cineres in urnula conderentur. Nam hujusmodi Urnulæ jam officio paratæ venales prostabant in tabernis, ut quisque domesticis suis vita functis quamcumque elegisset, compararet. Duplici argumento hæc opinio comprobatur; fictilium Urnarum imagines ectypæ sunt: multas enim observavimus ex eadem ipsissima forma expressas; Marmoreæ vero diuturnius opificium postulabant, quam quod mortui hominis funus pateretur, ideoque putandum est jam paratas extitisse, ac proinde veram defunctorum imaginem exprimere non potuiße.

Cæterum, quod pertinet ad Deos, observandum est, nondum marmorea illorum simulacra fuiße observata: nam quæ infra referuntur tofacea, in censu donariorum reponenda sunt, quæ privata religione Voti solvendi causa a Matronis offerebantur, ut colligimus ex illorum inscriptionibus. Hinc mihi oboritur suspicio, Etruscos simulacra ærea marmoreis prætulisse, veluti nobiliora, profecto & costantiora, nisi ostilis incursio, atque direptio illis nocuisset. Abundabant enim Etrusci æreis venis, ut infra demonstrabimus in Dissertatione de illorum Re Nummaria, & statura facilior est quam sculptura, obsequentissimo subsidio ceræ & argillæ. Obstitit igitur perseverantiæ pretium materiæ, & facilior traductio, cum notum sit arrogantiam victoriæ Deos etiam attigisse, atque habuisse captivos. Hinc miraculi instar est, si extra Urbem Romam Municipalium Deorum signa aliqua inveniamus. At contra de privatorum Sigillis, quibus facilius hostilis furor pepercit, aut sollicite a domesticis occultata ætati nostræ præservata sunt. Non negaverim tamen Etruscorum opulentissimos habere potuiße in Lurariis majora Deorum signa, & e contra stetisse in Templis minutiores. Deorum imagunculas, quas religionis causa privati dedicabant, sed & hæc direptionibus facile patuerunt, ita ut intra Sacrorum lucorum ambitum rarissima ærea signa inveniantur, at contra vis immensa fictilium anathematum, quæ nullius avaritiam sollicitabant; unde sequitur, quod multitudo illa Etruscorum sigillorum, quæ in Museis asservantur, atque in dies eruuntur in censu Numinum domesticorum, qui in privatis Larariis servabantur, sit reponenda. Hanc conjecturam subsequitur altera, quam

nobis suggerit incredibilis pene copia simulacrorum domesticorum, quæ apud antiquos extiterunt, in quorum comparatione multo decrescunt, quæ in locis publicis colebantur. Quæ enim vel inops familia suam Vestam non habuit, Lares, Genios & eos utriusque sexus, quæ Deos Conjugales, Natalitios, Averruncos, *& antiquis ac fumidis novos insuper, & novos superaddere non fategit? Pronius ergo est, ut credamus imagunculas hasce, quæ copiosiores erant in familiis, quam quod in Templis ad penum privatum pertinuisse, quam quod ad publicum cultum, cui quæ addicta erant, & longe majoris molis extitere, & facilius destructa sunt. Maximi tamen momenti hæc observatio est, ne inter hæc signa alios Deos præter privatos atque familiares inquiramus, nisi manifestissimis signis nobis se prodant, quod rarissime accidit, cum nondum* Jovem Thuscum, Cererem, Dianam, Venerem *invenerimus. Martes vero tam insigniter cristati omnium obvii mihi Lares Hostilii sunt; cum enim* Martem *&* Vulcanum *veluti periculi plenos extra Urbem collocarent, nunquam adducar, ut credam in privatis ædibus tam frequentes fuisse, ut superstites illorum reliquia omnia Orbis Musea occupurint.*

Restat, ut aliquid de illorum artificio attingamus. Thuscum artificium, præsertim antiquius, suburbanam quandam redolet siccitatem, non sine laboriosa diligentia in vestium ac parergorum expolitione, quæ Ægyptiis modis maxime affinis est, nisi quod Thusci motus aliquos signis suis indidere, animi passionibus exprimendis aptissimos, quo lepore Ægyptii caruere. Hausit vero Etruria circa sui occasum Græcam, Romanamque elegantiam, quam redolent majoris molis sigilla Dempsteriano operi inserta, & quæ Cl Gorius *& nos ipsi nuper publicavimus ex ditissimo* Coratiorum Thesauro, *quæ ut plurimum Thusca dedicatione adornantur. Ea vero omnium hujus nationis recentissima puto: nam & venustate lineamentorum, & proportionum elegantia, & audaciore vestium complexu summam in Etruria artis perfectionem ostendunt. Fuere, qui dubitaverint, ea a Græcis fuisse expetita, cum Etrusca inscriptio infigi potuerit etiam operibus peregrinis. Est tamen, quo sigilla hæc absolutissima Etruscis asserantur; ubi enim torquibus, bullis, calceis, & aliis ornamentis, quibus Græca, & Romana opera carent, adornentur, non video, cur Majoribus nostris invideantur.*

Transeo ad Pateras, nobilissimum antiquitatis caput, ac ætati nostra reservatum, quum superiore vix illarum paucissimæ innotescerent. De his plura nobis inquirenda sunt, an Etrusca inscriptio, qua adornantur, illas ab Etruscis artificibus concinnatas fuisse evincat, seu potius inter opera dubia asseramus. Et duo sunt, ex quibus de illorum Etruscitate dubitemus. Primum, quod in illis fere semper Græca fabula signata videantur, cùm e contra sciamus gentem

tem

tem hanc nostram proprias fabulas habuisse, quin peregrinis adeo deferret. Alterum quod Pateræ isthæc ansatæ alienæ fuerint ab usu Latinorum, & Etruscorum, quorum Sacerdotum, Deorum, ac defunctorum imagines Pateras gerant æquo orbe circumscriptas, & omni manubrio destitutas, uno tantum umbilico sursum extante, quo per digitum indicem firmius continerentur, ne e manu diffluerent. Nec multum turbabat Etrusca inscriptio, quum alioquin sciamus veterem Græcam scripturam Etruscæ simillima extitisse; unde non inaniter dubitabamus, hæc a Græcis artificibus mercis loco in Italiam fuisse adducta, vel quum Græcæ urbes a Romanis direpta sunt, nostris opibus accessisse. En deditionis formula apud Liv. lib. 1. Deditis ne vos, populum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, UTENSILIA DIVINA, humanaque omnia in meam Populique Romani ditionem?

At hæc tanti non sunt, quin supellectilem hanc nobilissimam nationi nostræ auferamus, quæ quum in proprio solo, fanis, at sepulcris illam inveniat, & propriis characteribus signatam, esto Græcis simillimis, illa jure sibi propugnat: nam longe alia est Græcorum dialectus in Deorum nominibus exprimendis, ex quibus multa sunt ipsis Græcis ignota. Præterea fabulæ græcæ minime peregrinæ extiterunt Etruscis, qui Græcorum scripta, & præsertim Poetarum in deliciis habuere, ut præsertim Homerus ex Etruscorum sculpturis commode possit integrari. Hi vero, si proprias habuerunt fabulas, eas tanti non faciebant, ut anteferrent illis augustioribus, quæ divinum genus genti suæ asserebant, & tum Diis Immortalibus affinitatem. Nobis etiam post tot sæcula natis superest hæc reverentia, nec quidquam magnificentius audimus, quam cum in auribus tonat, aut Simois aut Xantus, & Pergama Thuscorum manu ædificata, nec nisi Deorum omnium dissidio resoluta. Nec minimum turbat, quod Pateræ manubriatæ in Simulacrorum manibus, & anaglyphis non videantur, quasi Etruscis ignotæ fuerint, & rotundas tantum usurparint: nam id in Sacris publicis, atque funeribus observatum est; at contra in domesticis, in quibus ansatæ adhibebantur, ut luculenter ostendunt eorundem Sacrorum schemata in vasculorum picturis expressa, in quibus constantissime ansatæ sunt; quod fortasse religione non caruit, ne privata utensilia, quæ quisque sibi usurpabat, Sacris solemnibus, at Sacerdotibus promiscua essent.

Ad donaria transitum faciamus. Multa quidem & omnis generis extitisse in Thuscorum Templis, quemadmodum & in cæteris omnibus nulli dubitamus. At ex his omnibus duo tantum ad nos pervenere literis insignita Galea ærea, & Umbo clypei cum Gorgone. Galeam alteram pariter inscriptam repertam fuisse ætate nostra in agro Tuderte sub Monte Castelli scriptis commendavit in Diario Antiquitatum Patriæ suæ *oculatus*

latus testis Jovaanellius. Hasce vero inscriptiones nihil importare tredimus nisi dedicationem, hoc est nomen dedicantis, causam dedicationis, & Dei nomen, in cujus honorem anathema suspendebatur, quemadmodum se habet illa Virgiliana,

. . . . & rem carmine signo
Æneas hæc de Danais victoribus arma.

Et illa frequentissima apud Pausan. in Eliacor. poster.

Cleosthenes posuit me Pontius ex Epidauro
Victor equis palma clarus Olympiaca.

Et rursus;

Me Jovi Olympiaco posuit donum Cheronesus
Miltiadis ductu cum mænia cæpit Arati.

Et deinde;

Carcere ab Eleo docuit, qui mittere currus
Mi auctor Cleætas natus Aristocleo.

In quibus observatur vetus illa dedicationis formula, in qua donarium ipsum loquitur Me posuit, *cui facile respondet particula Etrusca* MI *frequentissima in hisce inscriptiunculis. In his Dei nomen quandoque prætermittebatur: num locar ipse, in quo Donarium constitutum erat, defectum supplebat.*

Huc referri possunt Arulæ ex ære in candelabri formam concinnatæ, quarum multæ Perusiæ, Tuderti, & in plerisque Etruriæ Museis asservantur. Conflabant plerumque ex columella tripode discis foliatis deorsum repandis referta, in cujus apice crater sistebatur ad thura incendenda dispositus. Ne plerumque adeo breves sunt, ut sine basis auxilio nullius usus olim extitissent; quas quidem privatis larariis deputamus; quæ enim publicorum sacrorum usui uddicta erant, & mole majores, & prócerioreś fuisse superstitum exemplo comprobamus. Arularum privatarum minoris molis unam, sed inscriptione Etrusca insignitam, vulgavimus, & illustravimus una cum cæteris monumentis Etruscis Cortonæ effossis, quæ in Museum Coratianum concessere, ubi plura circa illorum usum & formam explicata sunt. Fuere & tripodes plicatiles, qui inter rariora Cimelia recensentur, sed adhuc nullum ex his observavimus, qui Thuscis nostris indicio certo valeat adscribi.

Venio ad Urnas. Aliquando Etrusci pro populorum & institutorum diversitate mortuorum Cadavera integra humarunt, ut suo loco exponemus. Sed frequentior apud illos fuit combustio, quæ urnarum speciosissimum ingentem vim nobis praeparavit Hæ triplicis generis sunt, lapideæ, fictiles, & thoreumaticæ. Lapideas adhibuere populi montium accolæ Perusini, Tuderter, & Volaterrani, qui lapide sculptili abundantes, illum mortuis recondendis addixerant. Hæ omnium nobilissimæ sunt,

quippe

quippe quæ sui materia patriam, & artificium Etruscum incunctanter profitentur. Mole tamen excedunt cæteras, quippe quia lapis Tiburtino similis ac rudiusculus attenuari non patiebatur sine inconstantiæ periculo. Has aliquando coloribus fuisse vermiculatas nuper agnovimus, cùm patefacto Perusiæ sepulcro quindecim urnæ Etruscæ ibi inventa sunt omnes lapideæ coloribus distinctæ, ut suo loco exponemus.

His nomina sculpta sunt qua in operculo, qua in urnæ fronte: firmabantur vero invicem lamellis ferreis plumbo infuso obfirmatis ad cinerum securitatem. Unam tamen assequutus sum, cujus operculum claviculis mobilibus arctabatur aneo superne annulo inserto, ut quotannis in parentalibus attolli posset ad libamina cineribus infundenda. Sunt denique, quas nullum artificium firmaret, & sola operculi gravitate tutarentur. Fuere, qui lapidis inopia tofaceas fecerint, immo & gypseas, & Signino opere ex calce, & testulis omnium infirmiores, quas picturæ auxilio adornabant, cujusmodi Tuderto allatæ in Museo Oliverio asservantur. Argumenta vero sculpturarum, quibus decorantur, vel mores gentis exprimunt, vel historiam. Ad primum caput referuntur Nuptiæ, pompæ nuptiales in carpentis, convivia, Magistratus, eorumque processus & insignia, sacra quædam, ovationes, &, quæ cuncta claudunt, funera, & cœna parentales. Ad historiam refero Græcorum facta, quæ præsertim ad bellum Trojanum pertinent, & Trojanorum in Italiam adventum, qui Etruscos mire tangebat. Fabulæ tamen plerumque tristes, & cruentæ, ac mærore plenæ eligebantur, quæ mortuis maxime convenirent; quemadmodum & spectra inferna, quæ familiaria animabus reputabantur. Erant præterea hîc monstra, veluti fabularum compendia, quæ tenuioris ingenii artifices usurpabant, ut signis hisce ea facta indicarent, quibus exprimendis impares esse cognoscerent.

Qui vero secus mare loca marmoribus destituta incolebant, ne mortui graves essent vivis, induxere fictiles urnulas ectypo opere adornatas, in quarum operculis imagines mortuorum in lectulis reclinatas collocarunt. Harum emblemata sunt cædes Eteoclis, & Polynices, pugna Heroum Cadmæorum, Hechetlæus Persas aratro prosternens, Nuptiæ & vix aliud supra. Procedunt tamen ex typo absolutissimi artificis, fere semper coloribus distincta, quandoque & auro ornata. Has vero in sepulcris supra quosdam gradus ad id opus dispositos ordinabant, vel in loculis condebant inscripto defuncti nomine vel minio, atramento, ut in Clusinis videre est. Hos vero loculos aliquando, præsertim Politianenses, tegulis super inductis claudebant, & Cineraria ab hominum oculis segregabant, quibus quidem tegulis nomina graphio incidebant, quæ veluti inutilia in urnis prætermittebantur, & quæ a tegulis segregata anonima sunt. Hujusmodi vero tegulæ ob scripturæ utilitatem in pretio sunt, illarumque vim ingentem e Museo Nobilissimi & Ornatissimi Buccellii exceptam peculiari Dissertatione illustravimus Mus. Etrusc. Lib. III.

His

His contermina sunt Urnæ Thoreumatica, vasa nempe in calicum formam elata repando ore, atque ansata, quæ Campanis maxime placuere, apud quos frequentiora sunt, quam quod in cæteris Etruriæ Urbibus, in quibus inveniuntur quidem, sed rarius. Hæ picturis adeo commendantur, ut sine jactantia asseramus, Etruriam veterem fere totam horum auxilio posse restitui, ut ex illorum ingentissima collectione, in quinque volumino per nos digesta, palam fieri posse, confidimus. Hujusmodi vasa, quæ cineribus plena inventa sunt, non alio operculo tegebantur, quàm lance escaria deorsum inversa, quæ facile functa sacrorum funebrium ministerio, tutelam cinerum non invita suscipiebat.

Cippi Etruscorum sepulcrales in columella formam producti, & in conum desinentes in agro Perusino quandoque inventi, obvii verò in Clusino, diu pro Mutinis habiti sunt, forma haud multum repugnante. Illorum usum primus omnium ego Mortuis restitui in meo Acherontico, nihilque importare ostendi, nisi indicia, quæ in agris statuebantur, ubi corpus humatum esset. Itaque rudiore & ampliore basi munita sunt, ut firmiora ad caput mortui consisterent, & Inscriptione per longum incisa nobilitantur, quo signo constituto posteri, tanquam ad aram mortuo sacram justa referrent. Magnam quoque illorum vim illiteratam in agro Senensi se vidisse mihi testatus est Vir amatissimus Abbas Ferdinandus Julionus, qui facile in privatorum agris areom sepulcro consecratam a profano discriminabant notissimo tunc signo, quod sine literis commonebat familiares, quo foret abstinendum.

Vasa picta numquam in pretio non fuere; testatur enim Suetonius in Jul. *cap.* 81. *illa avidissime a Romanis, in colonia Capua deductis etiam veterum sepulcrorum disjectione conquisita. Magnam quoque illorum vim a Cardinali Casio duobus ab hinc sæculis collectam stetisse in illius bibliotheca testantur antiquitatum Romanarum ejus temporis Scrutatores, quæ deinde in* Museum Gualterium, *tandem in Vaticanam Bibliothecam concessit. At nunquam ardentius quam ætate nostra conquisita sunt, ex quo plurimis illorum evulgatis, & elegantia, & eruditione refertissimis prædicari cœperunt. Multa de his præmisimus in illorum collectione, & præsertim an Etruscis tribuenda sint, ex quo cum frequentissime in Campania reperiantur, fuere, qui illa nobis inviderint. At integro libello, cui titulum fecimus* Vindiciæ Etruscæ, *calumniam hanc propulsavimus, & pulcherrimam hanc antiquitatum nostrarum partem Etruscis asseruimus.*

At ne putemus, in unum sepulcrorum usum fuisse concinnata, in quibus revera inveniuntur, monet illorum forma, & moles tam varia, & cineribus excipiendis inepta; quopropter hinc segregamus lances, pocula, guttos, urceolos, simpula, & lagenas, quæ arcto, & longoque collo prædita sunt, quos ad liquores propinandos in parentalibus, aut ministrandos in Silicerniis destinatas putamus; Hujusmodi

vasa

vasa, vel casu in sepulcris dimissa sunt, vel consilio, ne in reliquis vitæ usibus semel funestata traducerentur: nam & hæc omnia, licet imparis artificii sæpissime in Latinorum sepulcris observamus inania plerumque, nisi quæ diluto imbribus limo obstructa sunt.

Argumenta picturarum varia sunt, expetita vel a fabulis, vel a moribus, & cæremoniis Etruscorum. Sed cum fabulæ ipsis moribus alludant, ut nuptiæ Jovis *&* Junonis, Herculis *&* Hebes, Bacchi, Pirithoi, *& his similes, placuit eorundem pictorum vasorum seriem ita ordinare, ut singulis humanæ vitæ casibus respondeant; quapropter præmisimus Picturas gamelias, adiecimus natalitias, dein quæ virilis togæ dationem exprimunt. Præterea, quæ vitæ officio Magistratus, sacerdotia, bella, venationes, spectacula, tandem funebria, in quibus sepulcra, aræ funebres, parentalia, & mortualia sacra observantur; quæ quidem classis sæpe aptissimis fabulis exornatur, nempe Heroum cladibus, atque Apotheosi, nec non Initiis, quibus Hominum animæ expiatæ Deos post obitum propitios habere reputabant. Historias distinguunt margines pulcherrimi ex ingeniosissimis meandris constantes, ex florum processibus, coronis multiformibus, fasciolis & lineis echinatis, cæterisque picturæ & architecturæ ornamentis mirum in modum variatis. De illorum vero mechanico artificio, & coloribus, præsertim vero purpureo, quo Etrusci in hujusmodi operibus usi sunt, multa præmisimus in* Differt. de Genio Domest. *inserta* Muf. Etruf. Tom. III.

Usus verò horumce fictilium varius esse debuit pro omnibus vitæ humanæ ministeriis, quibus destinabantur, sacris, & domesticis, præsertim verò pro strenis; nec enim dubito quin inter donaria censerentur ætate illa frugi, cum a Romanis in maxima rerum fortuna tantumdem factum fuisse scimus. Et revera ipsa picturarum emblemata ostendunt pleraque vasa in hunc finem fuisse destinata, præsertim nuptialia, natalitia, & quæ ad dationem virilis togæ alludunt. Sunt etiam, in quibus Saturnaliorum vestigia deprehenduntur, quæ occasione missituri invicem consuevisse hæc vasa, præsertim speciosiora, scimus. Denique illorum partem in unum sepulturæ usum elaborata fuisse ostendunt cæremoniæ, & fabulæ funebres, quæ a reliquis hominum usibus veluti ominosa avertebantur. Cum verò hæc vasa in sepulcra inferri deberent nullo delectu, ut ut ad manus venissent ex omni genere usurpabantur, quod etiam de Lucernis *factum fuisse ostendimus in* Prolegomenis ad illarum collectionem. *In quo quidem maxime allucinantur hi, qui dum hæc vasa e sepulcris erui advertunt, non aliter explicanda putant, quàm expetita a* Diis Manibus *interpretatione, cuncta ad funera referentes.*

Res nummaria antiquorum inter præcipua antiquitatis monumenta computatur, quippe quæ ad historiam confirmandam, illustrandamque, & debito tempori referendam maxime confert. Hæc vero beneficia a nummis

mis Etruscorum expectanda non sunt, in quibus nihil est, quod ad historiam pertineat, nulla in his epoca, nulla Regum, aut Magistratuum nomina inveniuntur, sed nuda symbola, plerumque rudia, quorum rationes majore ex parte nos latent. At nihilominus in maximo pretio habendi sunt, & diligentissime custodiendi, quippe qui magnam redolent antiquitatem, & quanquam diversa ætate signati, illorum tamen postremi Romanos ut plurimum antecellunt. Hi nempe sunt quorum usu & commercio Italia crevit dignitate, & potestate, & primæva illa bella gesta sunt, & nostrarum urbium mœnia fundata, quos dum contrectamus, atque intuemur, tota illorum temporum imago, atque austera simplicitas nobis redintegratur, & quid olim fuerimus vehementer insinuat. Sunt in his urbium nomina, & propria urbibus insignia, quæ ad linguam promovendam, & indolem populorum assequendam conducunt, & quod caput est, amorem nostrum in patriam, ac reverentiam excitant, quam inde intelligimus tanta olim dignitate polluisse. Hi vero partim fusi sunt, qui & graviores, & antiquiores, partim cusi, qui quanto politiores sunt, & etiam recentiores, & tenuiores; In illorum vero studio duo præstitimus, videlicet conjecturam quandam, qua præeunte singulos nummos ætati suæ congrue referamus judicio ponderis comparati cum pondere Romanorum, quorum decrementa, quo tempore evenerint, certo scimus. Alterum est, ut ex nummis scriptis illiteratos ex similitudine symbolorum, quæ singulis populis constanter steterunt, urbibus suis restituamus. Quam vero difficillimum id argumentum integra Dissertatione pertractatum sit, plura de eo dicere prætermittimus.

Aliqua etiam de gemmis Etruscorum incisis *dicenda superessent, nisi de illis sermonem habuissemus in* Prolegomenis, *& passim in Notis ad* Gemmas selectissimas: *At ne rem penitus intentatam mittamus, repetere juvat illas omnes, quas Etruscis attribuimus in scarabæi formam forinsecus excisas esse, & a summo deorsum perforatas, unde colligimus illarum usum fuisse, ut suspensæ e collo, sive brachiis alligatæ gestarentur. Constat enim nitidissimo exemplo ærei simulacri Cortiani, quod peculiari Dissertatione illustravimus, Etruscos pueros bullas quasdam etiam brachio sinistro alligatas gestasse, quæ ad virtutem aliquam illis conciliandam conferre putarentur, inter quæ amuleta istæhæc gemmæ accenseri possunt, in quorum basi vel mysteria, vel Heroum facta, incisa sunt, sive monstra, adversus quorum incursum proficere crederent, & quorum limbus circulo quodam adornatus est, qui funiculum intortum imitatur, parergo his gemmis apprime congruo, quæ simili vinculo corpori applicarentur. Has vero Etruscis attribuimus, ex quo plurimas hujuscemodi characteribus Thuscis signatas vidimus, quibus obsoleta illa dialecto eorundem Heroum nomina explicantur; quo quidem argumento cæteras omnes consimiles, licèt literis destitutas ejusdem opificii esse*

conie-

conjecimus. Sunt etiam maxime consona menti Etrascorum, quam ex aliis antiquitatis vestigiis compertam habemus, qua diligenter in prafata collectione notata sunt. Fateor tamen, quod pariter in eodem loco adnotavi, multas ex his gemmis aliam sculptura indolem praseferre, in qua Ægyptiam levitatem subodoramus, & stilum temporis longe posterioris, ut non temere suspicer recentiores basse ad imitationem antiquarum excogitatas esse ab his qui veterem imposturam alte imbitam conservabant, aut ad lucellum ex opere retrahendam credulis obtrudebant. Utcumque res se habeat, major illorum copia desideratur, ut multiplici observatione res adeo obscura magis, magisque in aperto fiat.

Supersunt marmora scripta, qua parum ad mores gentis intelligendos conferunt, maxime vero ad linguam, qua diu desperata, ac passim neglecta proximis annis aliqua ex parte aut elucidata est aut elucidari tentatur. Ha Inscriptiones catera, in sacras, publicas, & sepulcrales distribuimus. Ad sacras pertineant ara, dedicationes simulacrorum, donariorum, & similium, de quibus supra in propriis classibus actum est. Huc etiam spectare patria nostra singularia ornamenta Tabulæ Eugubinæ, *qua hactenus inter arcana incomprensibilia habita fuat, sed spiritu patrio confirmati, atque erecti tanta ex illis excerpsimus at jam non dubitemus continere indigitamenta Pontificum Iguviuorum, quibus sacra, precesque praescribuntur, & partem continent doctrina fulguralis.*

Ad publicas Inscriptiones pertinent, qua in rupibus incisa observantur qua vel finium prascriptiones, vel fœdera perpetuo mansura continentur vel monumenta factorum, qua posteros maxime obstringeret. Huc refero Inscriptionem Holanam nuper a me aliqua ex parte explicatam, qua finium divisionem inter aliquos Campania populos continere non dubitatur. Omnium vero frequentissima sunt Inscriptiones sepulcrales in cippis, titulis, Urnis, ac tegulis incisa, qua nomina defunctorum eorumque parentum, illorum praterea qui fusius curassent, atatem mortui, & officia, & nihil supra praseferant. Hac omnia quum ad linguam Etruscam instaurandam pertineant alio operi tractanda pratermittimus, paucis exceptis, qua ad tabulas huic operi insertas omni ex parte explicandas obiter dicta sunt, in vocis habentes, ut si per atatem liceat, etiam suppetat demus aliquando integram seriem Inscriptionum hujus lingua quotquot hactenus recta sunt, additis notis, quibus singula explicentur, & hujus lingua indoles ex parte eruatur.

ELENCHUS

PARERGA OPERI DEMPSTERIANO

PASSIM INSERTA.

Tab. XXIV.

Tab. LXXXVI.

DE NOMINIBUS, PRÆNOMINIBUS, COGNOMINIBUS, ET METRONYMICIS ETRUSCORUM.



Ex

EX *jussu Reverendiss. D. D.* Jo. IGNATII LIPPI *Archipr. & Vic. Gen. Illustriss. ac Reverendiss. D. D.* JOANNIS DOMINICI MANSI *Congreg. Matris Dei, Archiepiscopi Lucani, & Comitis Librum perlegi* Cl. V. Jo. BAPTISTÆ PASSERII Pisauriensis, Nob. Eugubini, & Regiarum Academiarum Londinensis, Olomuciensis, Panormitanæ, Italicarum, Furfuratorum, Cortonensis, & Instituti Bononiensis Socii: *Cui Titulus:* In Thom. Dempsteri Libros de Etruria Regali Paralipomena &c. *Cumque nihil in eo animadverterim, quod Catholicæ Religionis institutis, Christianisque moribus adversetur, immo & utilissimum compererim ad inlustranda tot, tantaq. Etruscæ antiquitatis Cimelia,* & Rem Nummariam *Veterum*, Nomina, Prænomina, Cognomina, Metronymica, *Linguam, mores, & Etruscorum Sacra, atque celeberrimas, singularesque* Tabulas Eugubinas; *nova utique, & ingeniosa methodo, & ab aliis non tentata: Quum Celebratiss. Auctor non tantum linguarum Orientalium, præsertim Hebraicæ, & Græcæ peritissimus sit, verum etiam in omni eruditionis genere sit versatus; at omnia pereximia, doctissimaque ejus opera jam evulgata, [quorum semper admirator fui] plures inlustres Academiæ, doctissimique Homines omnes Italiæ, & extra testantur, & prædicant. Qua de caussa hoc etiam præclarum Opus publica luce dignissimum censeo, & cultis, eruditisque Viris, & bonarum Artium, rerumque Antiquarum Amatoribus gratissimum fore, immo ab eis impense laudatum iri minime dubito. At quum in gravissimis Muneribus obeundis pro Apostolica Sede Ferrariæ occupatus, distentusque fuerit Auctor, quem supra laudavi, hujus perexcellentis scriptionis edendæ mihi caram demandavit, cui sedulo, quantum potui, cura, & studio operam dedi, Indicesque varios, & copiosos adjeci.*

Datum ex Ædibus Parochialis Ecclesiæ S. Concordii de Mariano Prid. Kal. Novembris An. Ær. V. CIↃ. IↃ. CCLXIV.

Sebastianus Donatus C. L. Rector dictæ Ecclesiæ.

IMPRIMATUR.

JOANNES IGNATIUS LIPPI Archipresb. & Vic. Gen.

SILVESTER ORSUCCI Illustriss. Officii super Jurisdictione Præpositus.

PARERGA

PARERGA
OPERI DEMPSTERIANO
PASSIM INSERTA.

I.

BACCHUS IN LECTISTERNIO.

In Vase Mediceo ante Præfationem ad Lectorem.

INcognitam diu picturarum etruscarum Provinciam attingere non præsumpsissem, nisi ingenti prius adparato subsidio quingentarum, & ultra Tabularum, in quibus speciosiora hujus generis Cimelia delineata sunt ex omnium lectissimis, oculos, ut ita dicam, assuevissem Etruriæ veteri, & genium populi mihi fecissem familiarem. His destitutus præsidiis facile pronunciassem imaginem hanc Senis in lecto accumbentis, & pateram porrigentis mortui hominis imaginem præseferre anniversarias libationes expectantis, & postulantis; nam idem argumentum sæpe recurrit in sepulcris, neque in illis aliter valet explicari.

At in Veterum Monumentorum intelligentia maximi ponderis sunt minutæ quædam circumstantiæ, ex quarum una aliquando pendet totius monumenti intelligentia, cùm antiqui artifices, & pictores nihil oscitanter, nihil temere in operibus intrulerint, quod a Mythologiæ legibus aberraret.

Quod primum constituendum est, Etruscos nullo unquam tempore barbam coluisse, cùm in universis ejus gentis vestigiis perpetuo rasi videantur. In solis Bacchanalibus barbam sibi apponebant fictitiam, illamque diffusam, & horridam ob Bacchum *senem* atque barbatum, de quo sæpe mentio occurret; quin in illis pompis sacerdotem eo habitu, & cultu, atque sacerdotiam circumferebant, ut Bacchum, & Baccham simularent, qui eo nomine honores sibi divinos, ac venerationem usurpabant, plaudentibus Faunis barbatis, atque caudatis, qui processum sequebantur.

Hic igitur Antistes ille exprimitur, qui in ea solemnitate Bacchum agit, & revera barba, qua deformatur, adeo eminet, ut

vel primo obtutu inter larvas reputetur. Dum ea celebritas recurreret, convivia opipara Teletis parabantur, Deo præsertim, qui jam sibi lectum paravit, & vinum postulat.

Vasa hujus formæ ex iis erant, quæ in Mensa statuebantur super Machinulam incitegam, unde vinum auspicatum simpulis hauriebatur, & fundebatur in poculis, quæ circumferri solebant. Esto aliquando vasa hæc abierint in sepulcra, potissime ob Bacchi imaginem, qui mortuis, & præcipue initiatis suppetias ferre putabatur.

Quia vero instituti nostri est res universas Etruscorum diligenter ex eorum monumentis inquirere, dubium insurgit, cur ea natio Bacchum *senem* introduxerit, quam semper adolescentem coluerant Græci, & Romani, & ipsi quoque Etrusci, ut liquet ex illorum pateris, & sigillis in meo Museo, & ubique terrarum obviis, de quo Ovid. IV. Metam.

. . . . . tibi enim inconsumpta juventa est;
Tu puer æternus, tu formosissimus alto
Conspiceris Cælo.

Ipsa quoque hujus Numinis indoles, atque officium circa universum deliciarum genus, non nisi juvenili aspectu repræsentari debuerat.

His tamen non obstantibus cùm de Mysteriis ageretur, video Etruscos nostros alium diversum a Thebano Bacchum assumpsisse, nempe *Indum* ex Ammone, & Amalthea genitum, qui barbatus Dionysius dictus est, quod Indorum more barbam nutriret. Ejus mentio est apud Macrobium *Satur.* lib. I. cap. XVIII. qui proprio nomine *Ebon* apud Campanos, ubi potissime cultus est, vocabatur, & *Saron* apud Indos (nam apud Orientales *Saroben* idem est ac Princeps gratiæ) quos inter celeberrima erat Bacchi virtus ob victorias, quas prædicat integro volumine Nonnus. Ex India singularis ejus cultus delatus in Græciam, in qua jamdiu diversa bacchanalia invaluerant, Græculum habuit propagatorem, a quo in Italiam, & præcipue in Campaniam diffusus est, ut ait Livius Lib. XXXIX. 14. Nec mirum ex finitima, & cognata gente totam Etruriam pervasisse.

Cæterum utrique Baccho eadem potestas attributa est, atque officium, & quamvis mysteria, quæ in Etruria agebantur, in multis differrent a ritu Græcorum, in pluribus tamen convenisse demonstrabimus.

II.

II.

SCYLLA.

In Urna fictili Bonarotiana Tom. I. In fine Epistolæ ad Lectorem.

ECCE jam primo hujus operis ingressu testimonia occurrunt Etruriæ post Homeri vestigia græcizantis. Intuemur in hac urna Scyllam armatam gubernaculo Navis a Classe Ulyssis detracto, expansis caudarum spiris, quas inter in alia Urna suo loco explicanda geminos e sociis Ulyssis vorandos complectitur, triste quiddam violatoribus sepulcri minitatur. Erant circum quaterni Delphynes spectro huic optatissimi, cum in Mari delitesceret, de qua Homerus *Odyss.* XII.

Media quidem in spelunca cava mersa est,
Foras autem attollit caput gravis barathri.
Illic autem piscatur circa scopulum prompta
Delphynesque, canesque, & sicubi majus caperet
Cetus, quæ infinita alit sonorum Mare.

Convenit etiam hocce symbolum ferali Urnæ, nam Scylla, ut infra dicendum est, inter spectra, quæ excubabant ad fores inferni habebatur.

Jacet in operculo Mulier seminuda cum patera umbilicata reticulo caput revincta, in cujus limbo corona radiata, quæ sponsis dabatur, conspicua est, e cujus collo pendet Vitta ex lana intorta mortuis dari solita, de qua sæpe agendum erit.

Columnæ in angulis, quæ ex basi atticurga consurgunt, capitulo novi generis exornantur ex scænicis larvis eleganter compacto. Id inventum minime alienum est a sepulcro, cùm in funeribus moris esset, ut Mimi inducerentur; & revera larvæ fugacis vitæ testimonia in sarcofagis sculpebantur. Dionys. Alicar. *Quin etiam in illustrium Virorum funeribus, præter alias pompas vidi & satyricos choros, qui lectum præcedebant, & sirinnam saltationem saltabant.* Quod unum certum est in universis Thuscorum Urnis, in quibus accesserunt Architecturæ ornamenta, ea semper diversa sunt, ut ne vestigium quidem veteris architecturæ Thuscanicæ, quam Vitruvius describit, invenire in illis potuerim ad eam monumentis confirmandam.

III.

GENIUS ALATUS, ET MULIER IN VASE ANSIDEIO.

Ante Dissert. Bonarroti pag. 7.

HÆC pictura cæremoniam nuptialem spirat. In ea Genius alatus sedet in pulvinari, speculum dextera extollens, sinistra vero vannum regens. Contra mulier monopodio innixa, & flabellum tenens aliquid a Genio petit. Arnob. Lib. II. *Toga sternitis lectulos, & Maritorum Genios adoratis:* unde apud Juvenal. Satyr. VI.

.... *sacri Genium contemnere fulcri.*

Monopodium vero hic expressum, vel mensam repræsentat, quæ Genio sacra erat, atque pergrata, seu potius balnei formam Etruscis usitatam, in quo sponsæ lavabantur, quod non modo ex aliis plurimis Thuscorum picturis, quas in illarum Centuria I. publicabimus, aperto constat, in quibus hæc lavacra in similibus fontibus perficiuntur, verum ex latinis gemmis insculptis, quas inter *selectissimas* recensuimus, quibus addimus antiquum Musei nostri vitrum, in quo Mulier nuda simili balneo insidens, utraque manu sese distringit.

Genii pulvinar toga stratus est, quod ex Arnobio notavimus; speculum vero sponsæ obvenit, in quo pictor ingeniosus illius vultum expressum retulit; id vero gestamen novis nuptis convenientissimum in hujuscemodi vasis gameliis, non secus ac flabrum, sæpissime intervenit. Rotundum vero instrumentum ad instar clypei tympanum referre putaremus, nisi circulis distinctum esset circa centrum, quæ in tympanis non modo inutilia, sed usui contraria extitissent & tinnitum retundentia. Quapropter vannum referre conicio, cujus in nuptiis plurimus usus fecit, nam illum in nuptiali pompa præferebant quasi omen divitiarum, quæ in copiosa frugum ventilatione, ac cribratione reponitur. Quin & vannos paratos habebant, in quibus infantes statim ac in lucem editi fuissent, ob idem augurium divitiarum collocabant. Callimach. Hymn. in Jovem XLVII.

.... *Te vero sopivit Adrastea*
In aureo Vanno.

Ubi Scholiastes: *In ventilabris olim. infantes dormituros collocabant in futurarum divitiarum & affluentiæ auspicium:* & Helychius *Licnites* epitheton Bacchi a vannis, in quibus infantes ponunt, derivavit.

De

De usu vasorum fictilium in nuptiis, unde nuptiales hasce cæremonias excipere datum est, pauca in Prodromo delibavimus. Hic vero magis opportunè indicabimus intervenire in nuptiis debuisse, præter cæteros usus, ad aquam præferendam, quam Nuptæ tangere debebant cum igne, unde utrumque elementum in his solemniis adhibitum est. Nonius in *Pariter* =

Sequere me. Pariter volo facias,
Aqua & igni volo hunc accipere.

& Scævola in *l. Seja.* §. 1. ff. de Donat. = *Die nuptiarum prius quam ad eum transiret, & prius quam aqua & ignis acciperentur: idest nuptiæ celebrarentur &c.* Unde Ovid. *Fast.* IV. 791.

His nova fit conjux, hæc duo magna putant.

Duo hæc elementa, quorum unum mas, alterum vero fœmina putabatur, & quorum primum ad *lustrationem*, secundum vero ad *purgationem* pertinebat, maxima mysteria involvebant, si Plutarcho in *Quæst. Rom.* fidem adhibemus, ideo in nuptiis in magna reverentia habita sunt, ut cæremoniæ partem maximam adimplerent.

Speculum etruscarum fœminarum in hoc vase, & in aliis passim obumbratum nullum adhuc integrum videram, nisi Ferrariæ in veteri sepulcro inventum inter eam Urbem atque Ravennam, quam regionem, Plinio teste, Etrusci primum incoluerunt, deducto flumine in fossas: Constat ex ære albicante planum ac rotundum, utrinque levigatum limbo undique spiculato, cujus imam partem manubrium complectitur, cujus diameter ad palmam accedit. Singulare id cymelium servatur in Museo Cl. Antenoris Scalabrinii S. Ferrariensis Ecclesiæ Canonici Viri cultissimi, ac de patriis antiquitatibus optime meriti.



IV.

IV.

GORGON DEABUS ADSTANTIBUS.

In Urna fictili Bonarrotiana post Dissert. Bonarrot. pag. 110.

DEÆ alatæ ac succinctæ, quæ hinc inde Gorgonem muniunt, altera malleo sive securi armata, postrema hastili, hactenus pro furiis habitæ sunt. At quorsum tam triste omen animabus defunctorum, quas Lares fieri reputabant? Ego quidem ipsos Lares esse puto modo sub fœmineo, sæpe etiam sub virili imagine repræsentatos; nam infra Tab. XXXIV. idipsum numen Virilis sexus occurrit cum malleo caninâ pelle contectus, quæ Larium propria erat. At rursus Tab. LXXXIV. Fœmina est tribus adstantibus fœminis, quarum una simile huic nostræ hastam gerit. Alibi gladios, rhomphæas, & faces gerunt, quæ meo judicio nil sibi volunt, quàm sacrificia illa indicare, sive nuptialia, sive mortualia, quæ his instrumentis perficiebantur. Nuptialia inquam, nam frequens de illis ratio in Etruscorum sepulcris, in quibus Nuptiali cæremoniæ iidem Dii sic instructi interveniunt, & portenta manu super conjugum cervices illorum tutelam gesturas profitentur. Hasta vero, quam Deam altera gerit, fortasse illa est, quam cælibarem vocabant, qua caput nuptæ comebatur, cum cælibatum desereret, quam mole, & proceritate militaribus parem fuisse docet nos Festus, qui e corpore gladiatoris occisi desumptam fuisse significat, ideoque novis nuptis adtributæ *quod fortes viros genituras ominetur*.

Fateor tamen in maxima nos obscuritate versari, cum antiquorum mentem circa res funebres, atque animarum statum post mortem indagamus. Sunt enim apud scriptores veteres ambigua quædam indicia, & fugacia lumina, quæ nos in suspicionem adducunt, habuisse illos secreta quædam Numina, quæ mortis potestatem haberent, animarumque deducendarum, inter quæ unum Mercurium palam agnoscimus. Putavisse præterea vim animarum expiandarum penes aliquas subterraneas Potestates extitisse, quarum nomina cum fabulis suis lux Evanglica dissipavit. Oppido in hisce urnis Potestates hujuscemodi, quas vulgari nomine *Genias* nuncupamus, hoc eodem habitu succinctæ, & volucres, expressæ sunt variis symbolis, & instrumentis munitæ, ut innumera propemodum officia illis antiqui adtribuerent. Quod maxime notandum est infra in Tab. LXXXVIII. in qua suspensis ex alto animabus mortuorum *ad Ventilationis* expiationem suscipiendam, *Geniæ* istæ adstant

ſtant cum tædis, & inſtrumentis, ut puto ad ſulphur incendendum concinnatis, veluti intentæ ad animas purificandas, unde ſuſpicio ſuboritur credidiſſe illos Genias iſtas ſeu Larundas mortuorum animas ſequi, illiſque preſto eſſe donec optatis in ſedibus locarentur.

V.

DATIO TOGÆ VIRILIS

In Vaſe Medicæo ante initium Lib. I. pag. 1.

PIctura hujus vaſis cæremoniam aliquam domeſticam continet; nam in ipſa vir togatus conſpicitur, baculum de more ſtringens, quod ſaturnalibus diebus, & Bacchanaliorum tempore factum fuiſſe non uno in loco oſtendemus. Adſtat adoleſcens nudus, qui pallio circa brachium obvoluto matrifamiliæ ſedenti aliquid reſignat, quod minus diligenter expreſſum neſcio an bullam puerilem repreſentet, an roſam, ſeu potius ſpongiam, qua in balneo uteretur, antequam veſtem mutaret, quod factum fuiſſe conſtat ex innumeris aliis picturis, quæ hanc cæremoniam per ſingulas ejus partes nobis ob oculos ponunt, & quæ apte ordinatæ etruſcos mores nobis integre reſtituunt. Huc pertinent pueri, qui non ſpongias tantum, ut alibi magis expreſſas, ſed & ſtrigiles oſtentant, tanquam facta ſibi facultate balnea frequentandi. Geſtamen matrisfamilias ſpeculum eſſe dixerim, nam gemmæ, quibus circa limbum adornatur pateris non conveniebant, niſi tale quid viderim etiam in ſacrificiis adhibitum, ut valde ſuſpicer in hac natione fuiſſe etiam pateras pompaticas, atque gemmatas, de quibus ſuo loco diſſeremus.

VI.

TRITON & NEREIS HYPPOCAMPO VECTI.

In Urna Marmorea Peruſina in fine Lib. I. pag. 102.

VUlgaris eſt hic typus in marmoribus ſepulcralibus, ad quæ exornanda libenter e mari fabulas exceperunt, in cujus gurgitibus diu jactari animas reputabant, ut prioris vitæ maculas eluerent, donec depuratæ piorum ſedibus redderentur. Virg. VI.

. . . . ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus.

Hinc

Hinc Dii maris, monftra, delphynes, & alia hujufcemodi, cum quibus animas diu verfari debere credebant, maxime frequentia funt in fepulcris, utpote genio mortuorum conformia. Infcriptio

FASTI . SVNTINATI . LARCNAL

fignificat Fafti, feu faufti Suntinatis (alibi Sentinatis) Larcnia, feu Varcnia nati: Solebant enim Etrufci prætermiffo patronimico nomen Matris proprio conjungere in cafu obliquo, qui in *al* definebat, ut evidenter demoftravimus in Differt. de *tegulis Buccellianis*: fenfus ergo infcriptionis eft *Fafti Suntinati Larcnia nati* feu *Varcnia*: nam utraque gens non ignota eft in Perufinis monumentis.

VII.

DATIO TOGÆ VIRILIS.

In Vafe Mediceo ante initium Libri II. pag. 105.

Ampliffimum argumentum luculentiorem expofitionem poftularet, nifi de eo fparfim differere contigiffet. Togæ virilis cæremoniam Romani ab Etrufcis fufcepere, ut cetera vitæ politioris officia, quod Pictorum Vafculorum teftimonio comprobatur. Quin immo tam fcrupolofe morem hunc imitati funt, ut propemodum univerfa, quæ fcriptores latini de hac folemnitate tradiderunt, omnia in Etrufcorum Vafculis expreffa ad vivum intueamur; quin & multo plura, quæ a Romanarum rerum fcriptoribus prætermiffa funt, in hac ferie picturarum oculis noftris obiiciuntur.

Coftat quidem omni anni tempore, pro parentum arbitrio virilem togam adolefcentibus attributam, præcipue vero in diebus folemnioribus, & præfertim Saturnaliorum, ut auctor eft Macrobius, qua occafione cives univerfi in publicum cum baculo prodibant, idque præter confuetum, cujus inftituti rationem adducit. Hinc factum eft, ut in picturis univerfis, in quibus hæc cæremonia adumbratur, viri, qui Tironibus Togam attribuunt, virgam manu deferant.

Invaluit vero, ut hæc folemnitas perficeretur magis frequenter in diebus Bacchanaliorum, ut teftatur Ovidius in *Faftis*, ob majorem ea occafione populi affluentiam in foro, ex quo factum eft, ut in hifce vafculis huic argumento, de quo eft fermo, conjungerentur veluti parerga, atque acceffloria pompæ quædam bacchanales, & Bacchi Myfteria plurima, quæ in ingenti illa noftra

ſtra collectione quingentorum, & ultra vaſculorum conſpicuæ ſunt.

Quin ex iſtis abundantiſſime colligitur, qua occaſione Toga virilis ſumeretur, Adoleſcentulos fuiſſe Bacchis initiatos, quæ turpiſſima ſuperſtitio Italiam fere totam occupaverat, donec acerrimo Senatus Conſulto fuerit everſa, ut liquet ex Livio, quem in hac parte mirifice illuſtravit noſtri temporis Vir Doctiſſimus Mazochius.

Et revera in hiſce picturis ſæpe video ex una parte Togam datam Tironi in conſpectu domeſticorum Deorum juxta Larium focum; ex alia vero intueor Matremfamilias vittatam Adoleſcentem ſuum hircino cultu turpiter deformatum manu producentem, quod utique ad Bacchi myſteria pertinebat. De his pauca admodum attigimus; ex his vero depictis vaſculis non obſcure colligitur, multos fuiſſe gradus initiorum, per quos Teletæ proficientes, ad intimam ſecretorum participationem admittebantur, ut lymphata mente Deum ſuum per vanni foramina conſpicere, & intueri ſibi perſuaderent, aut credulis obtruderent.

Primus itaque gradus *Satyriſcorum* fuit; & revera in bacchanaliorum anaglyphis ſatyrunculi adeo puſilli inter Faunorum crura caprinis pedibus ſaltant, ut manifeſte intelligatur non ex ætatis defectu, ſed meriti corpuſculum illud fuiſſe ſortitos. Præterea nullum officium ſibi uſurpant in myſteriis, quæ per *Faunos* majores natu exercentur, haud levi indicio penitioris participationis, & gradus provectionis. Hinc colligo facilem fuiſſe admiſſionem ad primum illum gradum, ut pro libito Matrum, quæ Bacchis initiatæ eſſent, adoleſcentibus tribueretur.

Solebant vero, qui initia cujuſvis generis aſſumerent, victimas quaſdam præſcriptas mactare, earumque pellibus veſtiri, ut quodammodo ſub aſpectu Victimæ Deum, ad quem initia ſpectarent, ſibi propitium demererentur. Extat mos iſte ex Homero *Odyſſ.* 1.

> *Ibi ille* (Telemachus) *noctem integram Ovis pelle contectus*
> *Volvebat ſuo animo iter, quod Minerva prædixerat.*

& magis ad rem Euripid. in *Bacch.*

> *Thyrſos ligare, agnorum pelles habere,*
> *Et coronare caput hederaceis germinibus.*

Hinc eſt quod pueri, de quibus mentionem feci, hircino vultu ac habitu velati ſint, veluti teſtimonio ſuſceptorum initiorum. Annis retro elapſis Romæ duo ſimulacra ex nigro marmore inventa ſunt, humana quidem ſpecie, ſed corpore penitus piloſo vultuque horrido, de quibus multi multa hariolati ſunt. Ut horum

rum vidi imagines inter opuscula Calogeriana, meam de iis sententiam protuli, nil præseferre nisi geminos Bacchi initiatos hædinis pellibus vestitos, & larva hircina deturpatos, qui monumentum hocce devotionis in Bacchi Templo dedicaverint. Putabant enim initia hæc nihil præsefetre, quam transitum quendam a rudi, & ferina vita ad meliorem, & humaniorem, quam Bacchi Cultores agere profitebantur, ut qui profani essent, veluti belvæ haberentur. Eousque illorum insania processerat, ut meliores fieri jactarent, cùm revera turpissimi hominum efficerentur. Sese igitur Bacco offerebant sub ferina illa specie, a qua, Numine illo auspicante, absolvi, & emundari reputabant. Hæc omnia luculentius pertractata sunt in notis, quibus collectionem vasculorum illustravimus, hic tamen summatim indicanda erant ad intellectum hujus argumenti, quod in hisce picturis est omnium frequentissimum.

Quod attinet ad præsentem picturam, in cujus gratiam hæc præmisimus, intuemur ex una parte Patremfamilias ante focum Latium baculum tenentem, & manum aræ admoventem, veluti obtestantem per Deos domesticos filium toga donatum, ne prioris vitæ innocentiam togæ libertate commacularet. Dii domestici in alveolo supra aram conditi sunt, ut frequenter in hoc typo observatur. Fores sacrarii pessulo obfirmati sunt, & in ipsis sex clavi suffixi, quorum numero familiæ capita computabantur, ut luculenter explicavi in Roncaliensibus.

Alterum latus occupat Materfamilias reticulo redimita, quæ præit natum suum ad Bacchi sacrificium, uvæ racemum, & vittam gemmatam manibus sustinens, Diis offerendam; subsequitur filius pelliculis indutus, & hircina cauda conspicuus cum thyrso, & lance, quibus symbolis se jam militiæ Bacchichæ asseclam esse profitetur.

VIII.

GORGON

In Urna marmorea in fine Libri II. pag. 235.

ITerum recurrit hic ipsissimus typus infra in Tab. LXXXII. num. 2. unica tantum quarundam literarum varietate intercedente in literulis extremis ejusdem inscriptionis, quod vitio marmorarii rudiusculi tribuendum est.

Gorgon spectrum infernum, ex iis, quæ Virgilius collocat in Orci vestibulo, frequentissime occurrit in sculpturis sepulcralibus, sive quia crederetur terrore suo defensare sepulcra, vel potius

ut

ut delinita hujusmodi terriculamenta officiosis hisce imaginibus, non obsisterent, quin Animæ defunctorum ad debitas sedes pervenirent. Quæcumque fuerit ratio hujus emblematis in urna effingendi, certum tamen est Etruscos libentissime feralia hæc monstra in sepulcris figurasse, scyllas, arpyas, dracones, titanes, aliaque id genus spectra, quæ nemo vivus familiares habuisset.

Frondes, & flores gratissimi fuere mortuorum munera, ut quibus frui desiissent, vivorum benevolentia recuperarent: unde illud

. . . . *in Urna perpetuum ver*.

Pendent hinc inde duo lineæ, seu torques ex lana carminata, genus honoris eximii, quo Etrusci mortuos suos prosequebantur; adeout sæpissime in urnarum operculis Mortuorum imagines observentur hujusmodi laneis corollis, ipsisque diffusissimis ornatæ. Has puto factas ex lana victimarum, quæ in exequiis mactatæ essent, veluti testimonium funeris rite peracti. Hinc Propert. III. 4.

Cintaque funesto lanea Vitta Viro.

De quo ritu plura scripsimus in Tractatu *De Etruscorum funere* Mus. Etrusc. Tom. III.

Inscriptio, ut præmisimus in utroque schemate, paululum differt. En præsens

LARTI . SEIANTI . FRAVNISA . ATIV . TIVTETR

in tabula vero LXXXII. postremum nomen est NVTEIR; utri credam, prorsus nescio. Quod unum certum est, duo diversa nomina in hac inscriptione contineri, mortui nempe, & illius, qui sepulturam curavit. *Lar Sejantius Fraunisa Matre natus*, qui præcedit in scriptura, defunctum notat, *Atius* vero *Nuterius*, sive *Tiutetrius* ille est, qui officium extremum sepulcri præstiterat mortuo.

Notandum hic est Urnam hanc Clusii apud Nardios sine operculo diu stetisse. Transiit inde in Ceniniorum dominium, ipsisque alienum operculum cum imagine mulieris fuisse aptatum, ut vides in dicta Tab. LXXXII. repugnante tam virili nomine, & contra consilium possessoris reclamante.

IX.

APPARATUS NUPTIALIS.

In Urceolo Musei Gualterii Initio Lib. III. pag. 239.

ARgumentum hujus picturæ obscurissimum esset, nisi ex Gameliis Vasculis in mea collectione ordinatis, manifestum fieret, pertinere hunc apparatum ad pompas Nuptiales, in quibus eamet gestamina, quæ in hoc a fœminis deferuntur, sponsas sequi didicissem. Mulieres hic expressæ matronali habitu, sed tamen domestico indutæ sunt, longa tunica, & exomide, quam stolæ loco privatim deferebant. Tunicula hæc brevior a Romanis etiam Matronis usu recepta erat, aperta tantum in lævo latere, quæ pariter Zona, ut hic cingebatur; aliquando, & præsertim in sacrificando libera defluebat, ut Romæ in simulacris observavi. De his plura notavi ad Apparatum Tomi primi collectionis Vascularis, ubi *rem Vestiariam Etruscorum* diligentissime scrutatus sum.

Prima ex Matronis Zonam ornatissimam e dextera pendentem ostendit, cujusmodi etiam Deabus offerre solebant votivas, ut passim ex iisdem picturis liquet.

Hæ sunt pompaticæ illæ Zonæ Virginales, quas Herculaneo nodo vinctas sponsus in lecto sponsæ detrahebat, de quibus Festus. Hinc manavit formula *Zonam solvere*, quas veluti illibatæ pudicitiæ testes, atque custodes Veneri, Junoni, aut Dianæ dedicabant. In hunc usum ornatissimas fuisse adhibitas, credendum est, quemadmodum hæc præsens florea, & vermiculata.

Eidem quoque Dianæ (cui ex hujusmodi officio factum est cognomen *Solvizonia*) cingulum dedicabant Nuptæ, cum primum parerent, quod colligitur ex Apollonii Scholiaste: *Zonam enim solvunt, quæ primum pariunt, eamque Dianæ consecrant, unde & Athenis Templum erat Dianæ Zonam solventis*. Illam enim invocabant, quæ partus doloribus angebantur, quia, ut ait Macrobius *Satur.* lib. VII. cap. 16. *Proprium est munus ejus distendere rimas corporis, & meatibus viam dare, quod accelerando partus salutare est*.

Mulier media arculam alveolis distinctam attollit, ad instar caeterarum, quæ in aliis nuptialibus apparatibus sponsam sequuntur. In hisce Thesauris nobiles fœminæ instrumenta cultus reponebant, inaures, armillas, viriolas, annulos, cæteraque pene innumera, quæ recenset Ulpianus in *L.* 25. §. 10. *ff. de aur. Arg. mund.* Ha-

Harumce vero rerum luxum apud etruscas mulieres maximum fuisse demonstrant Etruscorum picturæ, in quibus sæpe occurrunt Vittæ, & coronæ gemmatæ, inaures cum baccis, & reticula margaritifera, & alia multa hujuscemodi, quæ nationis opulentiam, præsertim in civitatibus primi ordinis, & in his, quæ ad mare positæ erant, quæque florentissimo commercio cum orientalibus pollebant.

Tertia mulier aliquid manu distendere videtur, fortasse monile, cujus tenuitas pictorem, qui vasculum delineavit, effugisse credo.

X.

MILITES CUM GRYPHO PUGNANTES.

In Urna Marmorea Perusina. In fine Lib. III. pag. 464. & in fine Lib. IV. pag. 242.

SUNT qui putent contineri in hoc marmore pugnam Bellorophontis cum Chymera: nam id animal sub unica specie quadrupedis alati efformatum conspicitur in duplici antiquo sphragismate Musei nostri, ut videre est inter antiquas nostras Lucernas Lib. III. Credunt aliqui Phineum hic repræsentari ab Harpyis discerptum, quod filios suos Crambum, & Drythum fraude novercæ obcæcasset. At duo repugnant; nam Phineus ab hisce monstris vexatus quidem fuit, & ad inediam usque redactus, fædato semper ab illis cibo, donec a Calai, & Zethe fratribus alatis illa abacta sunt, sed numquam dilaniatus, aut humi, sicut in hoc marmore prostratus. Alterum est, quod in plurimis Etruscorum picturis hic idem typus taliter expressus sit, ut aliam longe fabulam referat, nempe celebres illas gryphorum cum Arimaspis contentiones, quibus sculptorem hunc nostrum respexisse existimo. De his Plin. lib. VII. c. 2. *His assiduum bellum esse circa metalla cum Gryphis ferarum volucri genere, quale vulgo traditur, eruente ex cuniculis aurum mira cupiditate, & feris custodientibus & Arimaspis rapientibus scribunt* = Rem fusius describit Elian. de Animal. lib. IV. cap. 27. *Animal indicum quadrupes. ut Leo robustissimis unguibus Leonum similibus. Dorsum pennis induitur nigris... ore est aquilino, oculis igneis, nidosque in montibus facit. Bactri populis indis finitimi eos illic auri custodes esse, aurumque effodere, simulque eo ipso nidos construere dicunt. Indi vero auri custodes esse negant, siquidem auri minime egent, sed cum ad illud colligendum homines accesserunt, hos de pallis suis valde timentes, pro eis pugnare.*

gnare. Certant etiam cum aliis animalibus, qua facillime vincunt, ut contra Elephantos & Leones stare non audent = Titulus in urna appositus

SEFRI . CAPN . AS .

suppleri potest ex alia inscriptione apud Cl. Gorium *Mus. Etrus.* lib. 1. Tab. 67.

SAELVI . CAPPNASTV

& ex alia in sepulcro Cuelniæ gentis inventa

L . CVENLE . CAVPN .

unde colligitur CAVPNIVM, sive CAPNASTVM cognomen fuisse ab Etruscis usitatum, usurpatumque non modo a *Sefria* gente, sed & a *Salvia*, & *Cuelnia*; quapropter in præsenti hoc lemmate interpunctio exuberat vitio marmoris introducta.

XI.

SACRUM PRÆTEXTATUM.

In Vase Mediceo Init. Lib. IV. *pag.* 3.

SAcra prætextata dicebantur, auctore Quintiliano, quæ in depositione prætextæ puerilis initia virilis ætatis consecrabant, quorum specimen in hac pictura nobis ob oculos venit. Assurgit in ista splendidissimum Lararium in armarii formam constructum, ostio tamen clauso. Hinc Materfamilias sedens cum patera vota concipit, filius e contra nudus vestem, quam deponit, sinistra manu resignat, vel novam recipit cum virga, quam inter viros assertus in publicum deferat.

In altero latere jam toga virili ornatus & virgam stringens occurrit Patrisfamilias. Superne in pariete conspicuus est Larium forulus, & ipse pessulo clausus, & consuetis clavis ornatus, ex quo duplicem hic referri cæremoniam in diverso loco peractam intelligimus.

XII.

XII.

DATIO TOGÆ

In vase Musei Gualterii Initio lib. V. pag. 245.

CÆremonia toties enunciata recurrit in hoc vase, novis ornata symbolis, atque ingenio quodam liberiore, & a consueto stilo aliquanto recedente a pictore expressa. Assurgit focus Larium domesticorum in columellæ morem excitatus, cujus caput repandis foliis circumornatur. Theca domesticorum sigillorum superimminet, non ut in cæteris, in quibus se habet ad instar foruli muro inclusi, quod quadratis valvulis obseratur, sed ad formam ingentis circuli, qui ad cælestis Zonæ speciem, orbem cæteris majorem includebat, in quo Dii domestici servari debuerunt. Hæc Lararii forma in vasculis in hac collectione recensitis, sine exemplo quidem est, sed in Thesauro vasculario sæpe recurrit. Nec forte a vero aberrabimus, si credamus zonam illam exprimere eorum temporum Calendarium, in quo clavis, aut bullis infixis, dies fasti, atque nefasti distinguebantur, & in quo, ut verbis utar Petronii cap. XXX. *qui dies boni, atque incommodi essent, distinguente bulla, notabantur*. Creditur tamen communiter expensilibus tabulis constitisse, sed apud Etruscos facile coniicitur hæc Calendaria in ostiolis domestici sacrarii fuisse descripta, cum hæc frequenter multiplici bullarum numero distincta esse videantur. Significabatur quoque per hæc clavorum capita hominum numerus, qui in quaque familia esset, totidem clavis in pariete suffixis, ut ex eodem Petronio cap. LIX. constat:

At paries circa palea satiatus inani,
Fortuitoque luto clavis numerabat Agrestes.

Loquitur enim de Villicorum tugurio. Neque eorumdem clavorum usus supervacuus habendus erat, utpote quia sine numeratione clavorum, quot in unaquaque familia essent, nemo ex ea ignorabat. Sed maxime ad Religionem pertinebat, quam auxilio depictorum vasculorum facile assequimur, solebant enim natalitio die ex eisdem clavis serta, coronas, tenias, & placentulas in medio perforatas suspendere, item flores, uvæ racemos, & his similia, quæ ubique parietibus suspensa observamus. Rursus vero fitulas vino, aut lacte refertas, catenulis inde suspendebant, & quod præcipue nobiliores matronæ in more habebant, pepla ornatissima zonas,

zonas, crinales mytras atque reticula, specula, flabella, & denique quidquid pretiosius & carius haberent, quo Deas domesticas devoto munere sibi conciliarent.

Ex togatis, qui caeremoniam celebrant, Paterfamilias longiorem virgam humi infixam, seu foco reclinatam veluti insigne custodit. At Tiro nova toga cum limbo undulato ornatus est, & dextera ostentat strigilem, quo se inter viros assertum profitetur, & usu etiam balnei, a quo puerilis aetatis saeveritas abhorrebat, cum toga libera donatum. Id insigne multis etiam productis testimoniis ex penu vasculario, probabimus aliquando.

Aversa pars ejusdem vasis alteram aram longe ornatissimam exponit suffixo superne e duobus clavis cingulo votivo, quod ad praetextam depositam pertinebat. Sacra facit Materfamilias, cui Lar domesticus apparet cum Clipeo, & Lancea bicuspide, quo saepissime armatus conspicitur in hisce picturis, veluti ad custodiam Adolescentis, qui struem sibi oblatam e lance Matrisfamilias attollit. Ubi Deum hunc Larem appellavi, multos fore puto, qui minime mihi subscribant, utpote rem paene incredibilem proferenti. At quicumque ii futuri sunt, judicium differant oportet, dum supellex vascularia publicetur, in qua me satis difficultati facturum esse confido. Nunc vero me oportet quodammodo futuram fidem, ut Geometrae faciunt, postulare, ne rerum ordo perturbetur, & ex alienis sedibus, quas nunc attingere incongruum est, afferri demonstratio praesumatur.

XIII.

VIR HIPPOCAMPO INEQUITANS.

In Urna Politiana in fine Lib. V. pag. 405.

HIC typus obvius est in arculis sepulcralibus, de quo cum plura alibi dicta sint, missum facimus.

Inscriptio THANA....NNI. interpolata nil nobis suggerit nisi ad foeminam pertinuisse.

XIV.

XIV.

TIRO, ET MATERFAMILIAS.

In vase Mediceo Initio lib. VI. pag. 409.

AD dationem virilis togæ pertinet præsens emblema, in quo deposita pretexta, e balneo surgens adolescens, & linteo sese abstergens matri occurrit virilem togam accepturus, vel acceptam sibi imponens : nam ea lintei brachiis circumvoluti forma etiam togam nondum explicatam præstare potest. Occurrit filio mater speculum oculis objiciens, quod matronali modestiæ referendum est ; nec id quidem oscitanter a pictore factum est, cum ex multiplici uniformium picturarum collatione argui possit, hanc formulam constanter fuisse a Matribus usurpatam.
Tallus virens in medio non inaniter positus est. Consuevere etrusci in natalitiis filiorum arbusculas humi depangere, quæ crescentes Genio filii sacræ essent, ut alibi notabimus. His par erat, ut præcipui honores in filiorum solemniis adhiberentur, & impensius colerentur : quapropter maxima de illis ratio a pictoribus, qui hæc gesta delinearunt, passim habita est, ut exempla evincunt.

XV.

GORGON.

In Urna Perusina In fine Lib. VI. pag. 447.

INscriptio TITE . VE . SIM vel interpolata est, vel in ea exuberat interpunctio, quæ VESII nomen ceteroquin notissimum disiunxit, quod etiam asperitati Perusini marmoris tribuendum fore sæpe monui.

XVI.

DATIO VIRILIS TOGÆ.

In Vase Ansidejo Init. Lib. VII. pag. 451.

TYpus prioris lateris jam satis obvius est, & pluries explanatus. Posterioris vero nonnihil a comuni recedit. Nam fœminas duas exhibet, quarum prima cistam attollit, serpentibus pictis ornatam, quam alibi sæpe magis expressam obser-

vabimus, in qua quæ ad facram pertinebant vittas, coronas, flores, olera, pateras, & alia hujufcemodi, veluti in promptuario difpofita deferebant, nihil enim cum domefticis hifce facris ciftæ illæ mifticæ comune habebant. Altera vero matrona arbufculam filii natalitiam feu Genialem floribus fpargit, atque ornat.

XVII.

TRITON HYPPOCAMPO INSIDENS.

In Urna Perufina In fine Operis pag. 498.

FAbulas marinas apprime congruere fepulcris fæpe obfervavimus, & præfertim in tractatu de tranfvectione animarum Muf. Etrufc. Tom. III. Quod unum in hoc anaglypho notandum occurrit, eft Tritonis impetuofa commotio, qui clava elata aliquem percutere oftendit. Frequentiffimus eft hic lufus veterum fculptorum, qui Marinos hofce incolas frequenter ob Nymphas dimicare, & efferata rabie fefe invicem impetere commenti funt. Vidi Ravennæ elegantiffimum anagylphum apud Cl. Abatem Ginannium, in quo Tritones duo marinis monftris inequitantes fibi occurrunt, quorum alter hoftem fimili clava adoritur, hic vero ex improvifo aggreffus, & omni armorum genere deftitutus, geminis pifcibus vinculo connexis, ad inftar flagelli utitur, ut aggrefforem repercutiat. Cæterum Tritones plerumque pifcipedes effinxerunt, aliquando integra fpecie virili, ufurpato fibi monftro marino, quo vice equi utantur.

TAB. I.

PATERA COSPIANA.

Minervæ ortum repræfentans.

EXimium in Tufcæ antiquitatis Monumentum, quod modo Bononiæ in Mufæo Inftituti, in cujus Accademiæ Societatem adfcitus fum, affervatur, Aretini jure merito fibi vindicant, quippe quia in veteri fepulcro prope eorum urbem Cinerariæ ollæ fuperpofitum inventum fuit; & in Nobilium Aziorum ædes tranflatum diù apud illos affervatum eft, ut contemporaneorum fcriptorum teftimonio probavit Cl. Gorius nofter *Muf. Etrufc.* Tom. I. ad Tab. 120. Quia vero ea ætate hujufmodi inftrumenta adhuc ignota erant, vulgo pro ollæ operculo habitum eft.

est. Hinc Ciattus Perusiæ Etruscæ lib. 2. de illo hæc literis commendavit. *In Arezzo mi fu' mostrato dal Nobile Francesco Maria Azzi diligentissimo ricoglitore delle Storie della sua Patria un ampio coperchio di lavoro antico, nel quale era espresso il parto di Giove parturiente Minerva con alcune Dee intorno, e con Vulcano appresso, in quella guisa appunto, che colla penna Luciano lo descrisse.*

Hæc patera Bononiam translata prodiit dudum in Musæi Cospiani collectione, iterumque Cl. Fabretto curante inter ejus inscriptiones domesticas in lucem venit Cap. 7. pag. 538. Rursus vero huic Operi Dempsteriano accessit, sed lineamentis omnino inversis, ut quæ dextera erant, sinistra apparuerint, eo graviore errore, quo scriptura, quæ Etrusce procedit, latino more disposita visa sit. Hujus vero exemplaris fidem secutus Cl. Petrus Franciscus Fogginius, erudita atque eleganti dissertatione pateram hanc illustratam iterum dedit inter cæteras Academiæ nostræ Cortonensis Tom. II. pag. 93. donec ejusdem laudatissimi Gorii studio, antigrapho ex eadem patera excepto, ad prototypi fidem publici juris facta est loco supra memorato, quo exemplari veluti omnium diligentissimo in hac lucubratione usi sumus.

Sedentem igitur Jovem inter nubila intuemur, a quarum potestate *Nubicogns* dictus est, dextra fulmen stringens, sceptrum vero sinistra, e cujus vertice Pallas armata prosilit. Dea seminuda a tergo adstat, & Jovem complectitur. Contra Dea altera manus attollens Palladam prodeuntem excipit. Juvenis vero unico palliolo contectus bipennem attollens portentum admiratur. Id ipsum argumentum videas expressum in lucerna nostra Lib. 1. Tab. III. in qua præter bipenniferum Juvenem una ex Deabus obstetricantibus observatur miro consensu latinæ Mythologiæ cum Etrusca. Quid ni? cum Romani id Sacrum ab Etruria exceperint, & Thusco vocabulo *Quinquatria* nominarint, ut constat ex Ovid. Fast. III.

. . . . & fiunt Sacra Minervæ
Nominaque a junctis quinque diebus habent.

Atrus enim Etruscis diem notat. Quod vero majorem mihi ingessit admirationem, illud profecto fuit, quod inter sculpturas Columnæ Trajanæ porticus expressus sit, inter cujus simulacra hujus nostri Vulcani imago cælata observatur, unde collegi, Etrusca hæc & latina opera ex antiquiore aliquo exemplari ducta esse, fortasse ex illo celebratissimo, quod in Atticis nobis indicavit Pausanias.

Hujus fabulæ illustratores plurimos inter antiquos numeramus;

omnium vero antiquissimum Hesiodum in Theogonia, ubi hæc legimus

Ipse vero, Jupiter, ex capite cusiis oculis pruditam Tritogeniam
Acrem tumultum excitantem, ducem exercitus indomitam.
Venerandam, cui clamoresque placuerunt, bellaque pugnaque

Pindarus quoque Olympicarum VII. Epod. 2. per hæc verba factum explicavit.

Quando Vulcani arte
Ex ære ducta bipenni
Patris Minerva vertice ex supremo
Prosiliens vocife-
Rata est ingenti clamore.

Luculentiora sunt, quæ apud Apollodorum Bibliothecæ lib. 1. descripta sunt : *Jupiter ad hæc Thetidi varias alternanti formas, quo illius vitaret amplexus immiscetur ; Quam cum gravidam esse persensisset, absorbere occupat, quoniam post natam ex ea puellam filium se pariturum dicebat, qui Cæli dominatione potiturus esset. Id futurum veritus eam absorbuit. Ubi vero pariendi tempus advenit . . . . . Prometheus, sive ut alii tradunt, Volcanus ejus caput securi percussit, deque illius vertice secus Tritonem amnem armata Pallas exilivit* = Hic tamen Amanuensium error notandus est, qui Thetin pro Methi facili lapsu substituerunt : nam ex ipso Apollodoro lib. 1. manifeste apparet, Jovem non Thetin, sed Methin sibi desponsasse, quod etiam luculento veterum scriptorum testimonio eruditissimus Fogginius demonstravit. Accedit Luciani auctoritas in Vulcani, & Jovis dialogo, ubi illos inducit sic colloquentes

Jup. *Incute modo Vulcane audacter, ego enim*
Novi quid sit conducibile.
Vulc. *Invitus quidem sed tamen feriam, quid*
Enim agat aliquis te jubente ?
Quid istud armata puella.
Magnum in capite o Jupiter malum
Habebas, quare merito iracundus eras.

Ex his tamen auctoritatibus cum Cospiano, & nostro Monumento collatis facile constat, magnam hujus fabulæ partem ignoram nobis remanere, dum nemo scriptorum fœminas huic partui adstantes descripserit. Quæ tamen illæ sint, ex nominibus Etruscis exaratis investigare curabimus.

Inscri-

Inscriptio TINA ad Jovem non pertinet, esto fuerint, qui ingeniose quidem, sed minus vere conati sint ex ea deducere cognomen Jovis *Tinii*. Nostrum TINA omnino pertinet ad Minervam, quæ alioqui innominata abiisset. Jovi nomen apponere superfluum erat, cum ex aspectu, & symbolis nemini futurus esset ignotus. Ea vox per apheresim eadem est, ac ΑΘΗΝΑ Græcorum, quam aliqui deducunt ab ΑΘΗΛΗ *sine mamma*, quod lacte non indiguerit, sive à ΤΙΝΑΣΣΩ *quatio*.

Quæ à tergo Jovis adstat THALNA inscribitur, fortasse à ΘΕΛΩ *Nutrix*, sive, quod verius puto, à ΘΑΛΕΙΑ *pubescens* facili lapsu unius literæ etruscæ N pro ΕΙ. Sub hoc nomine & Musam nuncupatam accepimus & Junonem, ut apud Pausaniam in Beoticis = *Templi Numen Taleam, idest adultam Junonem vocant*, & in Arcadicis = *Junonem Jovi jam nuptam* ΤΕΛΕΙΑΝ *vocasse* = Pindarus quoque Nem. x. hoc eodem nomine Junonem Hebes Matrem nuncupat, est enim a ΘΑΛΕΩ *pubesco*. Favent huic meæ opinioni duo symbola ad Junonem omnino spectantia, arbor pomi punici, & cuculus illi instans. In meis Lucernis pavo hujus Deæ symbolum pomi punici ramum calcat; & apud Pausaniam in Corinth. observamus pomum punicum ipsi attributum = *Dea Juno manu altera pomum punicum tenet, altera sceptrum*. De Cuculo fabula circumfertur Jovem in eam avem mutatum Junone potitum fuisse, quapropter prosequitur idem Pausanias = *Quæ de malo punico arcanis consignata sunt sacris, silentio prætereo. Cuculum vero avem idcirco sceptro ajunt impositum, quod virginis Junonis amore captus Jupiter, in eam se avem verterit, quam puella tanquam ludricum captaret* = Longe igitur abeo a sententia doctissimorum Virorum Gorii, & Fogginii, qui Venerem sub hoc typo agnoverunt.

Dea altera splendidiori cultu ornata, quæ Palladem excipit THANA inscribitur. Tanaim Deam apud Armenos cultam refert Strabo lib. xi. in fine: cujus vero potestatis foret minime prodidit. Thanæ nomine nihil frequentius in Thuscarum fœminarum cinerariis, in quibus titulum quemdam dignitatis importat. Ea vox facile derivavit ex græco ΘΕΑΙΝΑ, cujus synonimum est ΘΕΑ; utrumque enim Deam significat. Hujus vocis vestigium aliquod superfuit apud antiquiores latinos, & præsertim in fragmento Satyræ Mænippeæ apud Gellium lib. xiii. 21.

> *Theanna, Peranna, Pranda, Celato, Pales*
> *Nerienes, Minerva, Fortuna, ac Ceres.*

Thana vero Thuscus titulus dignitatis etiam Sabinis fœminis attri-

tributus, latine versus est in *Cajam*; Exemplo sit *Thanaquilis* nomen, quam latine *Cajam Caeciliam* dictam fuisse refert Plinius lib. v. cap. 48. *Caja* vero eadem est ac Hera, sive domina, quemadmodum ostendit formula illa antiqua nuptialis = *Ubi tu Cajus, ibi & ego Caja*, qua simultaneum domesticatum rerum dominium inter conjuges notabatur.

Apud Graecos vero ΗΡΑ non tam Junonem, sed & Cererem, Fortunam, Deasque alias indicabat, quibus ob dignitatem, seu praecipuam populorum devotionem *Dominae* titulus adtributus est. Huc usque in obscuro versamur, & rem missam facerem, nisi apud eosdem Graecos aliud Deae nomen ejusdem potestatis invenirem, & potissime conveniens cum THANA, seu Domina Etruscorum, quod uni tantum Deae concessum fuit. Haec est illa ΔΕΣΠΟΙΝΑ tam religiose apud Arcadas culta, ut ne nomen quidem illius prodere in publicum ausus sit Homerus, ut in Arcadicis tradit Pausanias, ubi & sacra, & Templa, & simulacrum hujus Deae describens, illam non aliam esse, quàm Proserpinam Cereri conjunctam ostendit. Id nomen non nisi Dominam notat, quo etiam illam nuncupavit Virgilius in vi.

Hi Dominam ditis thalamo deducere adorti

& Seneca in Medea

Dominumque Regni tristis, & Dominam fide
Meliore raptam voce non fausta precor

& Martial. xii. 52.

Non aliena videt, sed amat Proserpina raptas
Ite tibi Dominam conciliavit amor

Vulcanum ab ejus officio recognoscimus; sed inscripti nominis rationem nondum assecuti sumus; est enim SETLANM, quod vix pronunciari potest: unde vel syncopen, vel transpositionem in hac vocula subesse puto. Fabrettus noster infelici molimine graecum nomen *Ephestionis* inde eruere conatus est. Ego id nomen ex duabus vocibus compositum esse puto SETH & LAMN, sive per metathesin LAMN, hoc est SETHVM LEMNIVM. Prima vox apud Ægyptios Typhonem notabat. Plutarc. de Isid. & Osirid. = *Itaque Ægyptii Typhonem Seth nominant, id significante vocabulo, quod vi praevalet* = de quo videnda, quae praemisimus in nostra tractatiuncula de Haebraismo Ægyptiorum. Typhonem vero eundem ac Vulcanum esse suadent ea, quae eodem loco innuit

idem

idem Plutarchus = *Typhonem omne siccum, igneum, & quidquid denique exsiccandi vim habens adversum est humori* = Cæterum Vulcanus unico *Lemnii* vocabulo sæpe audit. Virg. Æneid. VIII.

Hæc Pater Æoliis properat dum Lemnius oris.

& Ovid. Metam. lib. IV.

Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas.

Unum superest notandum, cur antiqui Thusci Jovis Pateram præter omnis religionis præscriptionem in sepulcro condiderint, & cinerario imposuerint pro operculo. Liceat mihi divinare Pateram hanc jam tum ut videmus enormiter fatiscentem, & detracto manubrio mutilam, & penitus obsoletam atque execratam potuisse in usum cinerum tuendarum rejici; præsertim, cum conclamatis jam Etruscorum rebus, fortasse etiam declinante jam Romanorum Imperio antiqua jura Pontificalia perturbari cœperunt, ut notavimus in tractatiuncula *de sepultura Urbana*.

TAB. II.

PATERA GHERARDESCHIA.

Herculis Apotheosim referens.

HErculem non amplius Mortalem, sed Deorum consortio receptum exprimit nobilissimum hoc Cymelium; Quapropter exustis oetæo rogo omnibus humanitatis exuviis, quæ illum horrentem setis, & torvo aspectu diù hominibus ostentarant, molliore juventa renovatum nobis obiicit hæc sculptura. Ejus Genius laborum Comes nunc expansis alis imam partem occupat, & manus protendens illum in Cœlum extulisse testatur. Genius inquam, & non Genia, quamquam thoracis lineamenta a Thusco sculptore plus æquo pressa, quod sæpe accidit, virginales mamillas exprimere videantur, quod rursum in Hercule observes. Adstat Herculi indivisa comes Minerva, quæ illi in difficillimis rebus semper adstitit, & rebus humanis functum deduxit in Cœlum, ut præ cæteris testatur in Laconicis Pausanias, Hinc æternitas, illinc Juno regali cultu splendida adsistunt, quam postremam diù illi infensissimam una mors conciliavit. Sic ad rem Apollodorus lib. II. *Inde immortalitatem adeptus, & revocatus in gratiam cum Junone Hebem illius filiam uxorem duxit, de qua sibi filios Alexiaren, & Anicetum procreavit.* Ve-

tributus, latine versus est in *Cajam*; Exemplo sit *Thanaquilis* nomen, quam latine *Cajam Caeciliam* dictam fuisse refert Plinius lib. v. cap. 48. *Caja* vero eadem est ac Hera, sive domina, quemadmodum ostendit formula illa antiqua nuptialis = *Ubi tu Cajus, ibi & ego Caja*, qua simultaneum domesticarum rerum dominium inter conjuges notabatur.

Apud Graecos vero ΗΡΑ non tam Junonem, sed & Cererem, Fortunam, Deasque alias indicabat, quibus ob dignitatem, seu praecipuam populorum devotionem *Dominae* titulus adtributus est. Huc usque in obscuro versamur, & rem missam facerem, nisi apud eosdem Graecos aliud Deae nomen ejusdem potestatis invenirem, & potissime conveniens cum THANA, seu Domina Etruscorum, quod uni tantum Deae concessum fuit. Haec est illa ΔΕΣΠΟΙΝΑ tam religiose apud Arcadas culta, ut ne nomen quidem illius prodere in publicum ausus sit Homerus, ut in Arcadicis tradit Pausanias, ubi & sacra, & Templa, & simulacrum hujus Deae describens, illam non aliam esse, quàm Proserpinam Cereri conjunctam ostendit. Id nomen non nisi Dominam notat, quo etiam illam nuncupavit Virgilius in VI.

Hi Dominam ditis thalamo deducere adorti

& Seneca in Medea

Dominumque Regni tristis, & Dominam fide
Meliore raptam voce non fausta precor

& Martial. XII. 52.

Non aliena videt, sed amat Proserpina raptas
Ite tibi Dominum conciliavit amor

Vulcanum ab ejus officio recognoscimus; sed inscripti nominis rationem nondum assecuti sumus; est enim SETLANM, quod vix pronunciari potest: unde vel syncopen, vel transpositionem in hac vocula subesse puto. Fabrettus noster infelici molimine graecum nomen *Ephestionis* inde eruere conatus est. Ego id nomen ex duabus vocibus compositum esse puto SETH & LAMN, sive per metathesin LAMN, hoc est SETHUM LEMNIUM. Prima vox apud Aegyptios Typhonem notabat. Plutarc. de Isid. & Osirid. = *Itaque Aegyptii Typhonem Seth nominant, id significante vocabulo, quod vi praevalet* = de quo videnda, quae praemisimus in nostra tractatiuncula de Haebraismo Aegyptiorum. Typhonem vero eundem ac Vulcanum esse suadent ea, quae eodem loco innuit

idem

idem Plutarchus = *Typhonem omne siccum, igneum, & quidquid denique exsiccandi vim habens adversum est humori* = Caeterum Vulcanus unico *Lemnii* vocabulo saepe audit. Virg. Æneid. VIII.

Hac Pater Æoliis properat dum Lemnius oris.

& Ovid. Metam. lib. IV.

Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas.

Unum supereſt notandum, cur antiqui Thuſci Jovis Pateram praeter omnis religionis praeſcriptionem in ſepulcro condiderint, & cinerario impoſuerint pro operculo. Liceat mihi divinare Pateram hanc jam tum ut videmus enormiter fatiſcentem, & detracto manubrio mutilam, & penitus obſoletam atque execratam potuiſſe in uſum cinerum tuendarum rejici; praeſertim, cum conclamatis jam Etruſcorum rebus, fortaſſe etiam declinante jam Romanorum Imperio antiqua jura Pontificalia perturbari coeperunt, ut notavimus in tractatiuncula *de ſepultura Urbana*.

TAB. II.

PATERA GHERARDESCHIA.

Herculis Apotheoſim referens.

Herculem non amplius Mortalem, ſed Deorum conſortio receptum exprimit nobiliſſimum hoc Cymelium; Quapropter exuſtis oetaeo rogo omnibus humanitatis exuviis, quae illum horrentem fetis, & torvo aſpectu diù hominibus oſtentarant, molliore juventa renovatum nobis obiicit haec ſculptura. Ejus Genius laborum Comes nunc expanſis alis imam partem occupat, & manus protendens illum in Coelum extuliſſe teſtatur. Genius inquam, & non Genia, quamquam thoracis lineamenta a Thuſco ſculptore plus aequo preſſa, quod ſaepe accidit, virginales mamillas exprimere videantur, quod rurſum in Hercule obſerves. Adſtat Herculi indiviſa comes Minerva, quae illi in difficillimis rebus ſemper adſtitit, & rebus humanis functum deduxit in Coelum, ut prae caeteris teſtatur in Laconicis Pauſanias, Hinc aeternitas, illinc Juno regali cultu ſplendida adſiſtunt, quam poſtremam diù illi infenſiſſimam una mors conciliavit. Sic ad rem Apollodorus lib. II. *Inde immortalitatem adeptus, & revocatus in gratiam cum Junone Hebem illius filiam uxorem duxit, de qua ſibi filios Alexiaren, & Anicetum procreavit.* Ve-

Venio ad Nomina singulis inscripta. Herculis nomen HERCLE est, quam syncopen latini quoque usurparunt. Aliam literulam subtractam video in nomine Minervæ, quæ hic MENRVA inscribitur. Diligentiora monumenta integram vocem MENERVA referunt, quod ego Artificis oscitantiæ refero. Æternitas ETHIS inscribitur. Id nomen ipsissimum est ac Græcorum ΕΘΩΣ quod annum notat, & procedit ab hebræo עת beth, quod ætatem significat, unde Romani *Æternum* deduxerunt; Fortasse apud Thuscos ea vox non annum, sed ævum significavit. Si vero quod sententiam libere dicendum est, leve aliquod sphalma & in hoc lemmate irrepsisse puto; & O pro B notatum judico, quod ubi substituas, nomen EBIS perfecte coalescet, & tota historia Herculeæ apotheosis integre constabit; illam etenim subsequutæ sunt Hebes nuptiæ, quo allusit Martialis;

Nunc tibi Juno favet, nunc te tua diligit Hebe

quod vero alata videatur, nec novum, nec mirum est: nam & in vase Musei Cæsarei rursus Hercules inter Deos cooptatus cernitur, cui Hebe ministrat, Ambrosiæ situlam deferens, & ipsa volucer. Hujus iconem inter vasa Etrusca aliquando publicabimus. Junonis nomen, quod Græcis ΗΡΑ dicitur. Etruscis nostris ERIS fuit.

T A B. III.

PATERA FICORONIANA

Cum imaginibus Bacchi, Mercurii, & Apollinis.

IN præcedenti patera Herculeam apotheosim, in hac vero Bacchicam intuemur. Primarium locum ipse Liber Pater obtinet universis divinitatis insignibus decoratus, corona, hasta pura, fulmine, atque monili gemmato, quod bullæ dependentes more Etrusco exornant, præcipuo vero attributo fulmine præditus est. Sedet contra Apollo, adstat a tergo Mercurius, qui illi divinitatem asserit. Hunc enim fuisse, qui Bacchum in cœlum deduxit, demonstrat Pausanias in laconicis, ubi forensis Mercurii simulacrum Liberum Patrem portantis vidisse testatur, quemadmodum recens natum excipit in vase marmoreo Salpionis omnium laudibus concelebrato.

Bacchum accensitum inter Deos, qui jaculandi fulminis haberet potestatem, juxta Etruscorum disciplinam, multis conjecturis suspi-

suspicatus est Bonarrotus in dissertatione ad Dempsterum §. IX. Quæ interim fuerint ejusdem disciplinæ fundamenta, penitus ignoramus & nonnisi a Græcis latinisque fontibus argumenta desumere valemus, quibus hanc suspicionem confirmare valeamus. In primis vero, quod fulminis ope in vitam eruperit.

Quando Ignifer splendor superavit terram omnem
Fulminis stridoribus.

Ut cecinit Orphæus in Hymno Bacchi Pericionii, a quo rursum in Hymno Bassarei ita invocatur.

Veni Beate Dyonisi ignem seminans.

Et in altero trieterici modo *Ignem seminans*, *igni serviens*, *igne lucens* appellatur. Quid ni? In ignem aliquando mutatum finxit Nonn. Dionys. XXXVI.

Sed rursus mutavit Deus corpus, sublimis enim
Aera calefaciens volvebatur ignis vagus,
Suscitans ventis flammeum telum

Et lib. XXXXVIII. fulmine gigantes confecisse narrat:

Et igne pugnabat Bacchus in aera lampada jactans,
Et faces resplendebant, in Enceladi vero caput
Aera calefaciens, volvebatur ignis errans.

Fulmineumque illum vocat Stat. Thebaid. X.

Ducite fulminei per vos cunabula Bacchi.

cujus attributi ratio a physica vini natura facile deducta est, quod ignea sit, & vim igneam in animis excitet.

Nomen Bacchi TINIA, quidquid olim docti quidam somniaverint, est ipsum ejus epithetum Thyoneus, quo frequenter audit apud Scriptores; est vero a ΘΥΩ sacrificare ob celebratissima illa initia, quæ in ejus honorem habebantur, seu potius, ut alii crediderunt, a *Thyone* cognomine ejus matris Semeles. Inde ejus cultrices Bacchæ *Thyades* appellatæ sunt.

Nomen Apollinis APVLV facillimum intellectu est, nec quidquam novi præsefert, nisi quam quod cum cætera nomina a dex-

tera in finiftram procedant, id contra a finiftra in dexteram exaratum eft. Non ita planum eft Mercurii nomen ϟΜΙϽVT, in quo fi primam literulam T in H facili aditione permutes, corruptum licet, habebis tamen nomen ΗΕΡΜΗΣ.

T A B. IV.

PATERA FICORONIANA *Altera.*

Quatuor Deorum imagines referens.

GRande aliquid negocium habent inter fefe duo Deorum paria, qui prope januam templi, feu portam Urbis fecum conloquuntur. Conjeci olim dum Roncalienfes meas exfcriberem, artificem ex arbitrio quatuor hæc numina conjunxiffe, ut hæc Patera quatuor Deorum minifteriis apta putaretur, ut enim Homeri auctoritate tunc monui Pateræ hujufmodi adhiberi non poterant nifi in facris Deorum, quibus effent dedicatæ.

Nomina etiam ibi defcripta explicare conatus fum, & tranfpofita fuiffe cenfui, ita ut fingulæ fingulis imaginibus non refponderent. Si quid vero in hujus ftudii exordio peccatum eft, aut erit, deinceps expungere non erubefcam. Secundis curis nomina fingula proximis imaginibus reftituo, quas inter primo loco occurrit Juvenis feminudus, cui additum lemma LARAN Martem indicat, qui Græcis ΑΡΗΣ eft, addita per profthefim litera L.

Mulier nuda, & monili ornata, quam Mars alloquitur, & quodammodo mulcere oftendit, infcriptum habet lemma TURAN, fub quo concife latet vulgatiffimum Veneris cognomen ΑΠΑΤΟΥΡΙΑ, quo fæpiffime notata fuit apud Græcos.

Minervam ex cultu, & armatûra nemo non agnofcit. Ejus infcriptio eft MUNRVA, fædo quidem fphalmate, nec tamen fingulari; nam loco E literam V etrufca inferta eft, quæ interfefe unius lineolæ inferioris diverfitate difcernuntur. Fortaffe hoc additamentum vitio metalli evanuit.

Hanc fervidiffime alloquitur juvenis nudus, cujus infcriptio APLU Apollinem defignat. Notæ funt apud Homerum Deorum diffenfiones, & concilia occafione Trojani belli, cum cælites in partes fciffi alterutri populo patrocinabantur. Ovid. Trift.

Jupiter in Trojam, pro Troja ftabat Apollo,
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

Martem quoque Græcis adverfum, & quandoque a Diomede vulnera-

heratum, ut medico indiguerit, scribit idem Homerus. Quapropter suspicari licet Etruscum Artificem in hac Patera Deorum horumce concilium indicare voluisse, quo Dii, Trojanorum rebus faventes, Palladem, & Martem conciliare satagunt, ne, quod inceperat, perficeret.

T A B. V.

PATERA MEDICEA.

Cum Minerva, & Mercurii imaginibus.

VIsum est olim Doctissimo Fabretto exprimi in hac patera Medeam cum filio Medo, ad quos ille detorsit inscripta utrique nomina. En illius verba Inscript. Domest. pag. 542. *Utque non incariosam hanc remotissima, & penitus, quamvis abstrusa vetastatis digressionem prosequar, occasionem prabet similis ex eodem Museo patera excepta, in qua Medea etrusce per epenthesim* MENERBA *dicta, adstante forsan filio Medo, hic eodem idiomate* MEDME, *quem ex Ægeo Athenarum rege susceperat, Magica, qua pollebat arte, utitur, at nubibus involuti in Mediam ab ipsis nomen sortitam juxta Diodorum Siculum lib. V. provolarunt.* At ætate hac nostra Thuscarum literarum virtute aliquanto melius revelata, nec Medeam, neque Medum hic subesse cognoscimus, ut immo nullibi nitidiora Minervæ, & Mercurii nomina, quam hic appareant: de hac patera ita sensiit Cl. Bonarrotus in dissertatione §. IV. *In Patera Tab. V. eadem Minerva opem præstare videtur Perseo in Gorgonis cade.* At hujusmodi explicatio magis respondet auctoritati scriptorum veterum, quam hujus pateræ fidei, in qua non Perseum, sed Hermam scriptum legimus. Tribuunt quidem id facinus Perseo. Apollodor. lib. II. Pausanias in *Laconicis*, & Lucanus lib. IX. vers. 665. Quia vero Perseus Mercurii ductu, & ejus adamantino gladio Gorgonis caput obtruncavit, censuit artifex hujus pateræ, citra Persei injuriam egregie factum Mercurio attribuere, quod an recte fecerit colligitur ex ipso Apollodoro loc. citato. *Tum Perseus Mercurii, ac Minerva ducta Phorci filias adiit . . . . a Mercurio adamantinam harpen accepit.* Et Lucanus:

Et subitas prapes Cyllenida fastulit harpen,
Harpen alterius Monstri jam cade rubentem
A Jove dilecta suso custode Juvenca.
Auxilium volucri Pallas tulit innuba fratri
Pacta caput monstri.

D 2 & quam-

& quamquam cædes a Perseo patrata fuerit, non est, cur ejus facti gloriam Mercurio invideamus, quo Auspice Medusa cæcidit.

Pileolus, quo Mercurii caput adopertum cernitur, fortasse est illa *Orci galea* in hoc facinore adhibita, sive a Mercurio, sive a Perseo, ut tradit loco citato Apollodorus, qui præterea præter apparatum clipei, talarium & gladii falcati jungit etiam cibisin, hoc est, peram ad recisum Gorgonis caput reponendum. *Erant autem hisce Nymphis talaria, & cibisis, quam peram quidam esse putant. Id Pindarus, & Hesiodus in clipeo, ubi de Perseo sic ait:*

Horrende totas scapulas caput occupat ingens
Gorgonis, idque intra cibisin latet.

cui descriptioni respondent hujus Pateræ lineamenta, Mercurium exprimentia cibisin sinistra attollentem.

T A B. VI.

PATERA ANSIDEJANA

Herculem hydram perimentem exhibens.

PAllas, quæ Herculi Hydram interimenti præsto est, alata præter morem conspicitur, ut per id symbolum ejus præsentiam, atque auxilium iis, qui laude digna molirentur, significaret. Ipsam vero huic Herculeo facinori adstitisse, confirmat Pausanias in *Eliacis*, ubi Cypseliarcam describens, hæc habet: *Post hac Herculi adsistit Minerva, dum ille Hydram ad Ammymones flumen sagittis confecit.* Totam vero fabulæ seriem diligentissime, ut semper descripsit Apollodorus lib. II. *Porro secundum Herculi certamen Hydram Lernaam obtruncandam imperavit. Hac intra paludem Lernam enutrita plane omnia, & campestria emptione facta dispendebat, in pecora, atque agros saviebat. Hydra mira corporis magnitudine fuit novem capitibus munita, quorum octo morti obnoxia fuisse dicantur. Quod autem omnium medium erat immortale fuisse ferunt. Hercules igitur curru conscenso, Jolai auriga opera usus, ad Lernam contendit, quo cum pervenisset, equos sistit, Hydram in tumulo quodam nactus propter Amymones fontes, ubi ea latitare consueverat, quam cum ignitis sagittis impetisset, de latebris exiliam compulit. Egressamque ipsam manu prabensat, prabensamque tenet, ea vero pedibus statim circumplicita cohibebatur. Hercules capita contundens clava, nequicquam elaborabat: namque uno contuso, duo subnascebantur. Insuper Hydra pervasti corporis Cancer ad-*

adverso Herculis pede opem ferebat. Quo circa interfecto cancro Jolai, & ipse opem imploravit. Qui cum proxima sylva partem succendisset, ignitis torribus renascentia Hydra capita inurens, immedum renascentium capitum ortus suboriri probibebat: victor caput illud morti haud obnoxium recisum defodit, eique ingentis ponderis lapidem superimposuit secus viam, qua per Lernam Eleuntem ducit. Ad hac Hydra corpore minutissime conciso, sagittas ejus felle tinxit.

Nomina Herculis, ac Minervæ in hac patera signata satis perspicua sunt, nec quidquam novi præseferunt, quam quod unum dextrorsum, alterum vero sinistrorsum procedit. Syncopes HERCLE derivavit in Latium, ubi inveterata jurandi formula *Mehercle* dicebatur. Minervæ vero vocabulum est a ΜΕΝΟΣ *fortitudo*, unde ΜΕΝΕΔΗΙΟΣ *bellicosus* literula O nomini Herculis interposita, magnam olim quæstionem excitavit: nam hoc unico exemplo multi probare conati sunt, elementum id Etruscis fuisse usitatum. At magni nominis Vir Scipio Maffejus autographo diligentissime perscrutato non literam esse deprehendit, sed æris vitium, in quo enata pustula notam hanc invito Artifice imitata est.

TAB. VII.

PATERA MEDICEA

cum Meleagro, & Dioscuris.

EX quatuor Heroibus, qui in hac Patera sculpti sunt, ternos indubitanter agnoscimus, Castorem KASTVR, Pollucem PVLTVKE, & Meleagrum MELAKRE, quartus vero totam excitat difficultatem, nempe MENLE. Cogitanti mihi quo referendum esset istud consortium, occurrit mihi primum celebratissima illa Argonautarum expeditio, in qua & Castor, & Pollux, & Meleager interfuere, qui Jasonem secuti, quum in Insulam Diam appulissent, invenerunt ibi Phrixi naufragos filios, quos inter *Melam*, quos in societatem receperunt, & in Choleos adduxerunt. Hunc Melam esse reputabam, qui in hac patera MENLE scriptus est.

At licèt nomina huic conjecturæ non repugnarent, obstabat vero imaginum dispositio, quæ, licet omni symbolo destitutæ, cujus beneficio peculiaris fabulæ significatio erui posset, attamen negocium aliquod maximi ponderis simul conferre videntur, quod potissime tangat ipsum Meleagrum, qui cogitabundus, & curis agitatus in medio sedet. Hinc mihi constitui sculpturam hanc pertinere

tinere ad Apri Calydonii venationem, ejusque præambulum apparatum, in quo cum Meleagro Dioscuri egerunt, adstante post Meleagrum non Mela, sed Melanippo ejus fratre, qui in fervore venationis a Tideo interfectus est.

Inter nobiliora primævæ antiquitatis facinora, quæ bellum Trojanum præcesserunt, venatio Apri Calydonii numeratur, quum odio contemptæ Dianæ immanissimo Apro ad vastandam Calydoniam immisso, congregata undique lectissimorum Juvenum manu, qui ex tota fere Græcia in arenam illam concesserunt, studio Oenei Regis interemptus est. Ejus historiam recensuit *Bibliotheca* lib. 1. Apollodorus, qui viginti fuisse Heroas memorat, qui simul convenerunt, inter quos Castor, & Pollux: primum autem omnium fuisse Meleagrum ejusdem Oenei filium, de cujus Regno liberando agebatur, commemorat. Quapropter insidentem regio Throno sub aule tolo, Thuscus Artifex illum effinxit, reliquos autem stantes, ut demonstraret, cæteros in sui auxilium convenisse, ipsum vero jure principatus, primas obtinere, Menalippo ejus fratre minore post rergum veluti excubias agente. Subdit vero Apollodorus Heroas omnes, ubi simul coivissent, ab Oeneo novem dierum continuo hospitio fuisse susceptos, quibus transactis decima die in certamen una concessisse. Hæc vero patera facile Heroas ipsos simul de futura venatione colloquentes exponit: nam Meleager domestico cultu ornatus, & nedum bello dispositus, cogitabundus exprimitur Dioscurorum consiliis intentum.

Forte etiam iidem exprimuntur, cum jam labore exanthlato, atque Apro interempto, de illius spolio lis agebatur; ferunt enim ipsum Atalantæ amore captum, illi hirsutam pellem, & Aprugnum caput habendum concessisse, quod cæteri fere omnes inique adeo pertulerunt, fœminam sibi præferri indignantes, ut clades, atque odia inde exorta sint, atque calamitates, quæ totam fere Ætoliam iterum iterumque conturbarunt; sic enim rei exitum Achilli descripsit Phœnix apud Homerum Iliad. 1.

Hæc autem (Diana) *circa ipsum posuit multam seditionem, & prælium*
Circa suis caput, & pellem pilosam,
Curetumque in medio, & Ætolorum magnanimorum.

Immo hinc exitium Meleagro processisse narrat idem Apollodorus: *Tum Thestii filii, quod viris præsentibus Fœmina præmia concedantur, improbantes, pellem Atalantæ donatam abripiunt: quamobrem irarum plenus Meleager, Thestii filios obtruncavit, ac pellem Atalantæ restituit. Interea vero Althæa mærore confecta de fratrum cæde stipitem rursus accendit, quo facto Meleager extemplo contabuit.* Et Ovidius *Metamorph.* VIII.

Invi-

Invidêre alii, totoque erat agmine murmur,
E quibus ingenti tendentes brachia voce
Pone age, nec titulos intercipe, Fœmina, nostros,
Thestiadæ clamant, nec te fiducia formæ
Decipiat, ne sit longe tibi captus amore
Auctor, & huic adimunt munus, jus muneris illi.
Non tulit, & tumida frendens Mavortius ira,
Discite raptores alieni dixit honoris
Facta minis quantum distent, hausitque nefando
Pectora Plexippi nil tale timentia ferro
Toxea quid faciat, dubium, pariterque dolentem
Ulcisci fratrem, fraternaque fata timentem,
Haud patitur dubitare diu, calidumque prioris
Cæde recalfecit consorti sanguine telum.

Castor tunica, & chlamide, quod Jovis filius haberetur, ornatus est, Pollux vero quia Tindari, omnino nudus exprimitur. Juvenem, qui MENLE inscribitur pro Menelao ab aliquibus doctis viris sumptus est, & potissime a Cl. Bonarrotio §. XVI. At diligenter evolutis antiquorum scriptis, qui eorumdem venatorum elenchum compilarunt, apud neminem Menelaum interfuisse cognovi, non apud Apollodorum, qui vicenos tantum enumerat, non apud Hyginum, qui Fabula CLXXIII. ipsos numero triginta & tres recenset, non apud Ovidium, qui triginta, & novem describit. Imo si tempora supputemus, vix ea ætate Menelaum eo periculo parem fuisse intelligemus, quum plerumque eorum, qui Trojano bello interfuerunt, parentes, atque adhuc adolescentes ad Aprum Calidonium exterminandum convenerint. Quapropter quum Homerus Phœnicem inducat idem facinus recensentem, illud veluti rem antiquam narrat;

Sic & Priscorum audivimus laudem virorum
Heroum, quando aliquem vehemens ira occuparet.
Memini hoc factum ego vetustum neutiquam recens.

Meleager vero confecta venatione statim extinctus est, quin Menelaum potuerit unquam convenire, quapropter hic non Menelaum, sed Menalippum ejusdem Oenei filium, atque Meleagri fratrem, quem Tideus in venatione interemit, ut narrat Hyginus Fab. LXIX. hic recognoverim, quem licet nemo inter venatores recenseat, credibile est pro patriæ securitate cæteris sese adjunxisse.

Cæterum totam hanc fabulam egregio opere in Marmore expressam Eruditi admirantur Beneventi in vestibulo Ædium Pontificalium, quæ æri incisa in lucem prodiit in Thesauro antiquitatum

tum Beneventanarum studio, & opera Joannis de Vita Sanctæ illius Ecclesiæ Canonici, Viri nobilitate, ingenio, & moribus spectatissimi, qui nostro Commentariolo Marmor illud illustratum voluit, quod singillatim per singulas partes præstitimus.

T A B. VIII.

PARERGON LORICÆ VOTIVÆ

Cum Gorgone ex Museo Medicæo.

NEmo, qui viderit hanc Bullam, dubitabit ad Thoracem pertinuisse, in cujus antica parte, quæ *Gyalon* vocabatur, Medusæ protomes ad ornatum simul, & terrorem apponi solebant, veluti in clypeis; exemplo Palladis, in cujus Parma spectrum hoc sculpi solebat. Quia vero bello reduces vel ob monumentum victoriæ, sive in testimonium servatæ vitæ Loricas in Templis suspendebant, ut liquet ex Pausania in *Atticis*, in *Phocicis*, in *Arcadicis*, & alibi passim, & luculentissime ex Macchabæorum libris, sic institutum est, ut inscriptionibus insignirentur, ut de clypeo ab Ænea dedicato testatur Virgilius in III.

Ære cavo clypeum magni gestamen Abantis
Postibus adversis figo, & rem carmine signo,
Æneas hæc de Danais victoribus arma.

Et idem Pausanias in Olympici Jovis Templo clypeum notavit Gorgone obsignatum, & inscriptione distinctum. Ne vero aliena perquiramus in Agro Cortonensi, Perusino, & Tuderte, galeæ ex ære defossæ sunt Punica inscriptione nobilitatæ, quæ bello Punico aut ab Afris iis in locis dedicatæ sunt, aut a Romanis inter spolia reportatæ.

Cum hæc arma dedicari contigisset, credibile est ornamentis amplioribus, quam belli usus postularet, fuisse nobilitata; ideo nil mirum, si additamentum hoc comunem mensuram excedat, ut recipiendæ inscriptioni par esset, & magis emineret, quamquam viderim in Urnis Gorianis milites aliquando in medio thorace aliquid valde eminens addidisse ad majorem armaturæ firmitatem.

Inscriptio hæc nostra in girum disposita est ad instar illarum, quæ in arca Cypseli, & in disco Iphiti observavit idem Pausanias: *Inscripta enim sunt illa, non recto versuum ordine, sed orbem ambientibus literis.* Hujus Inscriptionis principium desumendum est a vertice, ubi duplicata interpunctio caput inscriptionis a fine discernit. Eam sic lego, & expono:

TVR-

TVRCE . AV . VELTVRI . FNIMVAL . MI . SVTIL . VELTVRI . TVRA
TORACEM . AVius . VELTVRIVS . FENIMVA natus
ME pro SALVTE . VELTVRI filii . MARTI dedicavit.

Ordo mihi poeticus, & disticho inclusus videtur.

Turce au Velturi fnimual
Mi sutil Velturi Tura

Turce si literam A superaddas, continuo exurget *Turace*, pro qua Latini abjecta litera V *Thoracem* dixere. Vox penitus græca est, neque in Latium influere poterat, nisi per intermediam etruscam linguam.

Velturius nomen gentile est, qui in fine hujus lemmatis repetitur ad alium Velturium indicandum, qui prænomine destitutus est.

Fnimual matronimicum esse demonstrat desinentia in AL, quæ derivativum importat, ut demonstravi in Roncaliensibus, & auctoritate sua confirmavit doctissimus Auctor Gualfondianarum. Fusius vero doctrinam hanc multiplici exemplo confirmavi in dissertatione de Tegulis Buccellianis.

Mi pro *Me* occurrit perpetuo in dedicationibus Donariorum, in quibus ipsum Donarium alloquitur spectatores. Latini antiquiores ita dedicationes suas conceperunt, ut in vase Prænestino

ME FECIT, MED ROMAI FECIT

Sutil est a ΣΩΟΣ salvus incolumis. Trasposito hic subest extremæ literæ L, quam si anteponas, facile emerget *saluti* Velturii.

Tura Mars est cognomine Thurius, quo audit apud Homerum, de quo & Suidas, in cujus Templo Donarium hocce loricæ insertum pependit.

TAB. IX. n. I.

URNA MUSEI CONSTANTII

In qua Juvenis insculptus est senem trunco alligans.

CRediderunt comuniter eruditi Marsyæ fatum in hoc anaglyfo exculptum exhiberi, qui ab Apolline trunco religatur. Fabulam habes apud Hyginum CLXV. qui ubi abjectas a Minerva tibias retulit, hæc habet: *Marsyas Oeagri filius Pastor unus ex Satyris invenit, quibus assidue commeletando, sonum suaviorem in dies faciebat; adeo ut Apollinem ad Cythara cantum*

 in

in certamen provocaret .... Apollo victum Marsyam ad arborem religatum scythe tradidit, qui eum membratim separavit. Reliquum corpus discipulo Olympo sepultura tradidit.

At aliqua difficultas suboritur, quin Marsyam hic agnoscamus: non enim capripes, ut debuerat, expressus est; qualem fuisse testatur Pausanias in *Atticis*, & rursus in *Corinthiacis*: Manifestius vero talem legimus apud Ovidium Metamorph. VI.

Illum ruricolæ sylvarum numina Fauni,
Et Satyri fratres, ex tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphæ flerunt.

Nec certe fuisset artificibus Thuscis id Monstrum rite exprimere, qui Faunos, Satyros, Silenos, & si quid aliud a Græcis Poetis commentum erat, probe noverant, ac pictos nobis reliquerunt. Quæ dum ego in mente volverem, nunciatum est mihi tripodem æneum in agro Prænestino superioribus annis effossum, & Museo Kircheriano additum, inter cujus eximia ornamenta hic idem typus grafio incisus videbatur. Ad pedes vero Juvenis gemini cestus jacentes observabantur, quo indicio commonefactus, longe aliud quam Marsyæ casum hic inquirendum esse duxi. Augebat dubium, quod cum tripode etiam patera inventa esset, in qua Pollux, atque Amycus cæstibus decertantes expressi erant: eadem igitur historia facile in utroque recurrebat, certamen in patera, victoria vero in Tripode: nam ea lege inter utrumque pugnatum est, ut victus victori manciparetur. En Teocriti verba in Idylio *Jovis filii*.

Pol. *Nunquid praemium promptum, super quo pugnabimus ambo.*
Amy. *Tuus quidem ego, tu autem meus vocaberis, si vincam.*

Hanc autem mancipationem haud melius exprimi poterat, quam ipso Amyco ad truncum alligato.

Accedit rursus alia conjectura, quæ Apollinem ab hoc marmore excludat; Deos enim superos nunquam penitus penitusque in Thuscorum urnis expressos videmus, nisi forte in Cinerario apud Nobiles de Vinciolis, in quo Gygantomachia expressa est, ubi cum feralis illa, & penitus infernalis fabula referenda esset, adjungi Deos omnino oportebat.

Inscriptio Urnæ superposita defuncti nomen importat,

VEL. VESIM. SAPEVANIAL. SLAN,

quam sic verto:

VELLIVS. VESIVS. SAPEVANIA NATVS

Gens

Gens *Vesia* in Perusinorum Etruscis urnis obvia est, & saepe a nobis memorata. Non tota periit ad *Perusinas Aras*: nam Patria sua Caesareae ditioni subjecta, iterum, iterumque recurrit in inscriptionibus latinis. Sequens nomen more Thusco Matrem indigitat. Postrema vox SLAN si excipias primam literam S, quam pro C imperitus pictor substituit, est ipsum *Clan*, quae NATVM notat, ut ad evidentiam demonstravi in eodem opusculo de tegulis Buccellianis.

TAB. IX. n. 2.

ET

TAB. XXXVII. n. 1. & 2.

POLYXENAE FATVM

Urna marmorea apud Nob. Ansidejos, & Constantios.

Sculpturae, quas in Etruscorum Ossuariis observamus, duo plerumque argumenta continent; vel enim mores illorum, & caeremonias exprimunt, vel historias peculiares, quae plerumque ex graecis fontibus accersitae sunt. Mitto tertium, in quibus ornamenta, & symbola insculpta cernuntur, quae quia ad religionem plerumque pertinent, in priorem Classem commode possunt recenseri.

Viri referendum sit marmor, quod hic explicamus, & alia duo, quae Tab. XXXVII. referuntur, in quibus pro certo habeo, unum atque idem factum contineri, quamquam variis lineamentis adumbratum, liquido non constat apud Doctos. Horum sententias breviter referemus, ut quam quisque magis probatam habeat, amplectatur.

Prima fuit Cl. Bonarroti, qui §. IX. ita de hoc monumento sensum suum aperuit. *In eadem tabula miles imaginem pueri Dionysii in lebetem conicere tentat; quia fabulantur, ut notat idem Clemens, & ex eo Eusebius de Praeparat. lib.* 11. *cap.* VI. *Dionysium puerum cum curetibus choreas ducentem, crepundiis deceptum, dilaniatum fuisse, cujus membra primum in lebete elixaverint, & deinceps verubus infixa, igne assaverint*. At sententiam Viri doctissimi, quem ego nunquam sine laude commemoravero, quamquam aliquando ob nova subsidia, quae deinde prodierunt in hac scientia, ab ipso mihi recedendum sit, plura sunt, quae in dubium revocent. Et primo nostra haec armatura, quae tota Graecorum militum propria est; At qui Curetes semel tantum insculptos vidimus, in ara marmorea inter inscriptiones Donianas Tab.

II. in qua si galeam excipiamus, clypeum, & gladium & dependentem ex humeris pallam, reliqua nudi sunt. Praeterea quem pro Baccho usurpat, foeminam fuisse demonstrat in utroque marmore & cultus capitis, & ipsa ubera; demum quem hic lebetem appellat, quia cilindrica forma constat, ara est, ut ex duabus posterioribus sculpturis manifeste evincitur. Demum quum supra foeminae caput Sacerdos invergat pateram, quale officium Baccho quum laniaretur minime exhibitum est, consequens fit, ut longe aliud hic referatur.

Sunt qui putent, aliqua initia hic esse expressa, sed quia nondum certo constat ex Monumentis hucusque detectis Etruscos aliqua horum habuisse, praeter Bacchica (quum ea, quae caeteroquin de *Mythriacis*, *Isiacis*, atque *Eleusinis* ex eisdem monumentis eruuntur, maxime ambigua sint) multa urgent, cur typos hosce nostros ab hac classe vindicemus. Orgia occupant Satyri, Fauni, Nymphae, quorum gestus dissoluti, extracti motus vel primo obtutu Bacchanalia produnt, sive ea a Graecis Artificibus expressa fuerint, sive a Thuscis, qui hoc argumento plurimum delectati sunt, Heroas armatos nunquam in Orgiis vidimus. Praeterea haec mysteria non viri mulieribus, sed mulieres Antistitae viris ex antiquo instituto tradere solebant. En Livii verba lib. XXXIX. cap. XV. *Primum sacrarium id feminarum fuisse, nec quemquam virum eo admitti solitum, tres in anno statos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarentur. Sacerdotes invicem Matronas creari solitas... Miniam Campanam Sacerdotem omnia tanquam Deum monitu immutasse: nam & Viros eam primam suos filios initiasse Minium, & Herennium Cerrinios.*

Altera longe diversa fuit sententia olim mea, quippe qui mortuorum consecrationem in hisce marmoribus exprimi putabam, quo referri poterant, & Musici concentus, & sacrificia animalium, quae in eisdem praeparata observantur. Huic enim marmori aptabam Arnobii verba lib. II. *Magi spondent commendaticias habere se preces, quibus emollita, nescio qua, Potestates, vias faciles praebeant ad Caelum contendentibus subvolare: neque, quod Etruria libris in Acheronticis pollicetur, certorum animalium sanguine numinibus certis dato, Divinas animas fieri, & ab legibus mortalitatis educi.* Hanc autem Divinitatem, quam nonnisi a Diis dari posse consentiebant defunctorum animabus, comunicari credebant mediante contactu, seu inunctione nectaris, vel ambrosiae, ut latè probavi in *Acherontica* cap. VI. Sed quoniam ea, quae a Diis fieri credebant caeremoniis quibusdam sensibilibus imitari constitutum erat auxilio sacrorum quorumdam liquorum, qui ambrosiam, & nectar simularent, hinc introductum est, eos sacris quibusdam precatio-

cationibus adhibitis in caput & os Mortui invergi, ut pariter ostendi in eodem *Acherontico* cap. VII. quod adeo constanter Ethnici retinuerunt, ut putaverint sibi funebres aras, & urnarum tegulas esse perforandas, ut reintegratis quotannis hisce ritibus, divinitas quodammodo instauraretur. Exempla hujusce ritus variæ late suppeditat nobis Fabrettus *Inscriptionum Domestic.* cap. II. & Eruditissimus olim donec vixit amicus noster Gorius ad *Columbarium Libertorum Liviæ Augustæ*, inter cujus tumulos aliquas tabellas superne perforatas in hunc usum observavit. Hunc vero morem antiquissimum fuisse demonstramus auctoritate Pausaniæ in *Laconicis*; ubi antiquissimum Apollinis signum describens hæc subdit: *Simulacri basis aræ formam habet. Sub ea Hyacinthum sepultum tradunt, & in Hyacinthiorum celebritate prius quam sacrum Apollini faciant per aneum ostiolum, quod in ara leva parte est, inferias Hyacintho mittunt.* In hisce vero marmoribus, de quibus est sermo, supra mortui hominis, ut putabam, caput sacerdos prope sepulcralem, jamque flammantem aram, seu potius rogum, libamina invergit: Omnia funeri mihi convenire videbantur, næniæ, luctus mulierum, ploratus, & alia; quæ in tribus hisce monumentis observantur.

At secundis curis typo hoc maturius observato, omnia mihi eo collimare visa sunt, ut Polixenæ sacrificium in hisce urnis cognoscamus. Ex Græcis ducibus, qui sacrum id peregerunt, Neoptolemus Virginem ad aram rapit, cujus dextera jugulata interiit. Ulysses omnium senior vinum in caput invergit, rursus Tabul. XXXVII. n. I. Sacer minister lancem cum mola affert, qua victimæ caput de more conspergatur. Hecuba manibus capillos vellens extremo gentis suæ fato assistit. Ipsa demum Polixena, quæ in alia subsequente Urna victimarum more coronata est, manus supplex attollit. Truce id factum multis recenset Q. Smirnæus *Paralip.* lib. XIII. vers. 256.

Sic fati ad Bustum Achillis redeunt;
Et Polyxenam ducunt sicut Juvencam ad Dei Sacrum.
Illa prolixo reboans mugitu, mæsto corde lamentatur
. . . .
Græci autem, cum ad sepulcrum Divini Achillis pervenissent,
Mox filius ejus dilectus (Neoptolemus) *ensem acutum stringens,*
Leva quidem Puellam tenebat, dextera autem
Bustum contingens tali cum oratione appellabat.
His dictis mortiferum, adegit gladium per puellæ
Jugulum, quam extemplo dulcis vita destituit.

Ulyssem vero, qui vinum invergit, referre existimo, quippe ei cura data fuit a Græcorum exercitu, ut Polixenam ad triste factum

crum abduceret, sic enim ille Hecubam alloquitur in illius *Tragedia* apud Euripidem vers. 222.

> *Visum est græcis filiam tuam Polyxenam*
> *Mactare ad excelsum aggerem Achillei sepulcri,*
> *Nos vero comites & adductores puellæ,*
> *Ordinarunt esse, sacrificii vero præfectus,*
> *Sacerdosque statutus est hujus filius Achillis.*

Ipse quoque Ulysses huic sacro assistit in Tabula *Iliaca* apud Fabrettum num. 114.

Polyxena nuda hic efficta est. At contra Ovidius *Metam.* XIII. qui illam Romanis moribus, & virtute adornavit, poetice magis quam quod verosimilius sit illam constanter, & sponte aras adeuntem describit, non modo vinculorum expertem, sed decenter vestitam, ut cum moriens humi procumberet.

> *Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,*
> *Cum caderet, castique decus servare pudoris.*

At in Tabula *Iliaca* inferne tantum velata est, superne vero nuda, quod magis consentaneum erat religioni, ut sanguis facilius exciperetur. Neque obstat Q. Smirnæus, apud quem Achilles Polyxenam *bene vestitam* sibi mactari jubet: nam epytheron ΕΥΠΕΠΛΟΝ, quo utitur, expetitum est ab ipsius Polixenæ moribus, quam, quia concinnis vestibus uteretur, *pulchri pallam* appellat, non inde tamen sequitur ita pompose indutam fuisse immolandam eo modo, quo Homerus *bene ocreatos* vocat Græcos in illis etiam officiis, in quibus ocreis non uterentur. Idem argumentum rursus recurrit in alia Urna nuper Perusiæ effossa, quam cum aliis una inventis inter additamenta exponemus.

Lemma urnæ superpositum in hac Tab. IX. num. 2.

TIT . VELIVMNAM . ACRILMEC

TITVM VELIVM videtur indicare, sed desinentia nominis in VMNAM cum cæteris, quæ sequuntur, haud facile latino sono reddi possunt. Marmor, quo veteres Perusini ad hæc ossuaria excavanda utebantur, firmum quidem est, sed inæquale, & spongiis, ut ajunt, passim deformatum. Hinc factum est, ut pleræque inscriptiones aut detritæ, aut corruptæ ad nos pervenerint; accessit ad augendam ambiguitatem Pictorum imperitia, qui ea ætate, in qua nullus Etrusci sermonis odor habebatur, literas, quas ignorabant, misere perturbarunt. Quapropter valde dubito desinentiam hanc VMNAM nomen maternum importare, sive illius, qui funus curaverit: nam ex altero ejusdem urbis monumento constat apud

Anti-

Antiquos Perusinos prænomen Turni, ut apud Albanos in usu fuisse, vel apud ipsos *Turniam* familiam floruisse.

Planior est epitaphium alterius urnæ Tab. XXXVII. num. 1. quæ latinis notis expressa ita sonat.

AV . TITE . VESI . VEL . CACEINNI

Quod quidem ad effugiendam duplicis prænominis difficultatem, ita verto:

AVLO . TITI . VESI . FILIO . VELIVS . CECINNA . FEC.

Sequentis ossuarii inscriptio aliquanto corruptior ita se habet:

VR . TITE . VESIAE . CV . SITIA . . . .

Primæ notæ VR facile detortæ sunt ab AV: nam inter se affines sunt, & facile indicant prænomen alterius Auli ex eadem familia *Vesia*, in qua idem prænomen frequentissimum est. Particula CV prænomen est nobis ignotum, seu nomen alicujus Curii, seu Curionis, qui prænomine prætermisso nomen Sitii scribendum censuerit.

TAB. X. & XI.

DATIO TOGÆ VIRILIS

In Vase Mediceo.

De hoc argumento plura præmisimus in notis, quibus Parerga illustravimus, & multa dicenda sunt, ubi opportunitas postulabit. Ante domesticas aras Parentes filiis Tyronibus jam pubertatem adtingentibus, dempta puerili prætexta, & bulla, quam Laribus suspendebant, virilem togam tribuebant. Pers. Sat. V.

Cum primum pavido Custos mihi purpura cessit,
Bullaque succinctis Laribus donata pependit.

Et Propert. lib. IV. Eleg. 1.

Mox ubi bulla rudi dimissa est aurea collo
Matris, & ante Deos libera sumpta toga.

Deorum foruli, seu Lararia quandoque ornatissima, & in Armarii modum exurgentia nobis exhibentur, quæ procerum opulentiam spirant. Frequentius vero, & præsertim privatæ fortunæ hominum simpliciora fuere, nempe Alveoli angusti, & qui breves Deos continerent

crum abduceret, sic enim ille Hecubam alloquitur in illius *Tragedia* apud Euripidem vers. 222.

Visum est græcis filiam tuam Polyxenam
Mactare ad excelsum aggerem Achillei sepulcri,
Nos vero comites & adductores puellæ,
Ordinarunt esse, sacrificii vero præfectus,
Sacerdosque stacutus est hujus filius Achillis.

Ipse quoque Ulysses huic sacro assistit in Tabula *Iliaca* apud Fabrettum num. 114.

Polyxena nuda hic effecta est. At contra Ovidius *Metam.* XIII. qui illam Romanis moribus, & virtute adornavit, poetice magis quam quod verosimilius sit illam constanter, & sponte aras adeuntem describit, non modo vinculorum expertem, sed decenter vestitam, ut cum moriens humi procumberet.

Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
Cum caderet; castique decus servare pudoris.

At in Tabula *Iliaca* inferne tantum velata est, superne vero nuda, quod magis consentaneum erat religioni, ut sanguis facilius exciperetur. Neque obstat Q. Smirnæus, apud quem Achilles Polyxenam *bene vestitam* sibi mactari jubet: nam epytheton ΕΥΠΕΠΛΟΝ, quo utitur, expetitum est ab ipsius Polixenæ moribus, quam quia concinnis vestibus uteretur, *pulchri pallam* appellat, non inde tamen sequitur ita pompose indutam fuisse immolandam eo modo, quo Homerus *bene ocreatos* vocat Græcos in illis etiam officiis, in quibus ocreis non uterentur. Idem argumentum rursus recurrit in alia Urna nuper Perusiæ effossa, quam cum aliis una inventis inter additamenta exponemus.

Lemma urnæ superpositum in hac Tab. IX. num. 2.

TIT. VELIVMNAM. ACRILMEC

TITVM VELIVM videtur indicare, sed desinentia nominis in VMNAM cum cæteris, quæ sequuntur, haud facile latino sono reddi possunt. Marmor, quo veteres Perusini ad hæc ossuaria excavanda utebantur, firmum quidem est, sed inæquale, & spongiis, ut ajunt, passim deformatum. Hinc factum est, ut pleræque inscriptiones aut detritæ, aut corruptæ ad nos pervenerint; accessit ad augendam ambiguitatem Pictorum imperitia, qui ea ætate, in qua nullus Etrusci sermonis odor habebatur, literas, quas ignorabant, misere perturbarunt. Quapropter valde dubito desinentiam hanc VMNAM nomen maternum importare, sive illius, qui funus curaverit: nam ex altero ejusdem urbis monumento constat apud

Anti-

Antiquos Perusinos prænomen Turni, ut apud Albanos in usu fuisse, vel apud ipsos *Turniam* familiam floruisse.

Planior est epitaphium alterius urnæ Tab. XXXVII. num. I. quæ latinis notis expressa ita sonat.

AV. TITE. VESI. VEL. CACEINNI

Quod quidem ad effugiendam duplicis prænominis difficultatem, ita verto:

AVLO. TITI. VESI. FILIO. VELIVS. CECINNA. FEC.

Sequentis ossuarii inscriptio aliquanto corruptior ita se habet:

VR. TITE. VESIAE. CV. SITIA....

Primæ notæ VR facile detortæ sunt ab AV: nam inter se affines sunt, & facile indicant prænomen alterius Auli ex eadem familia *Vesia*, in qua idem prænomen frequentissimum est. Particula CV prænomen est nobis ignotum, seu nomen alicujus Curii, seu Curionis, qui prænomine prætermisso nomen Sitii scribendum censuerit.

TAB. X. & XI.

DATIO TOGÆ VIRILIS

In Vase Mediceo.

DE hoc argumento plura præmisimus in notis, quibus Parerga illustravimus, & multa dicenda sunt, ubi opportunitas postulabit. Ante domesticas aras Parentes filiis Tyronibus jam pubertatem adtingentibus, dempta puerili prætexta, & bulla, quam Laribus suspendebant, virilem togam tribuebant. Perf. Sat. V.

> *Cum primum pavido Custos mihi purpura cessit,*
> *Bullaque succinctis Laribus donata pependit.*

Et Propert. lib. IV. Eleg. I.

> *Mox ubi bulla rudi dimissa est aurea collo*
> *Matris, & ante Deos libera sumpta toga,*

Deorum foruli, seu Lararia quandoque ornatissima, & in Armarii modum exurgentia nobis exhibentur, quæ procerum opulentiam spirant. Frequentius vero, & præsertim privatæ fortunæ hominum simplicciora fuere, nempe Alveoli angusti, & qui breves Deos continerent

afferent in pariete excisi, rotunda plerumque specie, quemadmodum in hac nostra pictura observatur bifidis valvis (quod ducta linea perpendicularis ruditer ostendit) sed pessulo clausis, quod obversa linea demonstrat, & in diligentioribus picturis multo manifestius ostenditur.

Comitantur quandoque Tyrones Pedagogi, sive alii ex familia, qui cæremoniæ adstabant, unde factum est, ut quandoque terni, seu quaterni depicti videntur, nec de lineamentis faciei habenda est ratio, si sæpe sæpius filios a Parentibus non discernant: nam si vel parum ipsis picturis prototypis assueverimus, facile intelligemus picturas ipsas scita quadam negligentia, & manu festinante ac citissimo pennicillo ductas esse, ut in hisce minutiis non hæreamus.

Viri, qui in hac cæremonia inducuntur, ut plurimum rudes baculos stringunt, & intortos, ut vitem potius, quam virgam imitentur. Ii quandoque, ut in meo vase, frondentes sunt. Ratio in promptu est: nam Toga dari solebat quandoque in Saturnalibus, in quibus, ut præmisimus, Viri baculos sumebant, & præseferebant; vel in Bacchanalibus, in quibus credibile est vitis palmites vulgo usurpatos, ut luculentius in notis ad vascula demonstrabimus; usum vero dandæ togæ in Bacchanalibus latæ ostendit Ovidius Fast. III.

Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho
Bacche fave Vati, dum tua festa cano.
. . . .
Restat, ut inveniam, quare toga libera detur,
Lucifero pueris, Candide Bacche, tuo.
Sive quod ipse puer semper, juvenisque videris,
Et media est atas inter utrumque tibi,
Seu quia tu pater es, patres sua pignora natos
Commendant curæ, numinibusque tuis.
Sive quod es Liber, vestis quoque libera per te
Sumitur, & vita liberioris iter.
An quia cum prisci colerent studiosius agros,
Et patrio faceret rure Senator opus.
. . . .
Rusticus ad ludos populus veniebat in urbem:
Sed Dis, non studiis ille dabatur honos.
Luce sua ludos uva commentor habebat,
Quos cum tadifera nunc habet ipse Dea.
Ergo ut Tironum celebrare frequentia posset
Visa dies danda non aliena toga.

Hæc vero virilis toga dari solebat Tironibus circa annum decimum sextum, ex quo fieri poterat, ut pater eadem die illam tri-

tribueret duobus filiis, quorum alter hunc annum excepisset, alter vero non complesset, quo facile respicit multiplicitas Togatorum, qui aliquando in eadem pictura interveniunt. Quod attinet ad ætatem, quam præmisimus fuisse sexdecim annorum, quæ apud Jurisconsultos plena pubertas dicitur, ea multiplici testimonio comprobatur. Constat enim ex Suetonio in *Augusto*, quod duodecimum annum agens aviam Juliam defunctam pro concione laudaverit, at quadriennio post virilem togam sumpserit, quum triumpho C. Cæsaris Africano militaribus donis ornatus est. Rursus apud veterem Horatii scholiastem hæc habentur, circa justam ætatem virilis togæ tribuendæ: *Nobiles pueros prætexta veste sub disciplina usque ad annum XV. usos*. Hunc vero cum explevissent proximis Saturnalibus, seu Bacchanalibus liberam togam accipiebant; quanquam ætate Ciceronis, ut notavit Eminentissimus Norisius ad *Canotaph. Pis.* ea lex perturbata fuerit, ut cætera omnia, in tantum, ut procerum filiis etiam ante justam ætatem toga cœperit consignari.

Plura vero sunt, quæ in hac pictura observemus. Paterfamilias baculo innixus, & brachio exerto medius consistit, inter duos Tirones, brachio, inquam, exerto: nam ita viri in forum, in Senatum, & ad reliqua vitæ officia obeunda procedebant. Non sic Tirones, qui brachium adhuc toga cooperiunt, sic enim primo anno modestiæ ergo sese continebant. Cic. pro Cælio. *Nobis quidem annus erat unus ad cohibendum brachium toga institutus, & ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur*: quin aliquando hanc continentiam observabant, donec in forum descenderent. Tertul. de Pall. *Cato juridicina tua in tempore humerum exertus*. In hoc vero pictores Thusci minus scrupulose processerunt, nam sæpe sæpius non tam patresfamilias, quàm natos exertos nobis exhibuerunt, ut libera manu virgam tempori convenientem continerent.

Alterum est, quod observemus in hac, & in similibus picturis, nempe cum patrefamilias modo unum, modo plures adolescentes toga donatos consistere; quod quidem aliquantum mentem nostram turbaret, nisi intelligeremus, quod in hisce raro admodum singularium familiarum cæremoniæ expressæ sunt, sed potius universus mos populi, ex quo factum est, ut plurali numero & nari, & parentes, aliquando cum pedagogis, in uno eodemque spatio delineati videantur.

Nec posthabenda est in hac pictura vitta illa sacra parieti prope Larium custodiam pendens: hæc enim, ut præmisimus, est cingulum puerilis prætextæ, quod ipsa deposita Diis votiva resignabatur ob pueritiam feliciter exactam. Quin & in aliis picturis

ris non cingulum tantum, sed & vestis ipsa Diis suspensa observatur.

Quia vero, ut diximus, hæc cæremonia Bacchanaliorum tempore perfici ut plurimum solebat: hinc picturæ istæ ornamentis tempori convenientibus cumulari solebant, & præcipuæ Mysteriis Bacchicis, ut in hoc vase. Orgia in Etruscorum vasculis depicta duplicis generis omnino sunt, aut enim continent Bacchicas fabulas, & Mysteria, quemadmodum a Libero Patre gesta fuisse ferebantur, aut continent reprehesentationes eorundem Mysteriorum, prout ab Etruscis imitari solebant, inducto Antistite, atque Antistita, qui bacchico ritu ornati, Liberum, & Liberam cultu, incessu, cæteraque fictitia forma adamussim exprimerent. In primis Veri Fauni, ac capripedes Satyri interveniunt. Hi vero in fictitiis solemniis barba tantum, & cauda appositiitia deformati humanis pedibus saltant. Hujusmodi est Bacchanale hic exhibitum, in quo Antistes Bacchi seminudus pene fœmineo cultu sedet caput redimitus Vittis, & integram Arborem pro tyrso gerens fortasse vitem racemis, seu corimbis refertam; & coronam Mirtheam manu attollit alteri similem, qua supra Mithram adornatur, illamque offerre alicui ex initiatis demonstrat, Mænas contra furens cymbalum quatit Vittis de more redimitum, & ore patulo videtur ululare. Faunus tripudians cornu potorium regit dextera, sed sinistra elata digitos ita componit, ut ad illorum crepitum, veluti ad modos saltet. Hic omnino nudus est, quod fere semper in cæteris observatur: ut notat Ovid. Fast. II.

Sed cur præcipue fugiat velamina Faunus,
Traditur Antiqui fabula plena joci.

Qua recensita his concludit:

Veste Deus Lusus, fallentes lumine vestes,
Non amat, & nudos ad sua sacra vocat.

Sub Baccho jacet hinnulus, qui Libero Patri intantum carissimus fuit, ut ex illius nebride sibi amiculum usurpaverit. Sub hinnulo rotam videas duplici loro decussato, seu vitta religatam. Tale quid in hisce picturis sæpissime recurrit, sed ambiguæ significationis. At de illo alibi. Supra hinnulum ramusculi gemini decussantur, puto ad coronas nectendas.

TAB.

TAB. XII.

BACCHANALIA

In Vase Mediceo.

PErtinet hæc pictura ad Bacchi Mysteria, prout ab Etruscis celebrari solebant, in quibus, ut jam innuimus, Deum ipsum barbata specie circumferebant. Hujus luculenta est mentio apud Macrobium lib. I. *Saturnalium* cap. XX. qui diversos describens aspectus, quibus Bacchum effingebant, hæc subdidit: *Præterea barbata specie senili quoque, uti Græci ejus, quem Bacchepæan, item, quem Brisea appellant, & ut in Campania Neapolitani celebrant, Hebona nuncupantes.* Nomen est ab ΗΒΑΩ adolesco, unde ΗΒΗ pubertas, & pubertatis Dea, quod Deus iste etiam senilem referens aspectum juvenile robur conservaret, similitudine desumpta a vino annoso.

Potissimam hujus picturæ historiam agnoscimus in hac Tabula in linea extrema, in qua Bacchus senex coronatus, & crocota paludatus stat inter duos Faunos, altera manu calicem, dextera vero vitem multifidam attollit, capro jam ad sacrificium parato. Tabulam hanc adamussim explicat nobis Plutarchus de *cupiditate divitiarum* circa finem: *Accepta a Majoribus Baccanalium festivitas antiquitus plebejo more, & hilari agebatur amphora vini, & palmitis sarmentum tum aliquis caprum trahebat, sequebatur alius calatum ficis plenum gestans; ultimo loco Phallus.* Usque modo describit antiquam pompam, quam in hac tabula observamus, pergit inde ad sumptuosiores postea ordinatas, quas alibi producemus. *Nunc ea negliguntur, & obsoleta sunt, dum interim gestantur aurea pocula, vestes preciosa, bigæ agitantur, personatique incedunt.* Poculis aureis jungamus, & gemmeos, cujusmodi est cantharus larvis ornatus in thesauro Sanctæ Capellæ.

Bacchus adolescens Græcis, & Latinis semper nudus est, ut in ejus marmoreis simulacris, quæ pulcherrima habemus Pisauri in ædibus Nobilium Oliveriorum, & Paulutiorum. In Anaglyphis vero, ubi Mysteriis refertus est, quandoque crocota super nudo aperta, & diffusa adornatur, ut in sarcophago admirabili Eugubii in celebri Monasterio S. Petri. Id indumentum attribuit Baccho Pollux cap. XVIII. lib. VI. Cæterum Baccho seni, & tunicam, & prætextam induxerunt Etrusci, qui non Bacchum, sed Bacchi Antistitem summum delineabant, & revera prætextam non Magistratibus tantum, sed Pontificibus tribuebant, ut constat ex Livio XXXIV. 8. Appiano lib. IV. Tacito Annal. lib. II. 14. Lampridio in *Alexandr.*

xandr. cap. 40, quod insigne Romani ab Etruscis acceperunt: ut apparet ex Plinio lib. VIII. 48. Bacchicam vero prætextam sericam, croceam, scutulatam, & floream, quemadmodum ex picturis apparet, jure crocotam appellavimus, licèt prætextæ more circumpositam.

Hircus victima Baccho solemnis jam disposita est ad sacrificium inter duos Faunos. Cur id animal Bacchi odium nactum sit, declarat Virgilius Georg. II. 376.

> *Frigora nec tantum cana concreta pruina,*
> *Aut gravis incumbens scopulis arentibus æstas,*
> *Quantum illi (viti) nocuere greges, duriqne venenum*
> *Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.*
> *Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris*
> *Caditur.*

Et Martial. lib. XIII. epig. 39.

> *Lascivum pecus, & viridi non utile Baccho*
> *Det pœnas, nocuit jam tener ille Deo.*

Quo etiam allusit Ovidius Fastor. 1.

> *Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aram*
> *In tua, quod spargi cornua possit, erit.*

Nec tantum more sacrificii mactatum fuisse caprum in hisce sacris accepimus, sed etiam furiali quodam impetu, more bacchico, dentibus lacerata ejus viscera tradit Arnobius lib. v. *Ut vos plenos Dei numine, ac majestate doceatis caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus laceratis.* Sed hæc immanitas ex altiore origine, atque abstrusiore causa repetenda est intra penetralia horumce Mysteriorum, per quæ profitebantur illorum Sectatores vitam novam conferre iis, qui hisce sacris nomen darent. Putabant enim cæterorum hominum, quos prophanos appellabant, vitam omnino ferinam, & brutalem esse, suam vero penitus divinam ob familiaritatem, quam cum Diis promittebant. Itaque prophanorum conditionem sub specie hirci repræsentabant, quam lacerari oportere dicebant, ut novus homo emergeret.

Posticam partem occupat Antistes Bacchi, atque Antistita sedentes sub palma, quæ Bacchi laudes canit ad cytharæ modos.

TAB.

TAB. XIII.

BACCHANALIA

In alio vase Etrusco olim Musei Gualterii, nunc Vaticani.

HÆC pictura complectitur idem argumentum Tab. xi. Præcipuum vasis latus pertinet ad Togæ virilis dationem; continet enim geminos togatos sese invicem respicientes, qui exerto brachio sinistro baculos stringunt ante domesticos Lares, quorum loculus pessulo occlusus in medio depictus est, cum consuetis clavis in pagmento depactis. Neque a religione alienum mihi videtur clavos istos valvulis fuisse infixos, quæ domesticorum Deorum armaria præcludebant: nam apud Petronium cap. xxx. legimus Templorum Ostiis hujuscemodi clavos fuisse depactos ad annos & dies adnotandos. At in publicis ædibus notæ istæ Kalendariorum vicem facile obtinebant: nam Clavi annales, qui solennissimo ritu pangebantur, non in Templorum foribus, sed in ipsis intimis parietibus statui solebant, ut ipse Livius notat.

Fuere quoque in privatis domibus pendula ex parietibus Kalendaria, quæ similibus bullis, qui dies boni, quique incommodi essent, distinguerent, ut idem Petronius cap. xxx. observavit, quorum imagines in hisce picturis animadvertisse me oportunius indicabo. Quod attinet ad hanc picturam notatu digna est Tabella inter togatos appensa, in cujus medio insignem clavum olim contineri reputabam. At re cum centenis hujusmodi comparata, fateor non clavum, sed pessulum repræsentare, quo bifores cellulæ claudebantur; nam aliquando ostiola hæc semiadaperta, quandoque & patula observabuntur Deorum imaginibus inde prosilientibus. Baculi, cui insistunt gemini hi togati, viticulam virentem humi consitam quodammodo fulciunt, atque custodiunt. Id parergon mysterio non caret, sed pertinet ad arbusculas illas, Genio puerorum sacras, quas in die natali, aut quo Toga traderetur, plantabant, & magno studio excolebant, de quo instituto alibi sermo erit.

Pars aversa continet Baccham, quæ lancem Baccho sedenti porrigit Fauno ejus administro, situlam vini conferente. Comune id, atque obvium Bacchi ferculum, quod centies in Vasculorum Thesauro adnotandum occurret, sed nunquam aptius Baccho tribuebatur, quam in hisce Liberalibus festis, quæ xvi. Kalendas Aprilis, ut alibi diximus, celebrabantur, in quibus vina a fecibus percolata separabantur, in quod festum datio Virilis togæ, ad quam hæc pictura pertinet, recidebat.

TAB.

TAB. XIV.

Vas Musei Gualterii, nunc Vaticani.

OCcupat primam hujus vasis faciem eadem cæremonia, datio Togæ virilis, non quidem privata, qua singulæ familiæ uni vel alteri ex natis id insigne tribuebant, sed publica, & toti populo communis; nam in presenti pictura tres Tirones toga involuti nobis occurrunt. Non enim exerti ad instar virorum, sed pudoris, & modestiæ causa brachiis Toga obstrictis, veluti nondum actionibus idonei procedunt in publicum. In hac cæremonia patrocinium illustris alicujus Civis quærere solebant, quo duce, & auspice in conspectum populi sese offerebant. Plin. Epist. lib. II. 14. *Ante memoriam meam ne nobilissimis quidem adolescentibus locus erat, nisi aliquo Consulari producente; tanta veneratione pulcherrimum opus celebrabatur.*

Pars altera sedentem Bacchum cum tyrso perbelle exprimit. Sella sugestui elata dignitatis testimonium est. Adit illam nuda sagrificula, quæ passis de more crinibus, vannum Deo offert, qui inde aliquid sumere observatur. Adolescens Faunus post Baccham tripudiat. At singula singillatim prosequamur. Hic quoque Bacchum muliebri aspectu effictum videmus, ut vix a fœmina valeat discerni; illum enim ita pingit Albricus de Deorum Imagin. *Erat imago sua facie muliebri pectore nudo.* Caput mitra muliebri ritu præcingebat; quapropter apud Lucianum Dialogo Junonis, & Jovis Θυλυμιτρης *Muliebri mitra revinctus* nuncupatur. Ipsi, quoque diffusum ad talos peplum tribuebatur. Audiamus Penteum cum Nuncio colloquentem de Bacchico habitu sibi inducendo apud Euripidem *in Bacchis* vers. 828.

Pent. *Quem igitur ornatum vis te injecturum esse meo corpori.*
Nunc. *Prolixam quidem comam in capite tuo ostendam.*
Pent. *Secunda vero species ornatus, quæ nam erit mihi.*
Nunc. *Pepli talares, & supra caput erit Mitra.*
Pent. *An præter hæc etiam aliquid aliud addes mihi?*
Nunc. *Thyrsum manibus, & Maculosam hinnuli pellem.*

Etiam Tibullus Bacchum ita describit lib. 1. Eleg. VII.

Non tibi sunt tristes curæ . . . .
Sed varii flores, & frons redimita corymbis
Fusa sed ad teneros lutea palla pedes . . .

Et

Et Statius *Achilleid.* 1. verſ. 262.

> *Si decet aurata Bacchum veſtigia palla*
> *Verrere* -

Mulier vero, quæ nuda, Bacchum adit, non Orgia videtur celebrare; quum fœminæ vel tunicatæ, vel peplo quodammodo præcinctæ plerumque tripudiare videantur, ut conſtans experientia oſtendit. Sed omnimoda hæc nuditas ad initia pertinet: quum enim Bacchis nomen dabant inter cæteras præparationes lavacrum potiſſime reputabatur. Sic Duronia Publium Ebutium filium ad hæc initia adhortans apud Livium Decade IV. lib. IX. hæc illi obtrudit: *Decem dierum caſtimonia opus eſſe. Decimo die cænatum, deinde pure lautum in ſacrarium deducturam*. Ipſe quoque Livius auctor eſt Bacchantes fœminas crinibus paſſis, qualem hanc noſtram obſervamus, cum facibus ardentibus ad Tyberim decurriſſe; nam vel vivo flumine, vel marina aqua initiatæ lavabantur, ut conſtat ex Pauſania in *Bœoticis*.

Hæc vero mulier Numini contra conſtituto vannum porrigit. Vannum, inquam, non tympanum, non cymbalum, non ſcyphum, non lancem, quæ integro fundo, & minime pervio conſtabant, ut in illis impoſita dona religioſe continerentur; ſed vannum, qui fundo patente, ac foraminibus undequaque pervio conſtabat, qualem hunc fuiſſe & alterum Tab. XI. alioſque paſſim apparebit. Pertinebat vero vannus, ſeu cribrum ad myſticas ejus purgationes. Audiamus Servium ad primum Georgic. v. 166. *Myſtica Bacchi* (vannus) *ideo ait, quod Liberi Patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant, & ſic homines ejus myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur.... Nam idem eſt Liber Pater, in cujus myſteriis vannus eſt, qui, ut diximus, animas purgat*. Hinc ille λικνίτης dictus eſt, nam λίκνον vannus eſt, quo frumentum, leguminave poſt trituram ventilantur, eoque ſub nomine peculiari Hymno celebratur apud Orpheum. Id vero Inſtrumentum non modo ſymbolice uſurpabatur in Sacris Bacchi, quia purgationem animæ a vitiorum ſordibus ſignificabat, quod præſtare Orgia credebantur, verùm etiam ut inſtrumentum ſacrificiorum, quia in eodem vanno repoſitæ primitiæ fructuum Baccho offerebantur. Sic enim loquitur *Filarg.* in 1. *Georg.* in illud

> .... *& myſtica vannus Jacchi*.

Vannus eſt vas vimineum latum, in quod propter capacitatem ruſtici congerere frugum primitias ſolent, & Libero Sacrum facere. Unde myſtica dixit. Eſt autem uſus ejus ut vannet fabam.

Qui

Qui vero in nostris hisce picturis delineati sunt, videntur non ex viminibus contesti, sed ex corio scite perforato constantes, cujus foramina florum folia imitentur, cujusmodi nunc quoque fieri videmus, vel dum etiam ex viminibus, seu paleis constarent, ita artificiose contexti erant, ut spatiolis hosce flores referrent: nam in ima illorum parte in perpetuo folia ista observantur in innumeris, quæ apud me asservantur picturis, ut vix credibile sit in solidæ lancis fundo eundem perpetuo cultum ornamenti loco fuisse adhibitum.

Parieti præter tæniam, quæ frequens Deorum honos est, circulus etiam mihi incognitus quibusdam interioribus notis distinctus observatur. Hujus vim minime intellexit pictor, qui imaginem hanc ex prototypo transtulit, neque & nos explicabimus. Plerumque prope Deorum imagines suspendebantur vittæ, mitræ, torques, capillorum involucra, seu primitiæ, & alia hujusmodi, quæ accurate in Thesauro Vasculario observabimus. Similem huic figuram alibi vidisse non memini. Quod verosimilius est, tabella aliqua cum geminis clavis suffixis hic repræsentatur.

TAB. XV.

MATRONA BACCHIS INITIATA

Pictura in Vase Musei Gualterii.

ANtistes Bacchi, qui illius senilem imaginem barbatus exprimit, tunicatus ad talos usque, & de more pallio clavis purpureis ornato superno obvelatus Tyrsum, & hæderæ ramum præferens, dextera mulierem velatam, atque vittatam veluti in Sacrarium introducit. Illa dextera manu pollicem cum medio digito conjungens crepitum aliquem emittere videtur, qui gestus, cum in aliis similibus frequentissime occurrat, nos in suspicionem inducit ad aliquam Sacrorum formulam pertinuisse.

Pars obversa Bacchanalem lusum continet, in qua Faunus fugientem Baccham insequitur, quod centies videre est in Collectione Vascularia, præsertim vero in Centuria Tertia, & Quarta, & rursum in Sarda pulcherrimi operis Scarabeum referentis, quam in nostro Museo asservamus. Quanta obscene in turpissimo illo conventu agitari consueverint, indicat Livius Decad. IV. lib. IX. *Ex quo in promiscuo Sacra sint, & permixti viri fœminis, & noctis licentia accesserit, nihil ibi facinoris, nihil flagitii prætermissum.* Quæsita etiam ex fabulis religio est, quæ Deorum exemplo fictos hosce Faunos insequi docuit veras fœminas; sibi enim vide-

videbantur ipsum Pana imitari fugientes Dryadas insectantem. Arborem sacram ita laudat Martialis lib. IX. Epig. 62.

Saepe sub hac madidi luserunt Arbore Fauni:
Saepe sub hac latuit rustica fronde Dryas;
Dumque fugit solos nocturnum Pana per agros
Terruit, & tacitam fistula sera Domum.

Sed nemo melius Fornuto praesentem typum nobis explicabit. Ille enim sic Bacchum, & ejus asseclas nobis describit. *Ad hac fingitur, & juvenis, & senex esse, eo quod omni aetati quadret, juvenibus nimirum illo meracius utentibus, senibus autem suavius, qui suaviter commixti Nymphis inducuntur, eas quidem tangentes, has autem joco violare nitentes.* Nonnus quoque *Dionysic.* XLVIII. 135. tradit, Bacchum maxime delectatum fuisse lecta cum Virgine nuda, ne quid deesset sacrorum suorum impudentiae. Typus iste Fauni virginem rapientis frequentissimus est in Etruscorum picturis; immo & in etrusco Scarabeo Dactyliothecae meae, ut saepe suspicatus sum, actionem istam sive pictam, sive sculptam, & brachio alligandam, fuisse tesseram aliquam, quae gradum provectionis in Mysteriis Bacchicis designaret. Hinc intelligimus nihil ex ingenio a pictoribus fuisse commentum, sed omnia a moribus tunc vigentibus adamussim eos expressisse.

TAB. XVI.

ADOLESCENS VIRILEM TOGAM ACCEPTURUS

In Vase Gualterio.

Exhibentur in hac pictura caeremoniae, quae virilis Togae assumptionem praecedebant, nempe Balneum, & sacrificia. Lotionem praecessisse, & ratio suadet, & exempla ubique sparsa citra dubium confirmant. Materfamilias Balneo innixa Filio assistit jam loto, & sindone balneari circumvoluto. Post juvenem ramusculus virescit ex humo surgens genio sacer, de quo supra.

Genius domesticus caeremoniae arbiter alis expansis in altum libratur, ramusculum felicis arboris adolescenti porrigens, matri coronam. In alio latere Mater a filio jam loto arculam recipit cum deposita praetexta, quam saepe observabimus Diis domesticis una cum bulla resignari consuevisse.

Adolescens e Balneo surgens capillos reticulo involutos ostendit mox tondendos; adolescentes enim antequam Togam sumerent capillos nutriebant, ita ut Genios domesticos, quos puerili aspe-

aspectu effingebant, semper capillatos, & cirratos videamus.
Pendet in medio cingulum suspensa ex eo bulla puerili jam deposita, quamquam ruditer expressa sit.
Ante Martis genua conspicitur vannus, haud dubio indicio eam cæremoniam Bacchanalibus celebrari.

TAB. XVII.

BACCHANALE

In Vase Nob. de Sanis.

BAcchanalis pompa, quæ in hujus vasis ambitu depicta est, tota ad Liberum Patrem pertinet. Medius ipse inter larvatos Faunos larvatus incedit, crocota indutus, & vitem bifidem de more sustinens, quo symbolo dona sua in utrumque sexum diffundere indicabat. Nec enim alia sacerdotia habebantur, quæ cum vitis, simul & fœminis comunicarentur.
Fauni proximum sibi genus in ordine mysteriorum amphoram, cornupotorium, & calathum sustinent; nam ficus intervenisse in hisce pompis veluti Baccho acceptissimos alibi notavimus.
Pendet a tergo Fauni suspensa clavo pellis hinnulea maculosa, seu potius tigridis, quam magis perspicuam in aliis picturis observavimus: qui enim in mysteriis ad Deum de proximo accedebant, velamina cuncta veluti prioris vitæ vestigia deponebant.
Reliqua pars hujus picturæ ad remotiorem gradum mysteriorum pertinet. Baccha citharam pulsat, e qua pendent vittæ, quarum ope cithara e collo suspendebatur, cum prolixius canendum foret, ut utraque manus libera pulsandarum cordarum officio fungeretur, de quo videnda, quæ diximus in Præfatione ad opera Doniana *de Musica Veterum*.
Duo juvenes coronati, alter cum cyatho, postremus cum cornupotorio temulentiam incondito gestu exprimunt. Uterque linteum sacrum humeris portat, qui gestamine minorum mysteriorum participes utebantur.

TAB.

TAB. XVIII.

TIRO INTER TOGATOS CONSISTENS

In Vase Musei Sanii.

TIRO, cui recens toga donata est, medius sistit inter majores natu togatos, quibus auctoribus inter Viros asseritur. Hi virgas gerunt, quas in Saturnalibus assumebant, fortasse & in Bacchanalibus vitigineas ob Bacchum. Ea num adolescentuli usi sint profecto non liquet, nam plerumque Tirunculi eo gestamine carent, cum per annum toga involuti, & tectis brachiis incederent; licet aliquando ab hoc instituto discessisse videamus.

Pars obversa Bacchanalem pompam ob oculos ponit. Bacchica Sacerdos thyrsum frondente Cuspide ornatum, seu potius pineo cono stringens præsidet. Faunus illam adit cornu potorium offerens. Subsequitur una ex Bacchico cætu simpulum præseferens capite vittato.

TAB. XIX.

BACCHANALE

In Vase Nobb. de Baccis.

OMnia in hac pictura incompositos Bacchanalium motus spirant. Sunt hic illæ corporum jactationes, quas Livius loc. cit. describit: *Hanc summam inter eos religionem esse, viros veluti mentecapta cum jactatione membrorum vaticinari.*

Est in hoc cætu, qui genus quoddam crotalorum quatiat, quod ex bifidis tigillis constat, quorum repercussu crepitum emittunt. Id ipsum instrumentum iterum observabimus in Bacchica saltatione in Thusco vase expressa apud Bartolum in *Additamentis ad sepulcrum gentis Nasoniæ* Tab. XVI. Habuerunt etiam Romani hæc eadem crepitacula inter instrumenta ludionum, ut constat ex vermiculato pavimento Romæ in Janiculo effosso apud eundem Bartolum de *Veterum Lucernis* Tab. XXXIV. De his Pollux, ubi saltationum genera enumerat: *Erat enim fissilia trabere ligna chorica saltationis species.* Hisce crepitaculis alia respondent, quæ in hujusmodi picturis quandoque observantur ex Ostreorum testulis compacta, quæque adhuc barbarico vocabulo *Nacaras* dicimus, quæ ad modum repercussæ raucum crepitum cient.

Videas iterum, qui tybias, & qui ingentem buccinam inflet: nam in Bacchanalibus omnia ululatibus implebantur, ut ait idem Livius, ne qua vox eorum, qui vim paterentur, exaudiri posset.

Adolescentes, qui undecim numero nobis ob oculos ponuntur in hac pictura, longo linteo brachiis obvoluto constanter ornantur. Id gestamen pertinet ad sacrificia, & supplicationes, ut indicavi in tractatione *de cultu Genii* Mus. Etrusc. Tom. III. His addo auctoritatem Servii in I. Æneid. 701. *constat enim Majores mappas habuisse villosas, quibus in Sacris utebantur, sicut in Georgicis . . . . de supplicaturis enim hoc dixit*. & Val. Flacc. lib. I. vers. 660.

Ergo humeros Ductor sacro velatus amictu
Æsoniamque capit pateram . . . .
Hac pelago litat Latices . . . .

Subjecta aliorum vasculorum fragmenta armatorum pugnas exprimunt. In uno Hercules clava dejectum militem conficit. Pertinet fortasse hic typus ad aliquam Herculeam fabulam, seu potius ad votiva illa totius Italiæ officia in Herculem, cujus virtute Pænos ab Italia pulsos, ut colligitur ex inscriptione Tuderte, profitebantur.

In alio fragmento miles militem proculcat, & gladio perdit. Notandæ hic se offerunt cassides antrorsum recurvæ, quales in ejusdem temporis nummis observamus, In clypeo victoris Leo expressus est.

TAB. XX.

SOLEMNIA VIRILIS TOGÆ

In Vase Gualterio.

ANticam hujus vasis partem occupat eadem popularis cæremonia, qua gemini Parentes geminos Tirones Toga indutos producunt in publicum.

Quatuor imagines in postica multorum torsere ingenia; signanter vero summi Viri Bonarrotii, qui fabulam aliquam, licet ignotam, subesse in hoc schemate reputavit. Auxilio tamen copiosioris collectionis tandem intelligimus, nullam fabulam hic exprimi, sed cæremoniam, per quam duo Matresfamilias, quæ duobus parentibus respondent, Laribus pro filiorum salute litant, altera *Lari Hostilio*, postrema *Viali*, ut quodammodo collatis officiis, pueros domi, forisque tueantur.

Ob-

Obvia sunt in nostris Museis sigilla Larium armatorum, & insigniter Cristatorum, quorum gemina mole insignia ex agro Tuderte defossa, prater minuta admodum multa, collegi. Hæc Martem referre putabant imperiti; at quorsum tam ingens Martis cultus, cujus latinas imagines rarissimas habemus? Lares e contra ubique & publice, & privatim colebantur, ut domus nulla, nullum tugurium esset sine Laribus, ex quo processit, ut tam copiose inveniantur. Martem suspectum habebant, ut extra Urbes coleretur, & solis Laribus custodiam domorum, atque Urbium commendarent, ex quo Etrusci nostri arma illis tribuerunt. Idem sensere Romani. Ovid. Fast. v.

Stant quoque pro nobis, & præsunt manibus Urbis:
Et sunt præsentes, auxiliumque ferunt.

Quin Hannibalem ex Italia pulsum non Martis auxilio, sed Larium profitebantur. Propert. III. 3.

Hannibalemque Lares Romana Sede fugantes.

Lari igitur Hostilio proprio foco innixo Materfamilias pro nato placenta, & vini hamula sacrum facit, vitta sacra, seu cingulum prætextæ appensum cernitur in pariete.

Mulier altera cum cistula, & scypho Larem vialem sibi conciliat. Hic calceos viatorios sibi aptat, & galero pinnato insignitus est, & ipse munitus parazonio, & palliolo. Talis sæpissime occurrit in hisce picturis, & aliquando inter donaria Diis suspensa galerus iste cernitur, veluti votivus ob faustum reditum ex peregrinatione, aut militia.

Geminæ arbusculæ hic nobis sese offerunt, quarum una humi consita observatur. Hæ sunt arbores sacræ, quæ in filiorum natali plantari solebant Genio pueri sacræ ex Etruscorum instituto, quibus honores præcipui adhibebantur, prout etiam cum togam sumerent, aut nuberent; ut sæpe monuimus, adeo ut in Tomo I. Collectionis meæ Tab. xxxix. & alibi Materfamilias sacris laticibus eas rigare videatur. Transiit hujuscemodi institutum ad Mantuanos, Etruscorum sobolem, de quibus hæc scriptis commendavit Donatus Grammaticus in vita Virgilii: *Virga populea more regionis in puerperiis eodem statim loco depacta ita brevi coaluit, ut multo ante satas populos adæquaverit; quæ arbor Virgilii ex eo dicta, atque consecrata est, summa gravidarum religione suscipientium ibi, & solventium vota.* Hæc potissime notanda erant, ne hujusmodi arbusta, & viticulæ in hisce picturis obviæ oscitanter a Pictoribus, & ad aream occupandam appositæ esse videantur; cum immo religionem Etruscorum, illorumque mores, quod nostri instituti est, post tot sæcula patefaciant. *TAB.*

TAB. XXI.

CENTAUROMACHIA

In Urnis sepulcralibus Nobilium de Angelettis, & Meniconiis.

EX quo totam fere Græciam in Thuscorum Marmoribus expressam admirati sumus, nihil morabimur, quin in duabus hisce Urnis, in quibus portentosam aliquam Thuscorum fabulam latere credidit Bonarrotus, pugnam inter Centauros, ac Lapithas *decertatam super mero*, facillime cognoscamus. Duplex illis ob illorum improbitatem bellum illatum. Primum ab Hercule contra Eunstionem Ixionis, & Nubis filium, qui Deianiram Herculi uxorem promissam rapere tentans, ab Hercule interfectus est: ut narrat Higinus *Fab.* XXXIII. Quod quidem egregie factum non ignoraverunt Etrusci: expressum enim diligentissime habemus in pulcherrimo vase Musei Cæsarei, quod in Thesauro vasculario illustratum profertur. Hujus exempli auctoritate freti, minime jam mirabimur, in Etruscis marmoribus alterum etiam eorum prælium insculptum esse, quod in nuptiis Pirithoi inter Lapithas ejus asseclas gestum est, atque inter nequissimos Centauros, qui Hyppodamiam Atracis, seu Atracii filiam illius sponsam rapere conati, ab ipso Pirithoo, & sociis interfecti sunt, quod etiam innuit Higinus loc. cit. : *Theseus Athenarum Rex Pirithoo amore conjunctissimus, illius partes egregie fovit, multosque ex Centauris prostravit, quorum nefarios ausus, immodicus vini haustus excitavit, cum Bacchi odio in furorem acti ad interitum perducti sunt*: Unde Virgilius *Georg.* II. 455.

.... *ille* (Bacchus) *furentis*
Centauros letho demuit, Rhœtumque Pholumque:
Et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem.

In utroque igitur marmore moles Urbis assurgunt. Forte Atrax Tessaliæ oppidum apud Pæneum, ejusdem nominis, quo Pater Hyppodamiæ. In primo vero marmore post Hyppodamiæ simulacrum etiam Regia insculpta est:

Festaque confusa resonant Regia turba.

Ovidii verba lib. XII. *Metamorph.* cujus auctoritate totum id mar-

marmor illustramus. Hyppodamia inter Lapithas latens, tæda arrepta sese contra Euryti vim defendere videtur. Unam forte ex tædis nuptialibus, quæ circa convivium coruscabant.

Ecce! canunt Hymenæon, atque ignibus atria fumant.

Et paulo post Ophionidem describens, ait & ipsum alteram lampadem in armorum usum rapuisse.

. . . . primus ab ade
Lampadibus densum rapuit funale coruscis.

Et paulo post:

Ecce, rapit mediis flagrantem Rhœtus ab aris
Primitium torrem . . . .

Arma nempe, quæ locus, & occasio ministrabat. Ipsa vero Hyppodamia insigni cingulo nuptiarum indicio præcingitur.

Cinctaque adest Virgo, matrumque nurumque caterva.

Cingulo, inquam, quod a sponso dissolvebatur; ut constat ex Homero *Odyss.* Λ. 244.

Solvit Virginalem zonam.

Et Plutarch. in Lycur. *Sponsus clam ingressus sponsa zonam solvebat, & eam tollens, in lectum trasferebat.* Hanc vero quam Hyppodamiam vocat Ovidius loco supra laudato, & *Heroid.* XVII. vers. 248. Deidamiam appellat Plutarchus in vita Thesei: *Ex hoc cum Deidamiam* (Pirithous) *in Matrimonio accepisset, Theseum oravit secum una proficisci.* At a Propertio lib. II. Eleg. II. *Hischomache* appellatur.

Qualis, & Hischomache Lapitha genus Heroina
Centauris medio, grata rapina mero.

Eurytus Centaurus ad illam rapiendam insurgit.

Eurytus Hyppodamen; alii, quam quisque probabat,
Aut poterat, rapiunt.

Nulla vero in utroque marmor Eurytus arma adhibet, nisi magnum craterem, quem ad instar ingentis Clypei adversus Theseum jacit.

Forte

Forte fuit justa signis extantibus asper
Antiquus crater, quem vastum vastior ipse
Sustulit Ægides adversaque misit in ora.

Multi alii praeterea crateres cadentibus ingesti conspiciuntur, nec enim clypeorum copiam in convivio crediderim habuisse.

. . . . *& primâ pocula pugnâ*
Missa volant, fragilesque cadi, curvique lebetes

Theseus Euryto obvius resistit :

. . . . *qua te vecordia, Theseus*
Euryte pulsat, ait, qui, me vivente, lacessas
Pirithoum . . . .

Ille vero quod Athenarum Rex esset, regalibus ornamentis insignitur, & corona quaternis radiis in ambitu distincta. Tales apud Graecos vix fuisse crediderim, quum praesertim antiquioribus coronae ex vitta Purpuera constarent. At Etrusci sequuti sunt mores suos, qui coronas hasce solidas, quaternis radiis spicatas in usu habuerunt, de quibus pluribus disserui Dissertatione de *Templo Martis Tudertium*, inter cujus sculpturas simile quid observatur. In nummis quoque Etruscis Hercules hoc insigni decoratur. Putavi tamen inter Athletarum dona esse recensendum, quo etiam Agonothetae ornarentur. Theseus, atque Pirithous securibus pugnant, quod ex ingenio sculptor non effinxit, quum aliam Centauromachiae sculpturam memoret Pausan. in *Eliacis*, in qua cernebatur *Theseus bipenni Centauros obtruncans*.

Assurgit inter Centauros procera pinus, e qua cervi cornua, quibus inter pugnandum usus est, Exadius detraxit:

Dixerat Exadius, telique habet instar in alta
Quae fuerat pinu votivi cornua cervi.

Alteram etiam solidam Pinum evellere tentavit Daemoneon, ut in Thesei caput impingeret:

. . . . *solidoque revellere dumo*
Annosam pinum magno molimine tentat,
Quod quia non potuit, praefractam misit in hostem.

Sub Centauri pedibus alter ex Lapithis conculcatus conspicitur. Id quoque descripsit Ovidius:

. . . . *ager in hostem*
Erigitur, pedibusque virum conculcat equinis.

Quid

Quid plura, etiam ramum bifurcum in eo prælio adhibitum, testatur Ovidius:

> . . . . *Cthonius quoque, Theleboasque*
> *Ense jacet nostro. Ramum prior ille bifurcum*
> *Gesserat, hic jaculum jaculo mihi vulnera fecit.*

Nonne videtur nobis Ovidius hæc marmora conspexisse, cum historiam illam descripsit? Non equidem, cum ea ætate nondum Eruditorum curiositas sepulcrorum horrorem invasisset, ut quæ mortuis destinata erant, vivorum ædes adornarent. Putamus tamen, neque immerito, extitisse adhuc apud Etruscos Græcarum rerum Historias, & carmina, quas sciti Artifices præ manibus habuerunt, in quibus hæc minutatim describebantur, ex quibus postea Latini, præsertim vero noster Naso, hæc omnia excepta in suis libris transtulerunt.

Urnæ superiori inscriptum legimus:

LA . SENTINATE . LAPLINPLN...

Quod sic verto:

LARTI . SENTINATI.

Reliqua vox, quæ mortui prænomen, aut Matronymicum continebat, turpiter corrupta est, eique subrogarem RAPLIA . CLAN. *Raplia natus*; gens enim *Raplia* Perusina aliunde nobis notissima est.

Inferioris inscriptio est:

ATVSNEIC . APATEM

Atuniam & *Cafatiam* familias ex aliis inscriptionibus agnoscimus, quibus forte mendosa hæc inscriptio restituenda est.

TAB. XXII.

CHIMÆRA.

Præclarum id monumentum multis illustravit Doctissimus Gorius ad Tab. CLV. Tomi primi Musei Etrusci, ut vix aliquid cæteris addendum reliquerit. Ne tamen id omnino prætermittamus, aliqua adnotabimus circa finem, quem veteres in similium Monstrorum formatione probabiliter sibi præfixerunt, Græci præsertim, quorum instituta magis perspicua sunt. Constat igitur illos inter cætera donaria dedicasse in templis non modo Deorum simulacra, sed & omnia quæcumque speciosiora, sive

 mate-

Forte fuit justa signis extantibus asper
Antiquus crater, quem vastum vastior ipse
Sustulit Ægides adversaque misit in ora.

Multi alii præterea crateres cadentibus ingesti conspiciuntur, nec enim clypeorum copiam in convivio crediderim habuisse.

. . . . *& primâ pocula pugnâ*
Missa volant, fragilesque cadi, curvique lebetes

Theseus Euryto obvius resistit:

. . . . *qua te vecordia, Theseus*
Euryte pulsat, ait, qui, me vivente, lacessas
Pirithoum . . . .

Ille vero quod Athenarum Rex esset, regalibus ornamentis insignitur, & corona quaternis radiis in ambitu distincta. Tales apud Græcos vix fuisse crediderim, quum præsertim antiquioribus coronæ ex vitta Purpuera constarent. At Etrusci sequuti sunt mores suos, qui coronas hasce solidas, quaternis radiis spicatas in usu habuerunt, de quibus pluribus disserui Dissertatione de *Templo Martis Tudertium*, inter cujus sculpturas simile quid observatur. In nummis quoque Etruscis Hercules hoc insigni decoratur. Putavi tamen inter Athletarum dona esse recensendum, quo etiam Agonothetæ ornarentur. Theseus, atque Pirithous securibus pugnant, quod ex ingenio sculptor non effinxit, quum aliam Centauromachiæ sculpturam memoret Pausan. in *Eliacis*, in qua cernebatur *Theseus bipenni Centauros obtruncans*.

Assurgit inter Centauros procera pinus, e qua cervi cornua, quibus inter pugnandum usus est, Exadius detraxit:

Dixerat Exadius, telique habet instar in alta
Quæ fuerat pinu votivi cornua cervi.

Alteram etiam solidam Pinum evellere tentavit Dæmoneon, ut in Thesei caput impingeret:

. . . . *solidoque revellere dumo*
Annosam pinum magno molimine tentat,
Quod quia non potuit, præfractam misit in hostem.

Sub Centauri pedibus alter ex Lapithis conculcatus conspicitur. Id quoque descripsit Ovidius:

. . . . *æger in hostem*
Erigitur, pedibusque virum conculcat equinis.

Quid

Quid plura, etiam ramum bifurcum in eo prælio adhibitum, testatur Ovidius:

> . . . . *Chthonius quoque, Theleboasque*
> *Ense jacet nostro. Ramum prior ille bifurcum*
> *Gesserat, hic jaculum jaculo mihi vulnera fecit.*

Nonne videtur nobis Ovidius hæc marmora conspexisse, cum historiam illam descripsit? Non equidem, cum ea ætate nondum Eruditorum curiositas sepulcrorum horrorem invasisset, ut quæ mortuis destinata erant, vivorum ædes adornarent. Putamus tamen, neque immerito, extitisse adhuc apud Etruscos Græcarum rerum Historias, & carmina, quas sciti Artifices præ manibus habuerunt, in quibus hæc minutatim describebantur, ex quibus postea Latini, præsertim vero noster Naso, hæc omnia excepta in suis libris transtulerunt.

Urnæ superiori inscriptum legimus:

LA . SENTINATE . LAPLINPLN...

Quod sic verto:

LARTI . SENTINATI.

Reliqua vox, quæ mortui prænomen, aut Matronymicum continebat, turpiter corrupta est, eique subrogarem RAPLIA . CLAN. *Raplia natus*; gens enim *Raplia* Perusina aliunde nobis notissima est.

Inferioris inscriptio est:

. ATVSNEIC . AFATEM

Atuniam & *Cafatiam* familias ex aliis inscriptionibus agnoscimus, quibus forte mendosa hæc inscriptio restituenda est.

TAB. XXII.

CHIMÆRA.

PRæclarum id monumentum multis illustravit Doctissimus Gorius ad Tab. CLV. Tomi primi Musei Etrusci, ut vix aliquid cæteris addendum reliquerit. Ne tamen id omnino prætermittamus, aliqua adnotabimus circa finem, quem veteres in similium Monstrorum formatione probabiliter sibi præfixerunt, Græci præsertim, quorum instituta magis perspicua sunt. Constat igitur illos inter cætera donaria dedicasse in templis non modo Deorum simulacra, sed & omnia quæcumque speciosiora, sive

Forte fuit justa signis extantibus asper
Antiquus crater, quem vastum vastior ipse
Sustulit Ægides adversaque misit in ora.

Multi alii præterea crateres cadentibus ingesti conspiciuntur, nec enim clypeorum copiam in convivio crediderim habuisse.

. . . . *& primâ pocula pugnâ*
Missa volant, fragilesque cadi, curvique lebetes

Theseus Euryto obvius resistit:

. . . . *qua te vecordia, Theseus*
Euryte pulsat, ait, qui, me vivente, lacessas
Pirithoum . . . .

Ille vero quod Athenarum Rex esset, regalibus ornamentis insignitur, & corona quaternis radiis in ambitu distincta. Tales apud Græcos vix fuisse crediderim, quum præsertim antiquioribus coronæ ex vitta Purpuera constarent. At Etrusci sequuti sunt mores suos, qui coronas hasce solidas, quaternis radiis spicatas in usu habuerunt, de quibus pluribus disserui Dissertatione de *Templo Martis Tudertium*, inter cujus sculpturas simile quid observatur. In nummis quoque Etruscis Hercules hoc insigni decoratur. Putavi tamen inter Athletarum dona esse recensendum, quo etiam Agonothetæ ornarentur. Theseus, atque Pirithous securibus pugnant, quod ex ingenio sculptor non effinxit, quum aliam Centauromachiæ sculpturam memoret Pausan. in *Eliacis*, in qua cernebatur *Theseus bipenni Centauros obtruncans*.

Assurgit inter Centauros procera pinus, e qua cervi cornua, quibus inter pugnandum usus est, Exadius detraxit:

Dixerat Exadius, telique habet instar in ulta
Quæ fuerat pinu votivi cornua cervi.

Alteram etiam solidam Pinum evellere tentavit Dæmoneon, ut in Thesei caput impingeret:

. . . . *solidoque revellere dumo*
Annosam pinum magno molimine tentat,
Quod quia non potuit, præfractam misit in hostem.

Sub Centauri pedibus alter ex Lapithis conculcatus conspicitur. Id quoque descripsit Ovidius:

. . . . *ager in hostem*
Erigitur, pedibusque virum conculcat equinis.

Quid

Quid plura, etiam ramum bifurcum in eo prælio adhibitum, testatur Ovidius:

> . . . . *Chthonius quoque, Theleboasque*
> *Ense jacet nostro. Ramum prior ille bifurcum*
> *Gesserat, hic jaculum jaculo mihi vulnera fecit.*

Nonne videtur nobis Ovidius hæc marmora conspexisse, cum historiam illam descripsit? Non equidem, cum ea ætate nondum Eruditorum curiositas sepulcrorum horrorem invasisset, ut quæ mortuis destinata erant, vivorum ædes adornarent. Putamus tamen, neque immerito, extitisse adhuc apud Etruscos Græcarum rerum Historias, & carmina, quas sciti Artifices præ manibus habuerunt, in quibus hæc minutatim describebantur, ex quibus postea Latini, præsertim vero noster Naso, hæc omnia excepta in suis libris transtulerunt.

Urnæ superiori inscriptum legimus:

LA . SENTINATE . LAPLINPLN...

Quod sic verto:

LARTI . SENTINATI.

Reliqua vox, quæ mortui prænomen, aut Matronymicum continebat, turpiter corrupta est, eique subrogarem RAPLIA . CLAN. *Raplia natus*; gens enim *Raplia* Perusina aliunde nobis notissima est.

Inferioris inscriptio est:

ATVSNEIC . AFATEM

Atuniam & *Cafatiam* familias ex aliis inscriptionibus agnoscimus, quibus forte mendosa hæc inscriptio restituenda est.

TAB. XXII.

CHIMÆRA.

PRæclarum id monumentum multis illustravit Doctissimus Gorius ad Tab. CLV. Tomi primi Musei Etrusci, ut vix aliquid cæteris addendum reliquerit. Ne tamen id omnino prætermittamus, aliqua adnotabimus circa finem, quem veteres in similium Monstrorum formatione probabiliter sibi præfixerunt, Græci præsertim, quorum instituta magis perspicua sunt. Constat igitur illos inter cætera donaria dedicasse in templis non modo Deorum simulacra, sed & omnia quæcumque speciosiora, sive

materiæ pretio, sive artificis venustate viderentur, quamquam nullum in sacris usum obtinerent, nihilque comune cum Dis haberent : quod quidem longo exemplorum apparatu comprobari posset ex Pausania, ubi templorum supellectilem describit.

Inter hæc belluarum quoque simulacra dedicata in templis passim refert idem Pausanias. Sic in Beoticis : *Ante ædem Dianæ Eucleæ Leo e lapide factus collocatus est. Dedicasse dicitur Hercules victis in pugna Orcomeniis, & eorum Rege Ergirio* : Et rursus in Phocicis : *Spectantur Pergami Leonis, & apri capita, & ipsa ferrea, Libero Patri consecrata* : Et rursus : *Ex Phocensibus obsidione, qua a Cassandro urgebantur, liberati, Delphico Apollini Leonem miserunt* : Et iterum in eodem libro : *Ea civitas Capellam æneam Apollini donum misit* : Et alibi : *Est in Helicone cerva Telepho Herculis filio infanti mammam præbens, & bos proximo loco*. Bovem alium in Olympia, alterum Delphis a Corcyræis dedicatos alio in loco recitat, & Vaccam æneam præ cæteris foribus ab Atticis, similemque bovem a Caristiis consecratum. In supremis quoque Aristotelis Stagiritæ tabulis, quas recenset Laertius, hæc legimus : *Sed & Nicanor incolumis quod ego precatus sum, animalia e lapide quatuor cubitorum Jovi Soteri, Minervaque Soteræ Stagiræ dedicato*.

Sed jam auctoritate non indigemus experientia edocti, per omnia fere Templorum rudera omnigenorum animalium sigilla inveniri, quæ non modo Romanum ingenium præseferunt, sed longe antiquiorum temporum asperitatem, quod præsertim Perusiæ observavi Anno 1710 : dum ibi studiorum causa commorarer : Nam forte detecto veteri Hypogæo ingens antiquorum simulacrorum copia patuit, quæ fortasse hostili incursione ingruente, ibi consignata fuerant omnia Etruscam manum spirantia. Erat ibi, ingens numerus animalium omnis generis ex ære rudıter expressarum, sed minimæ formæ, quæ omnia in opulentissimum gentis *Ansidejæ* Museum concesserunt, cujusmodi ex eodem agro Perusino defossa sæpe ad me deferenda curavit Vir egregius, & mei amantissimus Andreas Joannellius.

Cur vero unum, vel alterum genus animalium eligerent ii, qui hæc anathemata offerebant, multiplex ratio assignari potest, nempe proventus ex illis captus, aut e contra periculum evitatum ; denique religio in Deos, quibus ea animalia Sacra essent, ut gryphes Apollini ; canes latrantes Laribus, qui multi sunt in Museis, tygrides Baccho, & alia oppido multa. Quæ tamen ratio extiterit dedicandæ Chimæræ nulli Deo, quod sciamus Sacræ, omnino nobis non liquet, nisi una illa fuerit, quam in principio indicavi : quod nempe ob artificii excellentiam donum Deo dignum videretur. Est

Est tamen alia ratio, cur immania hæc monstra in locis sacris dedicarentur, quia nempe divina origine, & sanguine putarentur procreata, ut constat ex Hesiodo in *Theogonia*, apud quem Chimæram observamus Ponti, & Terræ nepotem. Hinc anima immortalis eisdem assignata, ut de Nemeo Leone tradidit Theocritus in *Hercule leonic.* illo enim necato.

. . . . *Animam ingentem excipit Infernus*

Scillam quoque, & Hydram Lerneam vestibulum Orci incolere fabulatus est Virgilius in VI. quo alludens Martialis lib. XII. Epig. 40. canem laudans ab apro interemptam in Amphitheatro ait:

Nec queror infernas, quamvis cito rapta sub umbras:
Non potui fato nobiliore mori.

Id vero simulacrum libenter inter donaria recensuimus, quod inscriptione insignitum videatur, quæ dedicationem videtur importare.

Hæc dexteræ tibiæ incisa ex unica voce constat TINMCVIL, ad differentiam cæterarum dedicationum, quæ ex pluribus vocibus compactæ sunt. Ego quidem semper dubitavi id lemma nihil continere, nisi nomen artificis, in quo præsertim confirmabar, cum in alia imagine Gryphi sæpius publicata, & præsertim a Gorio nostro *Mus. Etrusc.* Tab. CLV. eadem prorsus inscriptio repetita videatur, quam cum expressam videam in duobus monumentis diversis, & loco, & tempore dissitis, nihil importare puto, nisi notam officinæ. In sequenti etiam Tabula occurrit sigillum alterius belvæ, in cujus latere unicum nomen incisum est alterius artificis, de quo infra.

At dum hæc scribo, aliud emergit argumentum, ex quo abjectis iis, quæ de hoc lemmate dicta sunt, omnino credam nomen proprium artificis continere. Effossum nuper Perusiæ Etruscum sepulcrum urnas marmoreas XV. hactenus produxit (nec enim integre perquiri datum est Fisco obsistente) quas inter urnas novem repertæ sunt cum nomine Familiæ TINM. sic enim constanter in omnibus legitur, præmisso prænomine defuncti, quarum Urnarum imaginem aliquando publici juris faciam. Ego quidem Syncopen in universis subesse puto: nam difficile admodum est imaginari cultissimam nationem tam duro nomine, & vix pronunciabili usam fuisse, cum præsertim in sequenti Tab. XXV. recurrat nomen TNEM huic adfine. Quidquid interim sit de recta hujus nominis pronunciatione certum habeo TINM fuisse nomen Familiæ Peru-

 finæ

finæ non vulgaris, quæ sculpturæ, & staturæ operam daret, sive ex cujus liberalitate duo hæc donaria in templis collocata sunt.

Superest reliqua pars hujus nominis CVIL explicanda; in quo præstando aliquid subsidii sperandum est a nomine jam notissimo TANAQVILIS, quam Etrusci, & Sabini, qui litera Q carebant in recto casu TANACVIL oportet pronunciasse. Id nomen, ut supra monuimus, latine versum fuit *Caja Cæcilia*. Quod igitur etrusce CVIL dicebatur, id latine sonabat *Cæciliam*, aut *Cæcilium*. Tinmius igitur noster vel cognomine, seu mavis Matronymico Cæcilius, aut Cæculus dictus est, aut Cæcilia Matre natus.

TAB. XXIII.

Donarium æreì Quadrupedis.

OBservavimus supra animalium imagines in Templis, & publica, & privata religione fuisse ab antiquis dedicata. Nihil modo nobis superest pro hujus Donarii dilucidatione, nisi forte perquirere, quale nam bestiæ genus sub hac ærea effigie referatur, ut aliquid de ejus significatione, quoad in re dubia fieri potest, assequamur. Hæc tamen forma satis ambigua est, quin unum, aut alterum animal in ea recognoscamus. Et quidem in *Roncalliensibus*, ubi de hoc Donario verba fecimus, visum est nobis pro mustella dijudicare, cujus græcum nomen videbatur nobis in inscriptione Etrusca recognoscere. At secundis curis retractato argumento, & typo hoc cum viris apprime oculatis communicato, canis potius, quam mustellæ lineamenta in eo depræhendi diudicarunt, præsertim ex ipsa pedum proceritate, quæ cani potius conveniunt, neque ex eo genere, quos in deliciis habemus, sed Molosso atque excubitori; quæ cùm ita sint facile corruunt ea, quæ circa nomen tunc speculatus sum. Id vero præsens judicium meum facile confirmaverunt multa alia sigilla, licet mole tenuiora, & literis destituta in hunc ipsissimum modum efformata, in quibus nemo canem non recognoscit, quæ deinde per Eruditorum manus circumire cognovimus, cujusmodi plura hic Pisauri in Museo Oliverio, & in Ardirio asservantur. Omnium vero proceriorem imaginem, & artificio nemini secundam nuper Tuderti effossam rescimus, atque apud Cl. Domitianium asservatam, cui postremæ tanta inest cum hac præsenti similitudo, ut ab eodem artifice factam esse videatur.

Canis

Canis iste expressus est specie blandientis Hero suo, quum demissis auribus, & cauda sub ventre recollecta, os, & pedem ad illum erigit, illius benevolentiam capturus. Sub hac similitudine jam non dubito domesticos Lares designatos, quos adversus hostes implacabiles, domesticis vero propitios reputabant; quapropter canes illis dedicati, immo plerumque appositi sunt. Opportuna occurrit Ovidii auctoritas *Fastor.* v. qui ita Larium simulacra describit.

At Canis ante pedes Saxo fabricatus eodem
Stabat: quæ standi cum Lare causa fuit?
Servat uterque domum domino quoque fidus uterque
Compita grata Deo, compita grata cani.
Exagitant & Lar, & turba Diania fures,
Pervigilantque canes, pervigilantque Lares.

Et Plutarchus. Question. Roman. L. *Laribus, quos proprie vocant præstites, canes assistunt, & ipsi canum pellibus amiciuntur, quoniam qui præsides sunt eos alienis formidolosos esse oportet, uti canes videmus, domesticis vero mites, atque mansuetos.* Hanc vero mansuetudinem ita ad vivum refert sigillum id nostrum, ut nihil aptius fieri potuerit ad Larium indolem significandam, cum vero ex dedicatione constet, aliquando fuisse consecratum jam nullus dubito Laribus, sive publicis, sive domesticis oblatum aliquando fuisse, non secus ac innumera illa catellorum sigilla, ex ære flata ubique obvia, quorum non alium usum fuisse credo, nisi ut in privatis sacellulis gratissimo Laribus dono attribuerentur.

Inscriptio sinistro fæmori insculpta ita se habet. M:CALVMTLA. ubi nomen artificis delitescere non dubito. Callos duos insignes sculptores alterum Æginetam memorat Pausanias in *Atticis*, in *Corinthiacis*, & in *Laconicis*: alterum vero Elæum in *Eliacis*, sed nihil cum iis commune habuit hic noster, nisi artis excellentiam, vel ex hoc unico argumento illi afferendam.



TAB.

TAB. XXIV.

Sigilla ærea inscriptionibus insignita.

INter ea, quæ parce admodum ex Etruscis disciplinis assequi potuimus, id certe computatur, quod sigilla hæc, in quibus inscriptio Etrusca incisa est, ad Deos pertineant; hæc namque *dedicatio* sola Deorum simulacra respicere poterat: vix enim unquam privatorum hominum imagines in Templis invectas rescivimus, at contra multiplicata in illis pro hominum libito Deorum signa, & sigilla, quæ donaria appellabantur. Sunt præterea indubitata plurima Deorum simulacra, quæ hisce literis insignita apparent, a quibus facile argumentum sumimus, cætera omnia sigilla, quæ ex simbolis non recognoscimus, vel quia nulla habent, vel dubia, pariter in hanc classem esse recensenda.

Una nobis restat hic difficultas, atque ea non levis, cui nam Deorum hæc postrema signa tribuamus. Nam licèt veteres habuerint insignia quædam, quibus Deos aliquos distinguebant, multo tamen plures fuerunt apud ipsos, quos omni prorsus indicio destitutos; præsertim antiquiori ætate, efformabant: quod bene norunt ii, qui neglectam hanc partem antiquitatis, &, ut ita dicam, adhuc ignotam *Scientiam sigillariam* attigerunt. Duplex hujus instituti ratio afferri potest. Prima nempe, quod veteres artifices communes quosdam Deorum, atque Dearum typos haberent, ut quilibet quemcumque sibi vellet ex Diis, aut Deabus in iis signis dedicaret, nomine, quod quisque mallet apposito. Aliam vero habuisse antiquos, quæsitam ex usu atque familiaritate peritiam quamdam circa Deorum formas, qua unum ab altero discernerent.

Huc pertinebant, ni valde fallor, familiaria illa Larium, præsertim domesticorum simulacra, per quæ quisque domi suæ Majorum suorum imagines consecrabat: ut in Acherontico probatum est. Copiosissima omnium hæc fuisse oportebat, quibus nulla familia carere poterat. At nulla religio, nullum institutum, nulla lex unquam constituit, quomodo domestici Lares effingerentur: Quapropter observamus Lares aliquando sub puerili aspectu, modo juvenili, sæpe virili, demum senili expressos, nudos, palliatos, prætextatos, togatos, demum etiam armatos pedites, atque equites, cujusmodi apud me sunt; Etrusci præsertim artificii, præcipue, qui post Hannibalem Italia pulsum, fieri cæperunt. Molæ illis attributæ, pateræ, coronæ, bullæ, armillæ, calcei viatorii cum petalo, ut nullum penitus vitæ officium fuerit, cujus symbola

bola Laribus non attribuerint: quod etiam notavimus in Dissertatione de *Sigillis Æreis* Cortonæ effossis. Cum denique nulla præcipua forma Laribus esset præscripta, facile adducor, ut credam sigilla omnia, quæ peculiari attributo carent, ipsis Laribus esse referenda.

Duplicem inscriptionem in Roncaliensium X. explicare olim aggressus sum, sed fiduciam illam meam fregit cautior experientia, ut, nisi quæ veritati proxima sunt, non admittam. Utram latinis elementis expono:

1.
EICE . RASTHVFITI . CVEI . A

2.
TNVTRCE . RAMTAVFIA . TAVI . SELVAN.

Quod unum in hoc examine certum habeo, vox *Ramta* nomen gentile est, & quinquies occurrit in inscriptionibus sepulcralibus.

TAB. XXV.

URNA MARMOREA

Euthymius libantis Genium deiciens.

Multa eruditi, qui circa hujus studii initia id marmor contemplati sunt, docte, & ingeniose de illo tradiderunt: qui vero cautius de hoc argumento scripserunt, inter ignotas fabulas illud rejecerunt. Nos ex Pausania in *Eliacor.* posteriore hunc typum explicasse confidimus. Multa ibi laudatissimus Auctor congerit circa Euthymii pugilis laudes, quas etiam celebrat Suidas, Elianus de *Var. histor.* L. VIII. & Plin. L. VII. c. 47. Hic Locris in Italia ad Zephirium natus, magnam in Græcorum ludis laudem adeptus, post Olympiadem septuagesimam sextam, hoc est, circa annum Urbis 300. in Italiam iterum rediit. Ubi quæ sequuntur, de eo refert; *In Italiam his cum transmisisset, pugnam cum Heroe commisit. De quo quæ sunt memoria prodita, sic propemodum se habent. Ulyssem ajunt errantem everso jam Ilio tempestatibus huc illuc ad alias Italiæ, ac Siciliæ Urbes, & Temessam etiam appulsum, ibi de navalibus sociis ejus unum virgine per vim violata, ab oppidanis contumeliam vindicantibus lapidibus obrutum. Ulyssem quidem nulla factum ulciscendi inita ratione inde profectum. Perempti vero socii manes finem nullum sæviendi in cujuslibet ætatis homines fecisse, priusquam cogitantes patriam relinquere Temessenses, quo eam pestem effugerent. Apollinis*

linis responso Heroem placare jussi sunt, & consecrato solo Templum excitare. Devovere ei praeterea quotannis Virginem unam, quae ipsis formosissima visa esset. Quod cum illi ex Oraculo facere pergerent, nihil omnino gravius dehinc passi sunt. Forte cum venisset Euthymius Temessam eo ipso tempore, quo solemne sacrum fiebat, re tota cognita, se intromitti illud, ajunt, in templum postulasse. Ibi Virginem conspicatum; primo misericordia commotum, deinde etiam amore incensum, ac puellam quidem, si ab eo servata esset, se in ejus manum conventuram, fidem dedisse. Armis igitur euptis cum Genio congressum, illum victum manibus, & agro excessisse, sublatumque prorsus ex hominum cœtu in Mare se demersisse. Fuisse memorant, Civitate universa fœdissima calamitate liberata, maxime illustres Euthymii nuptias. De eodem vero Euthymio illud ex antiquitatis monumentis accepimus, longissimam eum aetatem vivendo implesse, neque omnino mortuum, sed alio quodammodo hominem esse desiisse.

Id argumentum iterum expressum observamus in aliis Cinerariis, quae publicata sunt a Clarissimo Gorio *Mus. Etrusc.* Tom. III. & demum in alio, quod praeteritis annis observavi in oppido Sextini inclusum parieti domus canonicalis prope Ecclesiam S. Pancratii, ex qua multiplicitate exemplarium ejusdem historiae colligitur, fabulam hanc maxime invaluisse apud Etruscos. Fabulam, inquam, pueris obtrudendam; quis enim sanae mentis crediderit armatum hominem congressum fuisse cum Lemure, eumque subegisse? Hinc cautissimus veterum scriptorum omnium Virgilius in VI. Sibyllam inducit commonefacientem pedissequum suum, ne cum spectris confligat.

Et ni docta comes tenues sine corpore vitae
Admoneat volitare cava sub imagine formae
Irruat, & frustra ferro diverberet umbras.

Caeterum in praesenti schemate spectrum illud observatur in Cives seviens, dum Euthymius laqueo illi injecto e sepulcro educere conatur, gladioque perfodere. Virgo in victimam constituta humi jacet discincta, & seminuda, dum victoria alata Euthymio favens baculo, sive securi monstrum percutit.

Inscriptio

VEI : TNEM : VESIM : ARNTHIAV :

sic verti potest.

VEIO, *sive* VELIO . TNEMIO *fecit*
VESIVS . ARVNTIA NATVS.

Hic

Hic vero monendum censeo fabulam hanc referendam esse ad annum Urbis circiter CCC : nec nisi post multos annos per Etruriam diffundi potuisse, ut a sculptoribus inter egregia virtutis exempla recenseretur. Cessant igitur, quæ de remotissima harumce urnarum antiquitate jactantur : quod aliis etiam argumentis infra confirmabo.

TAB. XXVI.

MINERVA, ALIIQUE DII

In Vase Musei Gualteri.

DUplex hujus vasis aspectus duplicem nobis ædiculam repræsentat, quæ simpliciori artificio constat ex geminis fulcris e suggestu assurgentibus, quæ fastigium impositum sustinent. In primo sedet Pallas de more armata galea, & thorace, sub quo muliebris tunica ad talos usque protenditur. Non aliter ornata apparet in Patera *Cospiana*. At in æreo Etrusco sigillo Musei mei Tuderti effosso, more virili armata sine tunica consistit. Tres Dii, totidemque Deæ, hæ tunicatæ, illi vero nudi adstant sacello. Duorum superiorum paria quum vix aliqua præseferant insignia, qui sint dignoscere non valemus. Qui vero in infima parte constant, facilius distinguuntur : hinc enim Baccha cum tyrso vittato, & tympano tripudiat. Illi e contra respondet Bacchus florem, & acerram deferens. Inde suspicari potest superiores ad eorum cætum pertinere. Neque enim unquam adducar, ut credam Etruscos nudos fœminis admistos Sacra peregisse, nisi forte Bacchanalia, quorum execrabilis licentia ad religionem referebatur. Tunc vero simulatis Deorum personis, abjectoque humanitatis pudore, Deorum nuditatem affectabant.

Pars adversa sedentem in ædicula Larem ostendit, qui protensa manu lancem sustinet. Larem, inquam, quia superne tabellam suffixam ostendit, in qua clavos annales disponere solebant. Hos quadrifolius prope suspensus, nullum melius, quam papaver imitatur, quod Laribus sacrum erat. Inferne Genius consistit calicem manu attollens. E regione Baccha illi respondet, acerram attollens. Superiores Deos Genium ne, & Geniam, sive alios ex Bacchi choro referant, minime affirmavero. Hinc indolem Etruscorum intelligimus, quod cum hæc sacella aliquibus Diis dicata pingerent, cæteros etiam Deos, qui nihil cum illis commune haberent, adiciebant, non modo a tecto semotos, verum etiam idem tectum adeuntes omnem Sacrorum supellectilem ve-

 luti

tem sacrificaturi conferentes, quod illorum dignitati minime repugnare credebant. Non enim proinde illos, quod e tecto excluderent indignos reputabant, sed quia loci angustia non patiebatur inclusos illos delineari. Circa tectum igitur Deos, Deasque semper cum comparibus suis disponebant, ut melius quos vellent, & magis distincte exprimerent. Quæ maxime adnotanda erant, ne sacrificulos pro Diis usurparemus.

TAB. XXVII. XXVIII. XXIX.

LAR EQUESTRIS

In Vase Medicæo.

HActenus creditum est Etrusci Equitis transvectionem hic repræsentari. Sed quorsum miles in cella Sacra, & quod caput est, Diis undique constipatus? An Marti hunc typum tribuemus? Sed illi quadriga potius, quàm equus sessorius frequenti scriptorum auctoritate assignata est. Accedit quod hæc vasa, domesticis usibus licet Sacris adscripta, familiares potius Deos contineant, inter quos nulli malefici habebantur. Nec alterum e Dioscuris hic agnosco: nam illi fere semper gemini occurrunt.

Lares e contra, qui primas in his vasculis obtinent sæpissime armatos, & equis invectos video, publicos præsertim, qui urbes custodiebant, quibus propterea hic cultus conveniebat. Accedit quod Lares nihil aliud essent, quamquod defunctorum animæ generosiores, quæ pro urbibus, & domibus pugnare credebantur, ut demonstravimus in *Acherontico*, his autem equos tribuebant, ut probatum est in alia dissertatione de *Transvectione Animarum*. Hæc omnia tanti apud me sunt, ut in Cella Larem recognoscam jam jam in bellum profecturum, & pro Patria, & focis dimicare paratum, sive de bello reducem, qui parazonio, & pharetra e laqueari suspensa coronam partam ostenrat, præcipuum Larium decus, ut constat ex Plinio: *Et jam tunc corona honor erat Larium publicorum, privatorumque, & sepulcrorum, & Manium.*

Hæc ubi præmiserimus, cætera in aperto sunt. Surgit in postica ingens focus Laribus sacer vittis coronatus. Illum sæpissime videas non unica fascia præcinctum, sed terna: quo spectat illud Propertii lib. iv. Eleg. 6.

Terque focum circa laneus orbis eat.

Sic etiam in templo Cereris, & Proserpinæ aram ornatam vidit Pau-

Pausanias in Arcadicis : *Basim undique incingunt Teniæ*. quæ mortuis ceruleæ dabantur, Virgil. *Æneid.* III. verf. 63.

. . . . *ſtant manibus Aræ*
Ceruleis meſtæ vittis . . . .

In alio tamen vase, qui Neapoli in Museo Congregat. Oratorii asservatur, & in quo id ipsissimum thema exprimitur, cum nobis, coloribus ad exemplar veri imitatis delineatum, obvenerit, & est in ordine 281. & 282. Tenia ista fusci coloris est, cum cæteroquin, quæ a circumstantibus Diis ostentantur, croceæ appareant.

Aram hanc adeunt Mulieres Sacrificulæ *linteo Sacro* ornatæ, & brachiis circumvoluto, de quo supra pateras, & flores deferentes; at in vase Neapolitano ramusculos pomo desuper insignitos, *sacrificulas* appellavi, sequutus conjecturam universi cultus, quo ornatæ incedunt. At vereor, ne Deas in mente habuerit pictor, Laras præsertim Lari suo gratulantes, cum præsertim larario desuper adnotato Dii assistentes videantur. Hi quatuor sunt, ex quibus Larem vialem sedentem recognosco cum canistro pomis onusto corolla defluente. Recognosco, inquam, ex globo illo, qui ex ejus humero exurgit. In aliis expressius delineatis globus ille sarcinulam viatoriam manifeste nobis ostendit, cujus symboli significationem accuratius suo loco prosequemur.

Quæ illi respondet cum pari canistro, & flabello Larundam forte repræhesentat : nam video plerumque pictores Thuscos utramque potestatem fœmineam cum mascula consociasse, ne Deus foret sine Dea ejusdem officii. Succedit alterum par Deorum masculus, & fœmina cum coronis sibi occurrentes. Illa flabellum gestat; hic pulcherrimi generis florem hortis nostris incognitum. Qui sint, unus pictor noverit. Putarim tamen e cætu domesticorum; etsi notis nominibus ignota indigitare fas est, dicas, si jubet, Genium, & Geniam. Hinc colligo vas istud votivum fuisse, seu mavis allusivum Lari hostilio pro felici reditu ex militia proceris alicujus, Diis omnibus domesticis gratulantibus, & diem solemniter celebrantibus.



TAB. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV.

LARARIUM

In Vase Musei Medicei.

HAbes hic integram formam Lararii Etrusci, qua clausi, ut Tab. xxxi, qua adaperti in solemnioribus diebus, ut Tab. xxxii. In hoc vero columnæ spatia plus æquo dilatari oportuit, ut imagines Deorum intro stantes commodius locarentur, ut actionem ad vivum exprimerent. Medius Jupiter throno insidet, sceptrum tenet, & pulcherrimum scabellum calcat, & veluti cogitabundus dictis attendit.

A leva Juvenis unico palliolo contectus, & hastæ innixus aliquid Jovi nunciare videtur, & veluti ex aliqua profectione redux pileum Laconicum, & Macheram ex alto suspensam habet. Quid ni? Veluti victor coronatus est; colligatam vero peram viatoriam ex humero suspensam ostendit. Hunc Larem viarum Præsidem esse suspicor, qui incursione aliqua hostili profligata ad Jovem Etruriæ præsidem redit.

Contra Deus alter longævior, simili pileo munitus, & armatus parazonio, non lanceæ, sed nodoso baculo innititur; nam talem centies in vasculis pictum ostendam. Elata manu veluti de rerum statu Jovem interrogat, clypeo ex alto suspenso. Hunc vero conicio esse domesticum Larem, qui ætate maturior arma expeditioni apta non tractat; sed ea, quibus Domi residens vi privata prædones repellat, quod quidem Lari Domestico officium stetit. Qui Dioscuros hic agnoverunt, adeo disparem ætatem & armaturam non consideratunt. Cæterorum vero Deorum, quos Senes habuit antiquitas, Vulcanum, Saturnum, Terminum, & si qui alii sunt, nulla omnino indicia hic micant.

Lararium clausum geminis deorum paribus hinc inde diffusis ornatur, qui quia a recenti pictore nullo ordine in Tab. xxxiii, & xxxiv. redacti sunt, illos jugare ad prototypi fidem abs re non erit. Ad dexteram ædiculæ in parte suprema sedet Juvenis nudus struem in canistro gestans vitta sacra subjecta, facile Bacchus, qui tertius est Tab. xxxiii.

Illi respondet Mulier sedens cum cista, crotalis supra dispositis, forte Dea Libera, quæ media est in eadem Tab. xxxiii. coronam vero solidam demittit orbiculis ornatam, ampliorem in antica, tenuiorem in postica, qualem gestant Dearum sigilla Etrusca,

ea, quæ in meo Museo asservantur; sub Baccho alternato ordine sedet Dea alia cum cista, & flabello,

Illi respondet Dea alia, quæ media est Tab. xxxiv, cujus insignia sunt racemus uvæ speciosissimus; & lanx cum libo infixis superne geminis ramusculis. In aliis picturis hi tenuissimas frondes habent, ut ex rore Marino sumpti videantur, quo Lares coronabantur juxta Horatium,

Parvos coronantem marino
Rore Deos, facilique myrto,

Quaterni Dii supersunt, quo tamen ordine, & loco in vase dispositi sint, profecto ignoro. Alter nempe ex Laribus viatibus coronatus hasta, & clypeo munitus, & *pera* ex ejus humeris exiliente, ad tres subsequentes respicit. Primus coronam floream gestat. Secundus pateram, & gladiolum, forte secespitam, in sinistra panno involuta.

Ultima stat Dea, quæ dextera vittam demittit, sinistra attollit cistam linteo sacro e brachio dependente. Sic habes quaternos Deos totidem Deabus consociatos; quæ observatio cum solemnis fuerit Etruscis pictoribus, maximam nobis suspicionem ingerunt, ut præmisimus, divinas naturas, atque attributa in utroque sexu duplicare consuevisse, nec Deos habuisse ullos cælibes, quin & ejusdem potestatis Deas non effinxerint.

Operculum vasis iterum quaternos Deos exhibet. Primus est Genius alatus, quem Pictor nostri temporis fœminam fecit, deceptus muliebris capillitii ornamento. Si tamen ille quingenta fere Thuscorum vasa, quorum imagines ob oculos habemus, scrutatus esset, facile observasset, Thuscos nostros pueris omnibus, & Genio præsertim Bacchi id ornamenti attribuisse, nec mirum, cum Bacchum ipsum fœmineo cultu sæpissime effinxerint. Quin immo Dii omnes sæpe sæpius in Bacchanalibus commiscentur: quod etiam notavit Ovidius in Fastis:

Orgia Dii celebrant.

Bacchantum corona erat amplior vitta, quæ facile cum mithra confunditur, reticulo nempe superne aperto: unde amplior cirrus diffundebatur, ut passim videre est in Thuscorum picturis. Hic igitur Genius Baccham adit coronam pampineam deferens, e qua pendet vitta sacra, utraque Orgiorum gestamen. Altera vero manu pedibus Deæ mysticam Vannum demittit, totam minoribus vittis ob serpentes ornatam,

Baccha speculum attollit gemmatum familiare Thuscarum Dearum attributum: Coronam vero priori similem Deo sedenti offert.

Hunc

Hunc Bacchum puto ob insigne bifidæ vitis procerioris, quam sustinet, & Lanceam cum placenta, quæ mellea illi sacra erat, pendente desuper uvæ racemo.

Sedet in scopulo Dearum ultima cum amplissimo flabello, & cistula, sive arca, e qua vitta sacra suspensa pendet. Ex his colligo coryphæos hujus historiæ esse Jovem Larem vialem & domesticum, cæteros vero esse accessorios; ita ut argumentum hujus picturæ facile respondeat alteri, quod in priori vase digestum est. Mirari interim non desino Etrusci Pictoris ingenium, qui reditum in patriam Magnatis alicujus; tam magnifice per ideas mysticas & abstractas, sed maxime significativas expressit, & ope Deorum repræsentavit.

TAB. XXXVI.

SACRIFICIUM

In Urna Etrusca Perusiæ effossa.

IN hujus Urnæ facie tota Sacrificii pompa repræsentatur. Ardet impositis ignibus ara, unde sertum dependet. Milites gemini more Græco loricati, & galeati hircum aræ imponunt, & cultro ejus gutturi admoto ignem sanguine inficiunt. Adstant Tympanista, qui tympanum pulsat: Cymbalistria, quæ cymbala: Tybicen, qui tibias inflat: denique minister lancem attollens, mola salsa refertum. Puer agnum deferens, augur denique, qui lituum ætate detritum dextera stringit. Nemo adhuc dubitavit, sacrum aliquod funebre hic repræsentari, præcipue aliquod ex iis Acheronticis, in quibus effuso quorundam animalium sanguine, divinas animas fieri credebant: ut in mei *Acherontici* secundo Capite indicavi, auctoritateque Arnobii hoc præsens, & similia marmora explicari posse tradidi. Dum vero argumentum retractarem, maxima mihi suborta est difficultas ex ipso Sacerdotum habitu, qui minime sacer, & minime Etruscus est, sed Græcus, & militaris, ex quo mihi facile persuasum est, id monumentum non ad mores Etruscos pertinere, sed ad aliquod Græcæ historiæ factum non obscuris indiciis adumbratum. Nam etiam in superioribus marmoribus id ipsum argumentum petitum a virorum sacrificantium armatura, facile mihi persuasit, non amplius ad Etrusca sacra pertinere, sed Polixenæ fatum repræsentare. Detur igitur alteri conjecturæ locus, quam, ut semper soleo, disputandam potius, quàm tenendam exhibeo.

In

In præsenti igitur marmore deprehendere mihi visum est ferale illud sacrificium, quo Iphigenia in Aulide mactanda fuit, quum ira Dianæ ob cervum ei sacrum ab Agamemnone occisum, perturbato Mari, sanguine ejus Filiæ ex Oraculo placanda erat: quapropter missus Ulysses Iphigeniam a Matre abduxit, simulans Achilli desponsatam, quam cum ad aras statuissent, & Pater cultro jam gutturi immineret, Dianæ pietate in Tauricam abducta, perpetuo ejus Sacerdotio sub Rege Toante initiata est; supposito interim cervo, qui ejus loco mactatus fuit. Fabulam recenset Euripides in Tragedia ejus nomine inscripta, rursusque Ovidius Metamorph. XII.

Permanet Aoniis Nereus violentus in undis,
Velaque non transfert; & sunt, qui parcere Troja
Neptunum credant; quia mænia fecerat urbis.
At non Thestorides: nec enim rescitve, tacetve
Sanguine virgineo placandam virginis iram
Esse Deæ. Postquam pietatem publica causa,
Rexque patrem vicit; castumque daturæ cruorem
Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris;
Victa Dea est: nubemque oculis objecit; & inter
Officium turbamque sacri, vocesque precantum,
Supposita fertur mutasse Mycenida cervâ.

Qui proinde militari habitu sacro intendunt, Ulysses, qui Virginem mactandam abduxerat, suppositam victimam attollit. Agamemnon vero, qui Sacerdotis officio functurus erat, illud in hirco exhibet: id enim animal pro cervo Pictor effinxit, sive marmoris vitio deceptus, sive quod ita veteri Etrusco Artifici magis probatum sit.

In Urnæ Operculo reclinatus jacet vir seminudus, coronato capite, atque velato. Sic nempe defuncti, quos inter Divos referebant exprimi voluerunt, ut eo sacrificantum habitu mortuos sacrificiis dignos testarentur. Tales inspicimus in nummis Cæsaribus, atque Augustis jam consecratis. Huc refertur etiam patera, quam manu tenet. Discinctam quoque hujus Viri imaginem intuemur, quæ formula ad sacrificia inferorum pertinebat. Quapropter Dido ejus extrema sacra attentans describitur a Virgilio.

Unum exuta pedem vinclis in veste recincta.

Et Ovidius Metamorph. VII. 182.

Egreditur tectis vestes induta recinctas;

Nisi potius hic corporis status ad eas Thuscorum delicias referendus

rendus, fit, quo per ætatem soluti epulari solebant: unde inolevit, ut qui voluptatibus plus æquo indulgerent, *discincti* appellarentur a Persio Satyra III. vers. 31.

Non pudet ad morem discincti vivere Nattæ?

Ubi vetus Scholiastes, *discinctum dicit negligentem, & perditum, vel discinctum obesum, & ventricosum luxuria, quia cingi non possit.*

Illud tamen in hoc marmore observandum occurrit pictoris incuria ex dextero sinistrum factum, nam mortuorum imagines non dextero cubito innitebantur, nec pateram unquam in sinistra habuerunt, quod hic peccatum est, sed contra, ut sinistro innitentur. Ex quo etiam factum est, ut Agamemnon sinistra manu cultrum in victimam impingat, & tympanista pariter tympanum sinistra quatiat, quod quantum a veterum institutis abhorreat, nemo non videt.

Inscriptionem

HV . TITE . VESI . VEL . CHCEIIIII

sic restituo:

AVLO . TITI . VESII . VELIA . CAECINIA *nato*.

TAB. XXXVII. num. 1. & 2.

Polyxenæ Sacrificium.

HUnc typum illustratum habes supra ad Tab. IX. nam utrobique eandem historiam consignatam fuisse non dubito, quamquam vitio marmoris in hac urna numero 1. hujus Tabulæ exposita loco virginis mactandæ, vas quoddam mutilum substitutum sit, formæ & molis penitus alienæ ab usu sacrificiorum. Quin si datum esset coram intueri marmor Tabulæ præcedentis, facile & in ipso peccatum fuisse a pictore observaremus, capro substituto pro detrita imagine Polyxenæ sacrificandæ.

Inscriptio urnæ prioris consonat cum altera præcedentis tabulæ

AV . TITE . VESI . VEL . CACEINNI.

ita ut gemina hæc monumenta duobus fratribus ejusdem prænominis posita esse videantur. Id novum non est in Thuscorum urnis, ut infra videbimus; quod factum puto, cum, præmortuo fratre, alter nasceretur, cui mortui prænomen apponi placuisset.

Urnæ

Urnæ inferioris titulus ita se habet:

VR. TITE VESIAE. CV. SITIA.

Mendum vero subest in prænomine. VR. scrutandumque an in marmore detracta sit literula T: nam prænomen Turni sæpius occurrit in hisce titulis.

TAB. XXXVIII.

ALCESTIS IN VITAM REVOCATA

In patera Medicea.

Nomen VMAILE, hoc est, EVMELI inscriptum uni ex actoribus hujus fabulæ totum illius contextum, alioquin obscurissimum manifeste declarat, nempe Alcestin Eumeli matrem defunctam in pristinam vitam beneficio Herculis restitutam, morte reluctante, atque contradicente: ut constat ex tota Euripidis Tragedia *Alcestis* nomine inscripta, qua universam hanc fabulam magnifice complexus est.

In vertice pateræ amplissimum sepulcrum conspicitur pyramidibus superne adornatum, in quo Phereorum Reges tumulari consueverant, & in quo Alcestis, pro viri sui Admeti salute demortua, regio apparatu, ut ait Euripides, tumulata fuerat.

Mei quidem ministri cadaver omni cultu ornatum
Ferunt sublime ad sepulturam, & rogum,
Vos vero mortuam, ut fert consuetudo,
Salutate egredientem postremam viam.

Hercules interim certior factus de tam præclaro amoris conjugalis exemplo, cum in infernum descendisset ad Cerberum subiiciendum, illustrem hanc animam ad vitam revocavit, & corpori restituit: ut narrat Apollodorus *Bibliot.* lib. I. Hyginus Fabula L. & LI. & Fulgentius *Mythol.* lib. I. circa finem.

Id factum ingeniose expressit artifex hic noster, qui Alcestin delineavit ex olla reticulata prosilientem, filio Eumelo portentum id admirante.

Hercules oppositus sedet, quem notat inscriptio XCHLE, licet invito sculptore, irrepserit facili lapsu litera S pro L: sed hæc sphalmata ubique occurrunt in similibus inscriptionibus.

Mors vero cucullata Herculem increpat pro inlata sibi injuria; Hercules contra audacter mortem repellit; quod quidem in

 fabu-

fabulæ principio Euripides Apollini tribuit, quem introducit cum morte contendentem, dum adhuc Alceſtis viveret. Thuſcus vero artifex ingenioſiſſime hanc mortis querelam redintegravit cum Hercule, dum Alceſtis in vitam revocata fuit.

TAB. XXXIX.

ADOLESCENS TOGA DONATUS

In Vaſe Medicæo.

CIvili cæremoniæ, qua virilis toga a Parente Tironi ſuo attribuitur, præſente Matrefamilias, etiam bacchica conjuncta eſt, nam in linea inferiori Pater præit cum thyrſo, & cyatho; ſubſequitur tibicina cum tunica tintinnabulis referta: ut ſæpe in his picturis obſervatur, fortaſſe ipſa Materfamilias chorum ducens.

Succedit vir exertus pariter cum cyatho: ultimus tandem eſt Tito toga involutus cum alio thyrſo, ex quo colligimus, virgas haſce in manibus virorum nullum inſigne dignitatis, ſed ſolemnitatis præſeferre: ut eo modo, quo in Saturnalibus baculos ſumebant, ita & in Liberalibus ob Bacchum thyrſos, ſeu vitiginea ſarmenta plerumque contorta: ut videre eſt in hiſce ſchematibus.

TAB. XL.

SIMULACRUM ÆREUM TOGATUM

In Muſeo Medicæo.

INter etruſcæ artis ſtatuariæ monumenta ſimulacrum hoc primum locum obtinet. De hoc multi multa opinati ſunt, quibus ſepoſitis nihil in eo inquirendum cenſeo, niſi unum ex Peruſinis Proceribus, qui de Republica optime meritus ſimulacrum æreum aliquo in loco publico obtinuit; divulſumque in direptionibus, quas ea Civitas paſſa eſt, ſepultumque, ut puto, a direptoribus inter rudera ad Pilas, duobus abhinc ſæculis in lucem rediit.

Prætium ſimulacri auget inſcriptio:

AVLEMI . METELIM . VE . VESIAL . CIENMI .
CEN . SVPREM . TECE . SANMVTENINE
TVTHINEM . CHISVLICM.

Ex

Ex qua desumimus signum, id positum fuisse, *Aulenio*, sive *Aulo Metellio*, cujus familiæ, sive *Metellia*, seu potius *Metelnia* diceretur, alia occurrunt indicia in marmoribus Perusinis.

Ve Vesial nomen Matris est, *Velia Vesia*, nempe ex clarissima Vesiorum familia tam frequenter in hisce marmoribus celebratam, & præsertim in Tabulis antecedentibus.

Inter hujus proceris titulos, quod unum assequor, est *suprem tece*. Vox *supra*, unde supremus, & cætera composita emerserunt, thusca est: nam in Tabulis Eugubinis legitur *Subra Screito est*, quod manifestissime importat *suprascriptum est*. Vox vero *Tece* a græco ΘΗΚΗ Thesaurus, Sacrarium, Ærarium, aut quid simile significare potest. Cætera majus otium, & subsidia desiderant.

TAB. XLI.

VALENTIÆ SIMULACRUM

In Museo Medicæo.

Sigillum hocce Deæ Valentiæ, valetudinis Præsidi ex duplici indicio tribuendum censeo, nempe ex globo, quem sinistra continet, & ex apposita inscriptione. Globus ille, sive unicus, sive triplex Hygiæ, tribuebatur: nam ex hujusmodi symbolo Hygiam Æsculapio, & Telesphoro conjunctam recognovimus in Marmore votivo Musei nostri Tom. II. *Lucernarum* num. 69, præeunte nobis Pausania, qui in Arca Cypseli fœminas adnotavit cum pistillis, & pilis, quæ medicamentorum artem calluisse arbitrabantur. Lauro præterea Dea hæc coronatur baccis in medio eminentibus, quod quidem gestamen singulare est in Etruscis sigillis; idque, ut opinor, ob Apollinem medicinæ auctorem, unde Hygiæ origo deducebatur.

Inscriptionem latinis elementis ita reddimus:

MI. FLEREM. IVALITIIA.

E cujus postrema voce *Jualitiam*, seu *Valentiam*, aut Valetudinem, & si mavis *Ilythiam* adstruo. Quæcumque interim ea sit, sive valetudinis, sive partuum præses donarium hoc a matrona aliqua consecratum puto pro salute restituta, aut felici puerperio.

MI. FLEREM

Ad formam dedicationis pertinet, neque aliud importat, quam

ego Sacrum. Antiquos MI pro ego dicebant; ut præmisi in Roncaliensium XXI. *Flerem* utique rem sacram significat apud Etruscos. Vide Dissertationem nostram de *Etruscorum Funere*: quo in loco Pateram Etruscam retulimus Nelei, & Peliæ historiam exprimentem, ubi inter reliqua conspicitur ara verbenis cincta cum inscriptione FLERE, & rem Sacram, votivam, aut anathema significare tradidi. Nominis origo est ab Hæbreo *cherem*, quod inter cætera importat *anathema*. Nec diffiteor deduci posse a græco ΙΕΡΟΣ *Sacer*, addita in principio litera F, quemadmodum ex Halesia Falesus, & Falisci, & ex Hormiis Formiæ emerserunt. Nec in tanta obscuritate reprobanda est derivatio a ΠΛΗΡΟΩ *adimpleo*: unde ΠΛΕΟΣ *plenus*, & ΠΛΗΡΩΜΑ *implementum*: unde in Latium emersit adverbium *plerumque*, ac si Etruscum FLEREM voti adimplementum importet. Cæterum hanc formulam MI. FLEREM frequens est in inscriptionibus sequentium Donariorum, quam nisi ex remotioribus fontibus velis deducere, id tuto poteris ex voce etrusca *Fero*, cujus composita obvia sunt in Tabulis Eugubinis *Ferculum*, *Arfertur*, *Fertu*, *Fertuta &c.* Hinc *Arferia*, *Arferial*, & *Fertum* dimanarunt in Latium ad Sacrorum linguam locupletandam. Hæc postrema conjectura consonat cum præcedenti *ego sacrum*, *ego dedicatum*, *ego adlatum Jualitia*; etenim donaria in templis sua quodammodo voce loquebantur: Ut refert in *Eliacis* Pausanias, qui in simulacro Elei Jovis hanc inscriptionem observavit:

Fidias Carmide Filius Atheniensis me fecit.

Et in altero Donario:

Me Jovi Olympio posuit dono Cheronesus.

Nec turbat in hac dicendi formula intermissum fuisse nomen dedicantis, quod etiam aliquando observamus in latinis Inscriptionibus votivis: nam sæpe, qui hæc dona posuissent, satis sibi cautum esse putabant, si Diis innotescerent. Adde, quod hujusmodi inscriptiones signari solebant in actu dedicationis per manus sacerdotum, qui unicum sibi negocium instare putabant, si Deorum nomina, ad quos donaria pertinebant, conscriberent, ne unquam violari contingeret.

TAB.

TAB. XLII.

Dea infantem sustinens.

AMbiguum hoc simulacrum obscurius reddit defectus capitis; nec attributum infantis, quem ulnis gestat, vel minimum conducit ad illius intelligentiam. Fortunam, quæ Præneste colebatur, puerum in gremio gestasse, ait Cicero *de Divinatione*. Pax, ut ait, Pausanias *in Boeticis* opus Cefisodoti, Plutonem infantem brachiis sustinebat, quod & *in Atticis* repetit. *Signa Deorum spectantur; Amphiaraus, & Pax Plutonem puerum ferens*. Quin & Fortunæ idem attributum *in Boeticis* designat; *Proxima Fortuna adest; Fert Dea Plutum infantem*: Etiam Vestam Jovem puerum sustinentem ex vetusto simulacro Puteoli effossò describit Capacius *Rerum Neapolitanarum* lib. 1. pag. 247. In nummis quoque Faustinæ, & Fauitæ Augustarum recurrit idem typus, licet mutata denominatione Divinitatis; sed nemini potius quam Lucinæ partuum præsidi id symbolum conveniebat.

Et revera id, & sequens simulacrum Lucinæ dedicatum fuisse ab alia ejusdem familiæ Lartiæ Matrona *Cana Lartia* ostendit utriusque inscriptio. CANAMI metathesis est pro MI. CANA. ut in sequenti inscriptione. LARTIAM nomen est familiare *Cana Lartia*, cujus familia ex aliis etiam inscriptionibus innotescit. VANL matronimicum est, sed concisum ex VANIAL, ut in Inscriptione sepulcrali inter Parerga hujus Operis.

Deæ nomen detrito saxo, & literis fugientibus in hac Tabula describitur FELCHINEP: Apud Gotium *Mus. Etrus.* Tom. IV. TELCHINAVMRI. Si tamen literatum ambiguitatem diligentius perscrutemur, nihil repugnat, quominus LAVCHINE desctiptum deprehendamus: ut in simulacro Tabulæ subsequentis.

TAB. XLIII.

Simulacrum Mulieris aviculam manu constringentis.

ETiam id simulacrum pati fato ac superior mutilum superest. Materiæ tamen, ac Artificii similitudo eandem ætatem testatur: Quod attinet ad symbolum aviculæ, alibi opportunius de eo sermonem faciemus.

NVMTRAL facile matronimicum est profectum a gente *Numtria*, seu *Numitoria*; ex quo cognoscimus geminas Matronas ejusdem fami-

familiæ, sed diversa Matre natas hæc donaria dedicasse. Sequens vero dictio LAVCIN indicat nomen Deæ, cui Donarium oblatum sit. Quia vero Lucinæ Nomen plurimis Dearum attribuebatur, nemo facile indicabit, cui ex omnibus simulacrum conveniat. In primis Diana, & Juno hoc nomine pollebant sumpto a Luce, quam nascentribus tribuebant, etiam Anteverta, & Postverta inter Lucinas facile computatæ sunt; nam Partuum periculis præsidebant. Gellius lib. XVI. cap. 16.: *Quando igitur infantes contra naturam forte conversi in pedes, brachiis plerumque diductis, retineri solent, agriasque tunc mulieres enituntur. Hujus pericali deprecandi gratia aræ statuta sunt Romæ duabus Carmentalibus, quarum una Postverta nominata est, Prosa altera; a recti perversique partus potestate, & nomine*: Fornutus quoque cap. 34. ab hac diversitate partuum plures fuisse Lucinas memorat: *Ad hac plures Lucina traduntur fuisse, qua ratione etiam plures amores; diversi enim mulieris partus sunt, non secus ac amantium cupiditates*: Themin quoque hoc cognomine audit apud Nonnum *Dionys.* lib. XXXXI. 162. Quin etiam & Venus auctoritate Pausaniæ in *Boeticis*, quo in loco sententiam refert Oleni Licii, qui putavit Cupidinem Lucinæ filium fuisse. Nil igitur mirandum est, si apud Latinos Ilityæ plurali numero audiunt. Obvia sunt Sybillæ verba, quibus illas sæculari Anno placari jubebat.

Tum Ilityas placanto
Puerperas hostiis, ut fas est.

Id nomen est a græco AYKH: unde Etruscis *Licmon* apud Servium, & Strabonem, quod respondet Latinorum *Lucio*. Ipso quoque Strabone auctore intelligimus Lucinam a Thuscis cultam, quum apud Cære præcipuum Lucum obtineret. Quæ interim ex tot Lucinis signum hocce sibi vindicabit, indecisum relinquam.



TAB.

TAB. XLIV. n. 1. & 2.

ET

TAB. LXXXIV. n. 1.

Pompæ Nuptiales.

HIC typus satis obvius occurrit in urnulis sepulcralibus fictilibus, quæ Perusiæ, & Tuderti reperiuntur: quum enim Ectypæ sint, nemo non videt, quam facile multiplicari potuissent, & quam modico sumptu a quovis vel tenuissimæ fortunæ homine comparari. Depictæ plerumque apparent non Encaustico opere, sed communi picturæ artificio, quod ope glutinis perficiebatur: nam colores non modo aqua diluuntur, sed diu aeri expositi flaccescunt, & pene intereunt; quum contra, qui ignis experimentum passi sunt, quo magis aqua detergantur, & abluantur, eo acrius resplendent.

Quæ in his repræsentatur cæremonia, non ad aliquam peculiarem historiam pertinet, sed ad ritum illum fere civibus omnibus communem nuptiarum. Exponitur enim in fronte urnæ Mulier in viri manum conveniens ante domesticam januam, qui typus vulgo pro nuptiarum symbolo usurpatur, qui non modo in Thuscorum urnis frequentissimus est, verum etiam & in illis longe splendidioribus Romanorum. Video tamen non paucos doctos viros multum adlaborasse in hoc typo explicando, ut illud cum morte conciliarent, ut sint, qui credant, voluisse antiquos mortis recordationem in ipsis nuptiis oculis hominum obiicere, ne plus æquo prosperitati, & latæ fortunæ confiderent. Quæ quidem ratio optima fuisset, si nuptiæ ipsæ in mortuorum conspectu, & ante majorum Urnas contrahi solerent. Mihi planissima occurrit explicatio, symbolum id ad purum ornatum earumdem urnarum a sculptoribus fuisse adinventum, ut communi aliquo emblemate, & quod nemini videretur alienum illas adornarent. Hinc ferales historiæ, quibus delectari Manes reputabant; præterea initia, quibus illos expiari, denique, & varia vitæ officia, quæ nemini non convenirent. Inter hæc Nuptiæ; Imo ni valde fallor, nec nuptiæ quidem, sed ipsa conjugalis, & diu permanens concordia, quæ sub hoc eodem symbolo conjugum dexteras stringentium significari solebat in hisce fictilibus urnis adumbratur. Ad hanc meam probandam sententiam conferunt non modicam auctoritatem Augustorum nummi longe post nuptias cusi, in quibus

Au-

Augusti conjuges dexteras nectunt cum epigraphe *Concordia*, quo emblemate nihil oportunius inveniri poterat, quod privati hominis cinerario præfigeretur, quippe qui nihil majus Reipublicæ præstitisset, nempe diu, & constanter fuisse maritos.

Nec cæteris meliora protulerunt, qui armata illa spectra, quæ hinc inde conjugibus adstant illisque manum capiti admovent, mortem esse, fatum, Parcas, illos dirimentes crediderunt: Nusquam rerum. Juvenis canina pelle indutus Lar est: ut in *Quæstionibus Romanis* ostendit Plutarchus. Illi e contra respondet Lara. Ecquis enim illos tam sibi iniquos, & adversantes fuisset auguratus? Manu illi conjugum capiti vel humero admovent, ut significarent utrumque conjugem sub Larium familiarium tutela consistere, atque ab illis jugiter protegi, & custodiri. Quod quidem maximum beneficium, qui nuberent, sibi aucupari studebant, sacra Lari domestico exhibendo, ut Plautinus ille Paterfamilias *in Aulul.* Act. II. Scena VIII.

Nunc Thusculum emi, & has coronas floreas:
Hæc imponentur in foco nostro Lari,
Ut fortunas faciat gnata nuptias.

Varro quoque de *Vita populi Romani* apud Nonium cap. XII, ait, novas nuptas veteri lege Romana unum ex tribus assibus, quos ad maritum deferebant, in foco Larium familiarium ponere consuevisse, ut illum sibi conciliarent.

Instrumenta quoque, quæ Lares tenent, malleus, atque ingens secespita pertinent ad ea sacrificia, & victimarum mactationes, quæ nuptias comitabantur; de quibus integram disputationem intexui in illustrationibus picturarum Etruscarum, quo in loco manifeste probatum est gladium illum, cui Lara innititur, ad Sacrificia pertinere, & marmorum antiquitate demonstratur. Faces quoque, quas geminæ Deæ sustollunt ad illas alludunt, quæ in nuptiis præferri solebant.

TAB. XLV.

Imago pueri sedentis.

EX quo cognovimus multas ejusdem formæ imagunculas in Etruria repertas fuisse, licèt hanc unam inscriptione insignitam adhuc habeamus, jam minime dubitamus omnes votivas fuisse, & Deum aliquem puerum, puta Tagetem, Jovem infantem, Genium, Laremque repræsentare, cui ob alicujus pueri incolumi-

lumitatem hæc, & ſimilia anathemata in Templis dedicata ſint, ut præmiſimus in Diſſertatione de *Sigillis Cortonenſibus* inter cæteras ſocietatis Columbariæ. Conſtans vero in omnibus, licèt mole, & artificio diſſimilibus, hæc ſigilli forma, & diſpoſitio clare demonſtrat, extitiſſe in Etruria ſimulacrum aliquod religione maxime conſpicuum, ad cujus imaginem parvula hæc ſigna confici ſolerent.

Inſcriptionem ELEREM . ZEC. SANMV CVER ita divinando interpretarer: *Flerem* ſacrum, aut rem ſacram ſignificat: quod multis argumentis, & exemplis ſupra demonſtravi, & eo præſertim quod in Patera Nelei, & Peliæ toties enunciata, ara expreſſa ſit cum inſcriptione *Flere*, cujus vocis originem, & ſignificationem in meis Roncalienſibus ex primævæ linguæ fontibus accerſivi.

Zec fortaſſe compendium eſt vocis ΖΕΥΣ, hoc eſt, Jovis pueri, quod quidem attributum fortaſſe latitat in extrema parte inſcriptionis *Sanmu Cuer* a ΚΟΡΟΣ, unde *puer* in Latium migravit; *Sanmus* vero epithetum eſſe poteſt divinitatis, ut Sabinorum *Sancus*; niſi libeat hanc vocem deducere a ΣΑΟΣ, ſanus, incolumis, ac ſi diceretur *Sacrum Jovi pro incolumitate mei pueri*.

Vox *Saumu* iterum recurrit in Inſcriptione ſimulacri expreſſi Tab. XL. & huic voci ſubſequitur *Tenina*, *Tutinem*, quæ nomina divinitates aliquas indicare dudum ſuſpicatus ſum. De Diis *Tutano*, & *Tutilina*, de quibus Nonius alibi dicendum erit.

TAB. XLVI.

ARA ROTUNDA ANAGLYPHO OPERE INSCULPTA

Florentiæ apud Nob. della Stufa.

IMagines, quæ hunc cippum ambiunt, Etruſci Magiſtratus proceſſum repræſentant. Præcedunt Lictores. Subſequuntur IIviri togati, quorum qui in ordine primus eſt, obvium Imperatorem excipit, atque complectitur, eique veluti ob rem proſpere geſtam gratulatur. Saxum id ornat inſcriptio, quæ ſacram dedicationem importat: unde ego conjeci ſimulacrum alicujus numinis ex voto ſuſcepto illi impoſitum fuiſſe, atque dedicatum.

Quod attinet ad Lictores, duo hi nec plures ſunt. Totidem enim ſingularum Urbium Magiſtratibus, nec plures fuiſſe attributos demonſtrant aliæ Thuſcorum urnæ, in quibus ſemper bini apparent: ut Muſei Etruſci Tom. I. Tab. CLXXVIII. & Tom. III. Claſ. III. Tab. XV. & Tab. XXIII. XXVII. & XXVIII. Quæ vero de Lictorum duodenario numero a ſcriptoribus tradita ſunt, non

ad fingularium Urbium Magiftratus, fed ad communem totius gentis Regem referuntur. Sic enim fe habent Livii verba lib. I. *Romulus tum caetero habitu fe auguftiorem, tum maxime Lictoribus duodecim fumptis fecit . . . . . & ita habuiffe Etrufcos, quod ex duodecim Populis communiter creato Rege, fingulos finguli Populi lictores dederint.*

Duo vero hic obfervanda nobis occurrunt, nempe fafces, quas lictores in hoc, & aliis adductis marmoribus finiftris humeris femper imponunt, nudis bacillis conftant, ut fecuris nufquam in illis appareat. Alterum vero praecedere unum ex iis, qui praeter fafces etiam virgam dextera continet ad Populum fubmovendum, quem lictorem primum appellabant, cujus officium erat praeire, & plebem arcere.

Habitus Imperatoris idem ille eft, quo Thufcorum duces in omnibus fere marmoribus adornantur, Chlamys praecipue, quam in medio pectore bulla coercebant; at IIvirum veftis, & calcei iidem fere funt, quibus adornata obfervatur aenea illa ftatua, Perufiae effoffa, quam fupra Tab. XL. obfervavimus.

Infcriptio, quia mutila eft, difficilius explicari valet. Quae vero in ejus principio minus obfcura occurrunt, haec funt:

MI . HANA . ARNTHAR

Quibus voculis facile illius nomen indicatur, qui donarium hoc pofuit. Quod pertinet ad vocem ARNTHAR, quae in infcriptionibus fepulcralibus vel ita fimpliciter expreffa, vel aliqualiter deformata occurrit, fatis obvia eft, diu reputavi, officium militare defignaffe, nec fine ratione: hoc enim etymologia ex Graecis fontibus defumpta videbatur indicare. At fubiit mihi conjectura, nec forte inanis, dictionem hanc nomen proprium Etrufcum, illudque fatis celebre defignare, hoc eft, *Aruntem*. At gravis fuboriebatur difficultas, quod in tot tantifque infcriptionibus, in quibus vox illa occurrit, conftantiffime femper litera V praetermiffa videatur. At quid inde fequitur, Etrufcos, quorum lingua cultiffima fuit, afperam hanc vocem, & pronunciatu pene difficilem, & quam vix proferre poffis ARNTHAR fciticum quid fonans obviam habuiffe? Non equidem, fi recte fentio. Ego enim firmiffime fincopen aliquam ex communi fcribendi ufu irrepfiffe puto ob duplicem illum fonum, quem confonantes literae praefeferebant; cum enim Graeci literam P cum fingularem pronunciarent PΩ proferrent, Thufcos, quibus litera Ω ignota erat, RV dixiffe oportuit: quapropter quum ARVNTSM fcribere volebant fubaudientes in litera R vocalem V fcribebant. ARNTHAL. ARNTHAR.

ARN-

ARNTHIAL . ARNTHEV . ARTHNEI . ARNTHNISCAL . & alia hujusce modi monstra, in quibus, nisi scribentium errorem praesentiamus, longe, lateque vagabimur, remotissima quaeque in rebus obviis, & pene familiaribus speculantes.

Vox HANA, quae praecedit, Hanii nomen praefefert. Anius in Delo Rex & Sacerdos innotescit nobis ex III. *Aeneid.* v. 80, & alter Anius Aeneae filius ex Servio in eum locum. Quod superest ex mutila hac inscriptione PRACM..... LAICISLA, ob interpositam lacunam, mihi penitus incompertum est.

TAB. XLVII.

HERCULIS APOTHEOSIS,

In Vase Gualterio.

CONsueverunt Etrusci nostri magnifico quodam stilo, cum diversis vitae usibus haec vasa praepararent, heroicis fabulis, quae usui praescripto responderent, illa adornare, ut dignitas operi accesceret, & ingentia exempla ad imitationem excitarent. Itaque in vasis nuptialibus nuptias Jovis, & Junonis, Herculis, atque Hebes, & his similia depicta observamus, quemadmodum in sepulcralibus Heroum fata lacrymabilia, & in Coelum evectiones depictas intuemur.

In hoc vase, quod in usum sepulcri concinnatum esse reputamus, duo diversae historiae expressae conspiciuntur, altera in collo vasis, alia rursus in corpore. Illa ad Herculem pertinet, postrema ad Martem.

Prior, quam in praesenti Tabula intuemur, nobis proponit unum ex Herculis facinoribus, cum aeripedem cervam aureorum cornuum Dianae sacram apud Mycenas grassantem vivam caepit, & ad Euristeum adduxit, ut narrat Apollodorus lib. II. & Hyginus fab. 30. Nemo tamen eorum, qui fabulam hanc scriptis commendarunt, tradit Herculem convocata juvenum manu cervam hanc subegisse; quinimmo omnes consentiunt, ipsum solum duodecim athla confecisse; ut ab eo numero Euristeus Hydrae occisionem expungendam duxerit, quod Jolai aurigae opera adjutus Hercules fuisset.

Cum vero in hac fabulae imagine quaternos habeat adjutores, & ipse Hercules cum clava, & saxo cervam insequatur aspectu juvenili, & militari Etruscorum sagulo indutus sit, id pictoris licentiae adscribendum puto, qui, ut ingenio indulgeret, multa de suo addidit fabulae, ut venustiorem effingeret. Nec alienum puto suspicari

picari actionem aliquam comicam de Hercule, ejusque Apotheosi hic expressam esse; prout illa in theatro fuisset exhibita, quod in vasis bacchanalibus manifeste observatur, in quibus conspiciuntur animalia fabulosa currus agitantes, machinæ & apparatus theatrales, quæ ad vivum exprimunt scænicas actiones splendidissimas, nec nisi maximo sumptu exhibendas.

Et revera noster Pictor, qui Herculem adolescentem etrusco amictu adornavit, Deos domesticos, Lares, eosque viales ei comites adjunxit.

Hic notanda se offert antiquissimorum temporum simplicitas inter pugnandum, cum nullo clypeo adhibito, pallio tantum e sinistro brachio dependente, adversos ictus repellerent: ut ait Pacuvius apud Varronem *de ling. lat.* lib. IV. *Chlamyde clupeat brachium*. Hæc actio clare ostendit rotunda illa gestamina, quæ Juvenes e collo suspensa deferunt, non esse parmulas, seu clypeos, sed sacculos viatorios consuetum insigne Larium vialium. Cæterum cervam licet vivam, sagitta tamen vulneratam ad Euristeum ductam fuisse tradit laudatus Apollodorus.

Occurit vero conjectura, cujus beneficio Pictorem Thuscum ab oscitantiæ nota defendamus. Pulso ex Italia Hannibale magnum id beneficium Herculi potissimum, & Laribus ferebatur acceptum. De Laribus testimonium alibi produximus ex Propertio. De Hercule vero affirmamus auctoritate marmoris Tudertini, quod exposuimus in libris antiquitatum clarissimæ illius urbis, qui lucem jamdiu præstolantur. Credibile igitur est hujus vasis Pictorem novo huic facinori allusisse, Hannibalemque sub Cervi formam adumbrasse, quem Hercules junctis sibi Laribus confodit.

Pars obversa eundem Herculem in Deorum cœtum receptum ostendit. Primus in ordine stat Jupiter coronatus, & sceptro insignis. Proxima illi Vesta æterni ignis Aram custodit, velum capitis, ut sæpe in nummis, attollens, dextera manu sacras vittas preferens: Succedit Hebe pateram ambrosiæ novo Deo offerens. Proxima illi stat Luna cum face, & hamula.

Dein Hercules alato curru invehitur; Ovidius Romanam Majestatem sequutus aliter in Cœlum raptum describit *Metamorph.* IX.

Quem Pater omnipotens inter cava nubila raptum
Quadrijugo curru radiantibus intulit Astris.

Ejus aspectus, ut diximus, novam juventutem spirat, nec quidquam habet antiqui terroris. Audiamus eundem Poetam,

Inte-

Interea quodcumque fuit populabile flammæ
Mulciber abstulerat, nec cognoscenda remansit
Herculis effigies, nec quidquam ab imagine ductum
Matris habet, tantumque Jovis vestigia servat.

Ille clavam sinistrâ attollit, & pateram insigne divinitatis dexterâ. Ceres currum subsequitur; hanc Deus Hebon de more barbatus, & palliatus, & Dea Libera cum patera pompam claudit.

Unum restat expendendum symbolum duorum draconum, qui currui subjecti sunt. Multiplex vero hujus attributi ratio fuit, quarum prima, quod Genium repræsentaret.

Genium, inquam, a quo animas in Cœlum deduci reputabant. Fuit præterea serpens æternitatis symbolum, & signum consecrationis animarum, cum veteri spolio excusso quodammodo alterius vitæ sortem assequatur. Ita præcitatus Ovidius Herculem Oeteis flammis resolutum, & aspirantem in Cœlum draconi assimilat.

Utque novus serpens posita cum pelle senecta,
Luxuriare solet, squammaque nitere recenti:
Sic ubi mortales Tyrinthius exuit artus,
Parte sui meliore viget . . . .

Conveniebant præterea Herculi in Cœlum ascendenti dracones gemini veluti victoriæ trophea ob Hesperidum custodem, & Hydram confectam. Denique draco locum designat, in quo clarorum virorum animæ collocari putabantur. Nam in arctoa plaga sinuosis vorticibus geminos Triones complectitur, ut notat Higinus *de Stellis* lib. III. cap. 1., qui locus Heroibus assignatus erat; ùt sæpe indicavimus in notis ad gemmas astriferas, & in opusculo de Transvectione animarum, quod in causa fuit, ut in basi columnæ Antoninæ, in qua Imperator, & Faustina in Cœlum efferuntur, draco ingens expressus sit.

TAB. XLVIII.

Ejusdem Vasis.

INferior linea fabulam continet, & ipsam feralem ex rebus ad Trojam gestis arcessitam. Pugnat Mars adversus Diomedem, atque Minervam, quæ ingenti clypeo, in quo serpens depictus est, sese protegit. Tradit enim Homerus *Iliad.* Z. Palladem Diomedi sese junxisse, atque una simul adversum Martem dimicasse:

Prius

Prius Mars jaculatus est super jugum habenasque equorum
Hasta area cupiens animam perdere.
Et hanc manu accipiens Dea cæsis oculis Minerva
Summovit a curru, ut incassum adigeretur.
Secundo autem impetum faciebat in bello fortis Diomedes
Hasta area: adegit autem Pallas Minerva
Infimum in ventrem, ubi cingebatur balteo,
In parte ipsum vulneravit assequutus cutemque pulchram dilaceravit:
At Hastam extraxit rursus.

Marti a tergo affistit victoria, quam ejus filiam appellat Homericus Hymnus in Martem.

Mars perrobuste currus degravans aurea galea
Victoria felicis Pater auxiliator justitiæ.

Ejus vero armiger, seu auriga post victoriam intorquet lanceam.

Senex regio habitu indutus, & sceptro ornatus forte Priamus pugnæ spectator adest, quæ pro Urbis suæ incolumitate agitur. Dexteram autem admiranti similis attollit Martem vulneratum, atque vociferantem exaudiens.

Quantum novies mille, vel decem mille clamant.

At intueamur Etrusci Pictoris miram industriam, atque Homericis libris uniformitatem, ut minime jam dubitemus, cùm hæc vasa depicta fuit, illos præ omnium manibus extitisse. Et Mars, & Diomedes patente vultu bellum committunt. Sola Minerva latis bucculis demissis, vixque patentibus oculis vultum tegit. Nempe ita pictor Homericis carminibus obsequutus est, qui hæc habet:

. . . . sed Minerva
Induit Orci galeam, ne ipsam videret potens Mars.

Hæc vero Orci galea celebratissima in fabulis fuit, putabant enim illam invisibiles reddere, qui ea uterentur. Quapropter etiam Perseo in Gorgonas contendenti, Orci galeam attribuunt, ut inde in proverbium abierit.

Dracones in clypeis libentissime Etrusci addiderunt, ut eorum picturæ ostendunt; sed etiam in Græcorum clypeis, & thoracibus frequenter insculptos audimus, præsertim vero in illo Agamemnonis.

Pars

Pars obversa eundem Martem repræsentat, qui vulneratus ex ejus quadriga descendens, ad Jovis solium sese confert, graviter dolens hanc sibi injuriam illatam. At Jupiter illum primum objurgans, deinde commiseratus, ad Pæonem curandum remisit. Sic enim factum ab Homero recensetur:

Celeriter autem venit Deorum in sedem altum Olympum:
Apud autem Jovem Saturnidem, sedit animo mærens,
Ostendit autem immortalem sanguinem defluentem ex vulnere,
Et lugens verbis velocibus secum allocutus est:
Jupiter Pater, non indignaris videns hae violenta facinora.

Et post aliqua:

Hunc autem torve intuitus allocutus est Nubicogus Jupiter
Ne mihi o varie assidens lamentare.

Et rursus:

Sed neutiquam te amplius patiar dolores habere:
Ex me enim genus es, mihi autem te genuit Mater.
Sic dixit, & Paonem jussit curare illum.
Huic autem Paon dolorem, lenientia medicamenta inspergens,
Sanavit, nequaquam enim mortalis erat.

Jovem recognoscere non dubito in sene illo, qui aræ insidet, sceptro condecoratus. Mars galea detracta de injuria cum Jove conqueritur. Ille elata manu Pæonem Medicum, a quo medeatur, indicat.

Ille demum in suis ædibus sedet longæva specie, & Martem advenientem benigne suscipit, atque complectitur. Circumstant vero quadrigam Martis gemini ejus comites, sive potius Filii, ex iis, quos enumerat Hyginus fabula CLIX.

TAB. XLIX.

BACCHANALIA

In Vase Musei Medicei.

Exhibet pictura in ventre vasis disposita Bacchanalem pompam eo modo, quo ab initiatis repræsentari solebat. Præcedit Mercurius larvatus, qui Thusca talaria induit. De hoc symbolo multa produci possent exempla ex penu vasculario, in quo sub hac specie larvatus sæpe in scenam procedit, & bac-
cha-

chanalibus intermiscetur. Circa quod præmitti oportet illum, tanquam Deorum omnium nuncium pompis omnibus, atque initiis jure suo interesse potuisse. Hinc Apulejus *Metamorph.* lib. xi. inter anteludia Isiacæ pompæ Mercurium etiam describit: *Nec mora, quum Dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt. Hic horrendus ille superum commeator, & inferum nunc atra, nunc aurea facie sublimis, attollens canis cervices arduas, læva caduceum gerens, dextera palmam virentem quatiens.* Hic noster obvolutum brachiis sacrum linteum ostentat, cujus in Bacchicis picturis, imo & in omnibus sacris tam frequens usus est. Sequuntur geminæ sacerdotes coronatæ, quarum una ex vite, quam Bacchus longissimam gestat, uvæ racemum carpit. Bacchus medius, sive ejus sacerdos hircina barba deformatus in Hebonem tunicatus, & paludatus incedit pampineo redimiculo coronatus. Succedunt & aliæ geminæ sacerdotes, quorum habitus præcedentibus omnibus respondet, nisi quod primæ coronatæ sunt, hæc vero capite nudo procedunt. Diximus in præcedentibus notis, atque auctoritate Livii probavimus, sacra hæc primo ad fœminas tantum pertinuisse: quapropter minime mirandum est, si duo hic earum paria videamus, imo, ni valde fallor, prolixiorem numerum videremus, si picturæ angustia pompam integram admisisset; sed inter has fœminas id discrimen observandum est, quo gradus differentia designatur: nam quodam veluti progressu pro fidei merito, & scientia sacrorum, longoque illorum usu de gradu in gradum provehebantur; ut enim constat ex Divo Clemente Alexandrino *Stromat.* lib. iv. cap. v. Primo, *purificatio* sumebatur, nempe expiatio quædam, & præparatio ad rem Divinam faciendam. Hinc ad *parva Mysteria* ascendebatur, quibus ad majora initiati sese præparabant, & tunc *mystæ* & *ephori*, sive jurati dicebantur ob sacramentum illud, quo se ad Arcana reticenda obstringebant. Dein ad tertium gradum ascensus erat, quo *majora mysteria* participabantur. Tunc vero nihil amplius remanebat, nisi *contemplari*, & *mente comprehendere*, ut verbis utar prælaudati Doctoris. Intercedebant vero inter utrumque gradum quædam temporis intervalla, quibus quisque probaretur, & ad minimum quinquennium interfuit, inter primum, atque postremum, ut colligitur ex Tertulliani libro *adversus Valentinianos*. Hæ igitur differentiæ facile designabantur diversitate symbolorum, præcipue vero corona, quam nonnisi probatissimis attributam fuisse suspicamur. Tandem claudit pompam senex alter barbatus, nulla pariter corona redimitus.

Hic nobis duo observanda sese offerunt, nempe vestes omnium, qui pompæ intersunt, maculis distinctas apparere, quarum simi-

similitudine Cœli stellas imitari sese jactabant, ut inter animalium pelles maxime Tigridem, hac de causa probaverint. Diodorus Siculus lib. I. *Nonnulli ideo Nebride Bacchum amictum esse dicunt, ut astrorum varietas significetur.* Alterum, quod nobis notandum occurrit, est, Thuscos omnia fere vitæ munia palliatos obiisse, sed dextero brachio penitus exerto, ut liberum ab omni vestium impedimento, officiis omnibus præsto esset. Cùm vero sacris interessent, pallium, quod cæteroquin sub eodem brachio circa femur recurrebat, supra humerum reducebant, ut toto corpore velato, opera religionis obirent, quod & majori obsequio, & majestati simul referebatur. Tales igitur intuemur, qui in hac, & cæteris picturis rem divinam peragunt.

In superiore linea, quæ collum vasis exornat, Bacchi Antistes currum conscendit. Bacchæ geminæ coronatæ, & Fauni de more ornati circumstant; quorum primæ consueto linteo decorantur. Frequens est hic typus in Bacchanalibus, ex quo facile colligimus, in iisdem pompis, seu Bacchicis processibus, ut illi Augustiores redderentur, consuevisse supremos Antistites, qui Liberum, & Liberam personati repræsentabant, currum conscendere. Aliquando Bacchus equo insidens ovanti similis incedit. Hoc autem decus in iisdem pompis additum est propter triumphum de subactis Indis gestum, cujus elegantissimam imaginem in *Thesauro Vasculario* observabimus.

TAB. L. num. I. *TAB. LI. n.* I. & 2.
TAB. LII. n. I. & 2.

MILITUM PUGNA AD ARAM
In Etruscorum Urnis expressa.

IN Etruscorum Ossuariis, quæ præsertim Perusiæ & Volaterris effossa sunt, sæpissime occurrit videre milites simul decertantes; quorum unus genu super aram coronatam insistit, veluti pro aris, & focis dimicans, de quibus multi multa erudite porro, & eleganter tradiderunt. Fuere in primis, qui hæc non certamina esse reputaverint, sed illa constantiæ experimenta, quæ per umbratiles pugnas exercebantur ab iis, qui Deo Mithræ Persicis institutis initiarentur; sed maxima mihi obrepsit difficultas, an Etrusci nostri hæc sacra cognoverint; quanquam enim non dubitem Eleusinia, Cabiria, Sabazia, & alia religionum portenta excepisse: hæc tamen facili negotio ex frequenti Græcorum

commercio, imo & sanguinis derivatione veluti quandam animi luem contrahere potuerunt. Quo tamen pacto Persica mysteria, tanto marium, terrarumque intervallo dissita, nulloque inter populos commercio intercedente, attingere potuerint, equidem non assequor. Accedit altissimum scriptorum veterum silentium de hisce mysteriis, quum primus omnium, quod viderim, Plutarchus de illis mentionem fecerit, atque ut adhuc peregrina indicaverit. Quapropter video eruditos omnes consentire, non ante Commodi Imperatoris tempora in Italiam pervenisse. Constat enim ex hujus religionis instituto, omnes, qui hisce sacris initiarentur, Tabulam votivam sacris Mithriacis ornatam insculpi curasse, qua susceptorum a se mysteriorum monumentum perennarent, quæ quidem Romæ frequentes sunt, neque illæ ea tempora antecedunt. Quapropter ad alios fontes recurrendum est, ut Urnarum hujuscemodi significationem assequamur. Ego quidem vel Græcas historias, vel Italica sacra requirenda in his esse puto. Dubitavi aliquando, an truculenta cæremonia regis Nemorensis in hisce marmoribus celaretur, per quam constitutus quotannis certo die Dianæ Aricinæ sacerdos, cogebatur contra competitorem decertare; victor vero sacerdotium capessebat, & Rex Nemorensis nuncupabatur. Quod quidem tristissimum sacrum peculiari Dissertatione alias explicavi ad ornatum gemmæ Musei mei, idem sacrum referentis.

In hisce vero quatuor Monumentis sedulo examinatis aliquam aliam historiam contineri mihi visum est; nec enim unus est, qui singulari certamine, ut Rex Nemorensis, pro foco contendat, Sed gemini, qui constanti consensu contra plures simul irruentes uno impetu dimicant. Igitur mihi videbatur videre Diomedem, atque Ulyssem, qui Græco more armatura, & clypeo contecti, furtivo accessu Templum Palladis Trojanæ adorti, & custodibus cæsis, fatale Palladium abstulerunt. Sic enim Virgilius *Æneid.* II. vers. 163.

. . . . impius ex quo
Tydides, sed enim scelerumque inventor Ulysses
Fatale aggressi sacrato avellere templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis
Virgineas ausi Divæ contingere vittas,

Inter cæteros vero Alcatheum, qui in hisce Marmoribus semper humi stratus conspicitur, interemerunt juxta Q. Smirneum *Paralipom.* x.

Ut

Ut denique ejus instinctu robusti Tydei Filius,
Comitante Ulysse, super ardua irrumpens mœnia
Flebilem allaturus sit interitum Alcatheo,
Ubi sapientis Minervæ simulacrum non invitum astraxerit;
Quod monumentum Urbis, & ipsorum erat Trojanorum.

Quod ut evidentius fiat, intueamur eorum omnium, qui geminos adoriuntur, armaturam, & vestes, illosque ut plurimum, & tunicis, & pileo phrygio instructos observabimus, & praeterea peltis armatos esse, quibus usos fuisse Trojanos ex plurimis conjecturis apparet, inter quas, ut caeteras mittamus, domesticum exemplum producere possumus antiquæ Tabellæ *Iliacæ* fictilis fragmenta elegantissimi artificis manum testantia, nuper Româ ad nos delata, in quibus Trojani, pileo Patrio tecti, & peltis armati præliantur. Hinc Æneas apud Virgilium *Æneid.* II. 389, ut Græcos noctu græco habitu deciperet, inquit:

Mutemus Clypeos, Danaumque insignia nobis
Aptemus . . . .

Et deinde Androgei galeam comantem capiti imposuit: nam illa Troes non utebantur.

Inscriptiones, quia mutilæ, quia perperam exceptæ, nec sensum reddunt, nec sonum.

1. VE . VI . . . I . . . AL . . THERMIA
2. THANILAI
3. LAI THI . . . . VLSNIVIATAIESCNPA.
4. LA . . . . ANI . . . CAF . . . . . . M.
5. SETI . VESI VEVMAL SEHTMNAI.

De his consultius puto nihil proferre, quam in incerto hariolari, donec marmora a peritiore amanuense ad examen revocentur.

TAB. LIII. n. 1. & 2.

ET

TAB. LXXXVI.

Eteocles, & Polynices mutuis vulneribus concidentes.

FUerunt quam plurimi docti viri, qui circa hujus studii initia nihil in Etruscis Monumentis, nisi Etruriam ipsam indagandam esse reputantes, hæc & alia certamina gladiatoribus Thuscis attribuerint, quorum usus in funeribus, quum frequentissimus haberetur, nihil magis consentaneum reputabant, quam illorum imaginem in Urnis mortuorum fuisse expressam. Mihi vero vel primo obtutu maximam obiciebat difficultatem ipse decertantium habitus, & armatura non modo penitus græcanica, verum & Heroum propria, neque a gladiatorum grege unquam usurpata, qui vel nudi decertabant, vel armis longe ab his differentibus. Sed diligentius intuenti mihi hanc historiæ imaginem, citra dubium omne depræhendi Eteoclis, & Polynicis fata repræsentare, qui mortuo Patre Oedipo convenerant, ut alternis annis imperarent. Sed cum Eteocles pactis non staret, bello a Polynice indicto, post varia discrimina ambo fratres singulari certamine mutuis confecti vulneribus periere. Factum recensetur ab Hygino cap. LXVIII. rursus vero a Statio *Tebaid.* IX. cujus enarratio huic anaglypho comentarii loco subiici potest, adeo sibi invicem respondent. Primum ille inducit Tisiphonem, atque Megæram, quæ fratres invicem concitandos, atque incendendos suscipiunt.

> *Nec jam opus est Furiis tantum mirantur, & adstant*
> *Laudantes, hominumque dolent plus posse furores.*

Describitur deinde utriusque congressum tam conformem anaglypho huic nostro, ut illud graphice exposuisse videatur:

> *. . . . . sandem irruit Exul*
> *Hortatusque manum, cui fortior ira nefasque*
> *Justius alte ensem germani in corpore pressit,*
> *Qua male jam plumis imus tegit inguina thorax,*
> *Ille dolens nondum, sed ferri frigore primo*
> *Territus in clypeum turbatus colligit artus.*

Interim Eteocles vulneratus circa inguina, alio vulnere in pectus inflicto, Polynicem transfodit.

TAB. .... vi-

. . . . vitaque labantis
Reliquias tenues odio supplevit & ensem,
Jam latus fratris sub corde reliquit.
. . . . nec plura locutus
Concidit, & totis fratrem gravis obruit armis.

Etiam Pausanias id factum in Arca Cypseli insculptum his verbis describit : *Jam vero Polynicem Oedipi Filium in genu collapsum, frater Eteocles urget :* quæ verba adeo consonant cum nostris hisce monumentis, ut hæc anaglypha ex eodem exemplari traducta esse videantur.

Putant aliqui, Virgines illas hinc inde circa urnæ latera dispositas, Furias esse. Nam illarum antiquior imago nihil horroris præseferebat. Ait enim Pausanias lib. I. Eschilum omnium primum fuisse, qui illis serpentinos crines indiderit : *Nihil tamen vel harum, vel caeterorum, quæ illic posita sunt, inferorum Numinum simulacra, quidquam horribile praeseferunt :* Faces præterea sustinent, fratresque adstantes extenta manu videntur ad necem concitate, quæ forma optime respondet Statianæ descriptioni :

. . . . mirantur, & adstant.

At ne tam facile hisce similitudinibus assentiamur, monent nos in primis cætera monumenta, in quibus nihil truce, & dignum Furiis exprimitur, præsertim, in quibus conjugalis concordia repræsentatur: & tamen hæc Numina similibus instructa facibus in illis expressa sunt; quapropter hæc urnarum parerga non ad historias pertinent, sed ad communem quandam religionem. Quo nomine Deæ istæ ab Etruscis vocarentur, minime constat. Quapropter vulgari quodam vocabulo, præsertim cum alatæ appareant, Genias appellavi. Si repuremus illorum officium fuisse versarum circa mortuorum animas in suas sedes deducendas, recte intelligemus, æqua ratione fuisse additas, & truculentis, & pacatis Historiis; quicumque enim ii essent, quorum acta recensebantur, eidem legi subjecti erant. Fuisse vero quasdam potestates, quorum munus esset animas ad loca debita traducere, refert Servius in illud Virgilii in VI. Æneid.

Dii quibus Imperium est animarum, umbraque silentes.

Ubi hæc Grammaticus : *dicunt per alios animas ad inferos duci, ut, hac animas ille evocat Orco, pallentes alias sub tartara tristia mittit.* Hinc circa finem libri IV. inducit Poeta Junonem, quæ Didonem miserata ad ejus animam sulcipiendam Iridem mittit.

Plato

Plato in Fædone censuit id munus Genio incumbere : *Ferunt enim, quemlibet binc illuc emigrantem ab eo Damone, quem vivens sortitus fuerat, in locum quemdam duci, ubi oporteat omnes una collectos judicari, ac deinde ad inferos proficisci eo duce, cui mandatum erat, ut hinc decedentes, ad ea loca traduceret* . At paulo post non unum fuisse Numen, cui id officii demandatum esset, sed duo clare testatur, ut unius officium sit animas deducere, alterius vero reducere, & ad alias sedes transferre : *Sortitos vero illic, quæ oportebat sortiri, tempusque debitum commoratus, ab alio quodam duce rursus huc reduci . . . . Qui vero puram moderatamque transegerit vitam, Deos socios Ducesque nactus, ibi habitat, uti unicuique convenit* . Hanc Ethnicorum traditionem etiam Arnobius scriptis suis testatus est his verbis lib. II. *Quid illi sibi volunt secretarum artium ritus, quibus adsamini nescio quas potestates, ut sint vobis placidæ, neque ad sedes remeantibus patrias obstacula oppositionis opponant* : Has igitur potestates, sive duo sive plures fuerint, quorum nomina veteres reticuerunt, fuisse puto, quas Thusci propriam mithologiam sequuti, sub Virginea specie figurarunt : illis tamen, quia ferales Deæ essent, feralia symbola adjunxerunt, nam frequentissime faces attollunt, tædas nempe, quibus veteres in funeribus deducendis utebantur. Hinc Virgilius Pallantis funus describens ait :

. . . . lucet via longo
Ordine flammarum . . . .

Præterea nudo pectore expressæ sunt, sumpto ab Ægyptiis fœminis instituto, quæ in Regum funeribus sub mammas tantum præcinctæ, nudo pectore lamentabantur. Audiamus Diodorum Siculum lib. II. *Quum quis Regum decessit e vita, Ægyptii omnes mortem communi mæstitia lugent, vestes lacerant, ac sindone subtus mammas cincti, una viri, mulieresque ducenti fermè, & trecenti circumambulant bis in die* . Hunc morem stetisse etiam Græcis, colligitur ex Statio in XI. *Thebaidos*, ubi Thebanas matres inducit nudo pectore lessum facientes de Eteoclis, & Polynices fato, quod in hisce urnis expressum vidimus.

Cuncta madent lacrymis, & ab omni plangitur arce.
Hinc questi vixisse senes, hinc pectore nudo
Stant matres, parvosque vetant attendere natos.

Sed non modo pectus fœminæ denudabant, sed lac ex uberibus exprimebant. Ita Servius in v. *Æneid.* vers. 78. *Umbra sanguine, & lacte satiantur : unde fœminæ, quæ mortuos prosequuntur, ubera tundunt, & lac exprimunt.* Mul-

Multa quoque de Sacrificiorum inſtrumentis, quæ maxime in funeribus adhibebantur, ipsis attribuuntur, quippe quia maximam in illis partem hæ Deæ obtinebant. Hinc ſecures, mallei, & dolabra, & grandes rhomphææ retrorſum lunato acumine præmunitæ, quales in Taurobolicis marmoribus obſervamus, & in nummo Larinenſium apud Arigonium, cujus maximus uſus eſſe potuit in majorum victimarum artubus diſſecandis. Rurſus in Urna Tuderte altera ex his Deabus ſeceſpitam e cingulo educit, qua in victimis jugulandis utebantur. Omnia igitur ſymbola eo collimant, ut in his nihil furiale, ſed omnia religioſa eſſe cognoſcamus.

Inſcriptio primæ Urnæ Tab. LIII. hæc continet.

THI . TVTNVI . LTH . . . . KKLLVM .

Supplenda prima vox *Larthi*. At nomen *Tutnui* forte detortum ex alio *Tutniti*, quam gentem apud Peruſinos celebrem declarant Etruſca Monumenta, quæ in *Acheruntico* cap. XV. illuſtravi. Nota ſubſequens L T H iterum *Larthem* contracte indicat. Vox poſtrema, quæ nihili eſt, vel *Aullum*, ſeu potius *Callum* indicat, quaſi ſenſus ſit *Larthi Tutinio*, ſeu *Tutnio Larthis Tutnis Calli filio*. Conſonum huic eſt nomen CALLVNTLA, de quo ſupra ad Tab. XXIII. Huic poſtremo cognomini aliud *Galeriti* affine eſt, quo prædıtus fuerat Lucumon ille, qui ſuppetias Romulo tulit, de quo Propertius.

Prima Galeritus poſuit prætoria Lycmon.

Alterius Urnæ Tab. LXXXVI. expreſſæ, inſcriptio hæc eſt:

THANA . TIRTINIA . CAIMLINIS . A.

Qua nihil manifeſtius eſſe poteſt, ſi recogitemus *Caimlinium* ejus fuiſſe virum, cujus eſt Urnula ſimul defoſſa, & Tab. LXXXVII. delineatæ. Sigla A. *Aliſa*, hoc eſt, bonæ memoriæ ſignificat: ut me in *Roncalienſibus* oſtendiſſe puto, in quibus plura etiam de utraque gente *Caimlinia*, & *Tirtinia* adduximus Monumenta. Urnæ hæ fictiles ectypo opere efformatæ ſatis obviæ hac noſtra ætate ſunt, præſertim in agro Peruſino.

TAB.

TAB. LIV. n. 1. & 2.

HEROS HECHETLEUS

In Urnis fictilibus.

SUB hoc typo nihil fere Majores nostri subintelligere sibi visi sunt, nisi forte genus aliquod ludi gladiatorii, in quo vir rusticano habitu aratrum integrum teli loco agens in armatos una obvios irrueret. Cum vero nihil tale in historiis legamus, & habitus armatorum milites potius, quam gladiatores designet, aliud præseferre credendum est. Mihi typum hunc præ oculis habenti, occurrit egregius Pausaniæ locus *in Atticis*, ubi situm describens, in quo Maratonium bellum, nulla unquam ætate obliterandum, gestum fuit inter prodigia, quæ contra Persas Græcorum partes adjuverunt, hoc maxime enumerat: *Commemorant etiam Virum quemdam in pugna adstitisse ore, atque armatura genere rustico similem. Hunc, multis barbaris aratro interfectis, amplius cerni non potuisse. Sed consulentibus Atheniensibus, nihil aliud respondit Oraculum, nisi ut Hechetleum Heroem colerent.* Hujus vero Herois nulla alibi mentio mihi occurrit: est autem nomen ab officio inditum: nam EXETAEIΩ *arare* sonat, unde EXETAE *aratri stiva* est. Aratri vero genus, quo Heros iste utitur, illud idem est, quod describit Plinius lib. XVIII. cap. XVIII. *Vomerum plura genera. Alterum genus est vulgare rostrati vectis, fortasse & antiquior.* Bellum vero Maratonium, quum comuniter referatur ad annum ab Orbe condito 3518. & ante Christi adventum 488. Urbis Conditæ 264. clare ostendit, hæc Monumenta non modo non esse antiquiora, verum & facillime multo recentiora, quod etiam innuimus supra ad Tabulam XXV.

Inscriptio prima:

LTH RV . . . ITNA . . . . FRVMNAL

Cum interpolata videatur; vix aliquid certi inde colligi potest. De postrema vero voce aliquid indicabimus ad Tab. LXXXI. n. 1.

Hic obiter notatum volo, quod geminæ urnæ in hac Tabula expressæ, & quotquot ejusmodi occurrunt fictiles sunt, & ex una eademque forma eductæ. Itaque si ulla differentia inter illas intercedit, ea tribuenda est vel urnulæ labefactatæ vitio, vel recentis pictoris imperitiæ & oscitantiæ. Hinc factum est, ut forma gladiorum inconstans sit, in quorum differentiis haud erit immorandum.

TAB.

TAB. LV. & LXXXVII.

Heroes Cadmei.

Iterum cogimur adire Thebas fabularum fontem ubertimum, & sedem tragœdiarum ad hæc anaglypha explicanda, quam luctuosissimam orbis terrarum partem celebrandam sibi proposuit Thuscus ille Figulus sigillator, qui argillaceas hasce urnulas apud Perusinos efformavit. Et revera collatis simul ectypis hisce cinerariis cum superioribus, quæ in Tabula LIII. observavimus, manifeste liquet, sphragismata isthæc ejusdem artificis opus esse, elegans oppido, & naturæ maxime expressivum, & cultissimæ ætatis nitorem spirans.

Ubi primum anaglypha hæc in lucem prodiere, nihil aliud in illis contineri visum est, nisi pugnas Etruscorum Gladiatorum; Nondum quippe deprehensum fuerat Etruscos nostros sculpturæ argumenta ex heroicis temporibus accersisse ad majestatem marmori, atque argillæ patriæ conciliandam; maximam enim auctoritatem græcis fabulis tribuerunt, quæ Deos, ut ita dicam, hominibus consociabant; in quo maxime elucet antiquæ nationis nostræ cultura, atque elegantia, cujus ingenia præter sapientiam patriam maxime colerent, & peregrinam.

Cum igitur innotuerit ampliorem campum patere nobis unde Etruscorum monumentorum significationem peteremus, decidit opinio de Gladiatoribus hic expressis; & revera quando nam impari numero commissi sunt, aut quini depugnarunt, recensentibus semper scriptoribus, & nobis objicientibus *Paria Gladiatorum?* Manifestius hic deprehendo fabulam *Spartorum*, qui ex serpentis dentibus a Cadmo Terræ demandatis mirabiliter armati prodierunt, qui repentino impetu sese invicem armis adorti mutuis vulneribus omnes interierunt, quinque tantum exceptis, qui in hoc anaglypho expressi observantur. Hi vero communi nomine a Scriptoribus *Sparti* appellantur a ΣΠΑΡΤΟΣ *Satus*, quia ex satione dentium exorti sunt. Fabulam hanc tetigit Virgilius *Georgic.* II. ubi nihil tale natum unquam in Italia nostra testatus est:

Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Invertere, satis immanis dentibus Hydri;
Nec galeis densisque virum seges horruit hastis.

Ubi Servius refert ejusdem serpentis dentes partim a Cadmo in Beotia satos, partim vero ab Aceta in Cholchide; Pari ubique labo-

laboris exitu. Campum vero, unde seges ista erupit, prope Thebarum portas fuisse, dicit in *Baoticis* Pausanias : *Non longe a portis.... monstrant campum, in quo occisi a Cadmo, ad vicinum fontem Draconis dentium facta semente, si fabula est fides habenda, terra homines edidit*. Ex his vero repentinis bellatoribus unus Echion dejectis armis, mortem evasit, cujus exemplum deinde quaterni imitati, non modo incolumes servati sunt, sed illos adjutores adhibuit Cadmus in fundatione Thebarum. Sic Ovidius *Metam.* lib. III.

Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres.
Jamque brevis spatium vitæ sortita juventus
Sanguineam tepido plangebant pectore Matrem;
Quinque superstitibus, quorum fuit unus Echion
Is sua jecit humi monitu Tritonidis arma;
Fraternæque fidem pacis petiitque deditque.
Hos operis comites habuit Sydonius hospes
Cum posuit jussam Phœbeis sortibus Urbem.

Hyginus vero Fabula CLXXVIII. omnium nomina præservavit : *Ex his quinque superfuerunt, idest Chtonius, Udaeus, Iperenor, Pelorus, & Echion.*

Inscriptio primæ:

THANIA : IVMPLIV . CAINIS . A . . .

nomen Fœminæ sepultæ designat *Jumpleam*, sive potius *Pumpliam*, aut *Pumpiliam* Cainis Uxorem.

Posterioris vero inscriptio habet:

LARTH . CAIMLINI . AVLEM . VETN . ALISA.

Cujus sensus per se patet, si subintelligamus defunctum *Caimlinium* Auli Caimlini Vetnii, sive Vetunii fuisse Filium.

Antequam ad alia progrediamur suspicionem meam, quæcumque ea sit, hic proferre censui. Nemo non videt, Etruscos ex duobus potissime fontibus fabulas arcessisse; ex *Iliade*, cum subsequente *Odyssea*, & præterea ex *Thebaide*. Non quidem Statiana, quæ conclamata jam veteri Etruria, ejusque lingua eliminata, in lucem prodiit. Hinc ego semper suspicatus sum extitisse olim, & circumiisse per manus Etruscorum, quemadmodum Homerica volumina, aliud quodpiam rerum Thebanarum poema nobis subtractum, & fortasse a Statio expilatum, cum tantam videam conformitatem cum antiquioribus hisce anaglyphis, & descriptione Statiana.

TAB.

TAB. LVI. LVII. LVIII. LIX. LX. LXI.

Nummi Etruscorum.

MOnumentis hactenus illustratis, quæ plerunque auctoritas privata concinnavit, succedit omnium nobilissimum, nempe res nummaria Etruscorum, quæ indubitata singulorum populorum vestigia, nomina atque insignia æri signata nobis exponit. At tale, ac tantum argumentum brevibus notis includi non poterat; unde satius duximus integra tractatione, quæ hæc commentaria subsequetur, de illo agere.

TAB. LXII. & LXIII.

FESTA NATALITIA

In Vase Medicæo.

IN speciosissima hac pictura nihil deprehendo, nisi magnum Deorum apparatum, qui ad Natalem diem celebrandum in puerperæ domum conveniunt, inter quos aliqui satis ambigui, de quibus nihil certi afferemus.

Prima occurrit in superiore linea Dea stolata, forte *Cunina*, quæ puerilem cunam ad ejus pedes stantem custodit. Hanc ipsam cunam de more offerunt diis Matresfamilias in plurimis aliis Etruscorum picturis, quas aliquando proferemus. Hujus Deæ meminit Lactant. Firm. *De falsa Relig.* lib. 1. 20. *Et Cunina, quæ infantes tuetur, & fascinum submovet.* Et Non. *Hisce Manibus lacte fit non vino, Cunina propter cunas.*

Evolat e cuna Deus Natalis, sive Genius, qui in letitiæ signum citharam attollit: illi enim maximus honor tunc adhiberi solebat. Tibull. II. 2.

Dicamus bona verba. Venit Natalis ad aras:
Quisquis ades lingua vir, mulierque fave
Urantur pia thura focis, urantur odores,
Quos tener a terra divite mittit Arabs.
Ipse suos Genius adsit visurus honores &c.

Et Lib. IV. Eleg. IV.

At tu, Natalis quoniam Deus omnia sentis,
Annue. . . . .

 Suc-

Succedit Dea citharam pulsans, cui respondet altera tibiis canens, illa fortasse Matrisfamilias Geniam refert, hæc unam e Musis.

Seminuda pone sellam stat altera ex Deabus, quæ elata manu aliquid profari, seu canere videtur, virgæ innixa. Fortasse Thaliam repræsentat, in qua histriones ferulâ utebantur.

Sedet in sella Natalis Juno sceptro insignita, ac coronata, contra quam e pariete divinitatis suæ indicium pendet alia corona votiva. Ipsam vero hoc cognomine nuncupatam passim invenimus apud scriptores, & præsertim Tibullum lib. III.

Natalis Juno Sanctos cape thuris acervos,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.

In ipsa vero notatu digna est cultura capillorum, qui soluti per terga diffluunt. Idipsum videas in multis Dearum Etruscarum simulacris in *Mus. Etrusc.*, in nostro, in *Oliveriano*, & passim in aliis, cujus rei potissima ratio assignatur; quod cum mulieres Sacris aliquibus operantes capillos solverent, & diffunderent, placuit Deas eodem cultu capitis exprimere, quo significarent, quomodo vellent, per mortales vota concipi, ac solvi, ut demonstravimus in notis *ad Lucern.* lib. I. Matronas vero supplicare fusis crinibus consuevisse liquet ex eodem Tibull. l. I. Eleg. 3.

Bisque die resoluta comas tibi dicere laudes
Insignis turba debeat in Pharia.

Et Ovid. Fast. IV.

Summissoque genu, vultus in imagine Divæ
Figit, & hos edit crine jacente sonos.

Quin & de Puerperis post partum supplicantibus idem alicubi me legisse memini. Nil igitur mirandum, si Natalis Deæ simulacrum fusis crinibus hîc repræsentatur.

Pars postica ejusdem lineæ geminos juvenes armatos, ac tela jacientes repræsentat, quos Lares esse puto, qui adversus malignos & natalibus infensos Deos domum custodiunt. Hi pares ætate, ac cultu sæpissime armati repræsentabantur; uti constabit ex copiosissima Etruscorum Vasculorum collectione, in quibus sæpissime recurrunt, & Lari domestico ut plurimum togato copulantur. Sic pares cultu, ætate, atque armatura gemini Lares cum geminis Dioscuris expressi sunt in antiqua patera, cujus imaginem cum cæte-

cæteris a se collectis eruditissime illustratam a Cl. Blancanio Cymeliarchii Bononiensis custode, & græcarum literarum professore publici juris fieri vehementer exoptamus.

Deæ tres succedunt stantes; prima cum cithara, quæ Laribus aliquid manu imperitat, forte Lara, sive Larunda. Media, quæ sellam sibi assignatam custodit, mihi Vesta est, quæ per singulas domos religiosissime custodiebatur, & sedens effigiari solebat. Assurgit vero veluti commota periculo, dum domui, cui præest, incursus imminet maligni Numinis, & puerperis infestissimi.

Ultima nullis designanda indiciis aliqua forte est ex illarum cœtu, quæ puerperis præerant Mena, Pertunda, Latona, Egeria, Lucina, Prosa, Postverta, Statina, & aliæ, quas videre est apud D. Augustinum de *Civ. Dei*, & Tertullianum de *Anima*: quarum quidem nomina & officia intelligimus, non vero symbola, quibus illarum imagines seligamus.

Inferior linea virum hasta armatum ostendit inter mulieres geminas constitutum, quæ sollicito quodam corporis incessu illum ad aliquid capessendum excitant, atque incendunt. Quinam hi sint suspicari licet ex verbis ejusdem D. August. *de Civ. Dei* lib. VI. cap. IX. *Mulieri fœta post partum tres Deos custodes commemorant adhiberi, ne Silvanus Deus per noctem ingrediatur & vexet, eorumque custodum significandorum causâ tres homines nocte circuire limina domus, & primo limen securi ferire, postea pilo, tertio deverrere scopis, ut his datis culturæ signis Deus Silvanus prohibeatur intrare. Ab his tribus rebus tres nuncupatos Deos*, Intercidonem *a securis intercisione;* Pilumnum *a pilo;* Deverram *a scopis*: His igitur haud inani conjecturatus hasce imagunculas refero. Cæterum Pilumno hastam convenire non dubito, fretus auctoritate Servii in X. *Æneid.* 76. *Varro Pilumnum & Picumnum infantium Deos esse ait, eisque pro puerpera lectum in atrio sterni, dum exploretur, an vitalis sit, qui natus est. Piso Pilumnum dictum, quia pellat mala infantiæ.* Quinimmo in puerperiis hasta quædam adhibebatur superstitiose, cujus usum recenset Plin. lib. XXVIII. c. IV. *Ferunt difficiles partus statim solvi, cùm quis tectum, in quo sit gravida, transmiserit lapide, vel missili, ex his qui tria animalia singulis ictibus interfecerint, hominem, aprum, ursam. Probabilius id facit hasta velitaris evulsa a corpore hominis, si terram non attigerit, eosdem enim illata effectus habet.*

Succedit iterum Lar Vialis, qui ad instar clypei sublato pallio, duplici hasta maleficam lamiam repellit. Vialem, inquam, e cujus humero pendet sarcinula, seu mantica, qua viatores utuntur. Id insigne illi frequentissimum est in cæteris Etruscorum picturis, in quibus adeo expresse figuratum est, ut de illius signifi-

fica-

ficatione dubitare non valeamus. Dea vero infantibus adversa aliqua erit ex illis, quas *Fatuas*, aut *Fatuelas* vocabant, quas inter malæ mentis Deos referebant, deducta ab Oriente superstitione, ubi *lilith* deprecabatur, ne infantibus noceret, inscripto lemmate puerperarum lectulis: *Lilith foras*, de qua in *Roncaliensium* IX.

TAB. LXIV.

BACCHANALE

In Vase Mus. Gualterii.

COnsuevere Thusci pictores in vasculis adornandis aliquando unicum argumentum, quod totum corpus circumiret, delineare, sæpius vero duplex, præsertim si vasis ansæ cursum lineæ interrumperent. Hinc una facies cæremoniam aliquam continet, sive sacram, sive civilem; altera vero fabulam eidem cæremoniæ respondentem, & usui, in quem vasa concinnabantur. Hinc fabulæ nuptiales, natalitiæ, triumphales, & funebres, pro vario fine, in quem illa destinabantur. Huc pertinet præsens, in quo gamelia historia exhibetur, addita parergi loco in postica Bacchanali pompa, quæ plana est, atque perspicua.

Præcedit Faunus cum face extincta seu ferula, velum sinistra stringens, quo humeris circumposito mysteria hæc peragebantur. Bacchus cum thyrso sequitur, palliolum jactans. Baccha tibias pares inflat; postremus Faunus mysticam vannum sustollit, per cujus foramen Dei aspectu fruitur: quod libero obtutu impune fieri non dabatur. Pertinet hæc cæremonia ad intimum initiorum gradum, per quem mente lymphati ad intuitum Divinitatis per vanni foramina pervenire mentiebantur.

Hic postremus dextero tantum pede caligatus incedit, quod rursum videas infra Tab. xc. & sæpissime in collectione vascularia. Hæc vero cæremonia superstitione non caret: nam in expiationibus aliquando adhibebatur. Virg. *Æneid.* IV.

Unum exuta pedem vinclis in veste recincta.

Nisi forte gestamen illud ad scabillos pertineret, quibus inter saltandum perstrepebant.

In aversa parte videas Ulyssem longævum pallio involutum, qui Agamemnonem armatum, & hastæ innixum alloquitur, ut Iphigeniam Achilli nuptui tradat, quod quidem dolose simulabat, animo volvens.

San-

Sanguine virgineo placandam virginis iram
Esse Dea . . . .

Quæ ob cervam sibi sacram ab Agamemnone interfectam ventis adversis Græcorum classem morabatur.

Regalis uxor Clytemnestra columellæ, sive aræ innixa dictis Ulyssis intendit, qui cum marito colloquitur. Aræ, inquam: nam proxime procerior columna constituta est cum Dianæ simulacro Græcorum more, qui Deos columnis imponebant, ut Plinius testatur, & frequentissimo exemplo confirmat Pausanias. Hoc additamento usus est ingeniosissimus Pictor ad rotam fabulam, & finem fabulæ demonstrandum.

Limbus vestis, qua Clytemnestra induitur, orbiculis ornatus est. Horum usum minime assecutus essem, nisi nuper in agro Firmano, renunciante mihi viro Cl. Josepho Moricio, sepulcrum detectum fuisset in cujus infima parte, in qua extrema pars vestis consumpta fuerat, ingens numerus globulorum æreorum cum ansula inventus est, quorum aliquos ad me transmisit. Horum usus fuit, ut vestes illorum pondere per æqua spatia distentæ rugas illas componerent, quas in tunicis muliebrium statuarum observamus: nam sine hujusmodi artificio nullum panni genus strias illas pati, & retinere potuisset.

Insuper Regalis mulier capite velato sedet, veluti parata sacrificio nuptiali, ex quo Pictor non præsentia modo, sed & futura expressit; Er revera ubi maritum oppetiit, statim de nuptiali sacrificio sermonem instituit apud Eurypidem.

Cly. *Jam ne mactasti Deæ initiales victimas nuptiarum Filiæ?*
Agam. *Mactabo; nam in hoc negocio sumus occupati.*
Cly. *An vero deinde celebrabis convivium nuptiale?*
Agam. *Cum mactavero victimas, quas me Diis immolare oportet.*

Iphigenia virginali habitu simpliciore sub umbella sedet delicatula, qualem mater describit apud eundem Eurypidem, cum in Aulidem pervenisset.

Tu vero, o Filia mea, relinque equestres currus
Ponens pedem teneram, & simul infirmam.
Vos vero juvenilibus in ulnis
Excipite eam, & deducite de curru,
Et mihi det aliquis fulcrum manus
Sedes currus, ut relinquam commode.

Totam

Totam hanc fabulam complexus est Hyginus cap. 98. cujus enarratio picturæ huic maxime congruit : *Agamemnon cum Menelao fratre, Asia delectis Ducibus, Helenam uxorem Menelai, quam Alexander Paris advexerat, repetitum ad Trojam cum irent, in Aulide tempestas eos ira Dianæ retinebat, quod Agamemnon in venando cervam ejus violavit, superbiusque in Dianam est locutus. His cum Haruspices convocasset, & Calchas se respondisset aliter expiari non posse, nisi Iphigeniam filiam Agamemnonis immolasset. Re audita Agamemnon recusare cœpit; Tunc Ulysses eum consiliis ad rem pulchram transtulit: idem Ulysses cum Diomede ad Iphigeniam missus est abducendam, qui cum ad Clytemnestram ejus matrem venissent, ementitur Ulysses eam Achilli in conjugium dari. Quam cum in Aulidem adduxisset, & parens eam immolare vellet, Diana virginem miserata est, & caliginem eis objecit, cervamque pro ea supposuit; Iphigeniamque per nubes in terram Tauricam detulit, ibique templi sui sacerdotem fecit.*

Hæc Hygini enarratio Agamemnonem excludit ab hac pictura, ut vir armatus, qui loquitur cum Ulysse, Diomedes putandus sit. Adstipulatur auctoritas Dictys Cretensis, qui Agamemnonem absentem supponit, quin etiam hæc subdit : *Ulysses profectus Mycenas nullo consilii participe falsas literas tamquam ab Agamemnone ad Clytemnestram refert.* At noster Pictor artis libertate usus est, quæ ad integram historiam unico obtutu exponendam, & loca, & tempora dissita sæpe conjungit, Eurypidem secutus, qui de consilio Agamemnonis filiam abductam esse recensuit : nam ipsum ita loquentem inducit.

Scribens misi ad meam Uxorem,
Ut mittat Filiam tamquam nupturam Achilli.

Nam ut ait Ovid. XII.

. . . . pietatem publica causa
Rexque patrem vicit.

Et revera pictor noster Ulyssem effinxit cum patre colloquentem, non vero cum matre, quæ veluti seorsim posita colloquium auscultat de gynæceo. Fabula hæc mirabiliter in hoc monochromate expressa nuptiali amphoræ maxime conveniebat: nam licèt in ea nuptiarum exitus defuerit, non defuit tamen apparatus, ut in simili pompa apud Etruscos ejus repræsentatio aptissima censeretur.

TAB.

TAB. LXV.

LARES EQUITEM PROPULSANTES

In Vase Musei Gualterii.

IN vasculis ad togæ virilis dationem pertinentibus multa sæpe sacra copulantur, quæ eidem cæremoniæ affinia erant, Larium præcipue, cum ante illorum focos celebraretur. Huc confert præsens pictura, in qua tres juvenes togati consistunt ferulas bacchicas continentes, quæ tempori dandæ virilis togæ conveniebant, nempe liberalibus diebus. Ovid. Fast. III.

Restat, ut inveniam, quare toga libera detur
Luce geri pueris, candide Bacche, tuâ.
. . . .
Sive quia tu Pater es. Patres sua pignora natos
Commendant curæ, nominibusque tuis:.
. . . .
Ergo ut Tironum celebrare frequentia possit
Visa dies danda non aliena toga.

Pars aversa geminos Lares, alterum clypeo & galea armatum, cætera nudum exhibet; alterum viatorio habitu nobis exponit, qui hastas dirigunt adversus equitem barbarico more indutum, qui lanceam in ipsos dirigit. Hunc vero neminem Deorum esse puto, qui Deos hominibus adeo propitios hostiliter impetat, sed potius ducem aliquem, qui Etruriam incursione perturbaverit, quum tamen profligatam Larium præsidio reputaverint. Nec fortasse a vero aberraret suspicio rem agi hîc cum Hannibale, quem Larium virtute ab Italia propulsum ea ætate jactatum est, ut Ennii auctoritate demonstrat Propertius supra citatus ad Tab. LXII.

TAB. LXVI.

LARES, ET GENIUS

In Vase Musei Gualterii.

LAres viales, seu potius dixerim hostiles, namque hîc nihil nisi arma tractant, insident geminis scopulis hastis innixi. Priori Lar familiaris copulatus est, qui junctis simul, & protensis manibus, & fusti innixus, corpore leviter in curvo quodammodo videtur supplicare, & Larium hostilium pro domo sibi commissa, veluti opem implorare. Genius alteri ga-

leam parat, & clypeum, in quo ferpens ejus fymbolum depictus eft, qualem in alia pictura adverfus Martem attollit Pallas. Senex, qui baculo innititur prope Genium, facile ipfe Campanorum Deus, & tutor Bacchus eft, quem non modo prodit acuta illa barba, qua femper diftinguitur, verùm etiam illum agnofcimus ab illo linteo ex utroque humero dependente, quod in ejus facris fere femper tam a viris, quàm fœminis ufurpabatur, eratque veluti infigne fuperioris ordinis inter ipfius myfteria affequuti, Satyris enim nunquam attribuitur.

Lari fuperiori adftat togatus Juvenis, qui parazonium illi paratum affert: nam Lar ifte inermi balteo munitus eft. Hujus viri officium refpondet alteri, quod in linea inferiori Genius fubit: quapropter aliquem ex domefticis Diis effe non dubiro, fed qui interim fit, nemo facile affequetur. Notandum tamen eft, iterum, occurrere in *Vafculario Thefauro* picturam huic fere fimilem, in qua Lari gladium offert non vir, fed fœmina, nempe vel Lara, vel Genia, feu Vefta domus cuftos, quæ ad illius tutelam hoftiles Lares videtur excitare.

TAB. LXVII. n. 1. & 2.

URNÆ SEPULCRALES FAMILIÆ RAPLIÆ

Perufiæ apud Nobb. Meniconios.

TRIA monumenta marmorea, quæ in hac Tabula recenfentur ad Familiam *Rapliam*, cujus in illis mentio fit, dubio procul pertinent, & ex illius fepulcro una effoffa effe apparet. Peltæ, quæ parergi loco hinc, & inde additæ funt, religione non carent; cùm enim Deos crederent illis ufos fuiffe, cum adverfus Titanas bellum gererent, in eorum memoriam illas fepulcris addiderunt, feu interim hæc una ratio fuerit, feu alia nobis incognita: nam adhuc caligantes in hac provincia aberramus, illud fane conftat hoc ornamentum maxime probaviffe Etrufcos Artifices, qui rudiore Minerva hifce Cinerariis infculpendis navabant operam, ut longa exemplorum connumeratione præfatus fum opufculo de *Architectura Etrufcorum*. Janua inferne infculpta ipfum alterius vitæ aditum repræfentabat, ut fæpius oftenfum eft. In hifce vero januis frequentiffime Mercurium infculptum videmus, quippe quia inter illos potiffime cenfebatur, cui deducendarum animarum cura injuncta erat. Sub hac tamen præfenti imagine vix ego Mercurium recognofcerem; nullum enim ex familiaribus ipfi fymbolis gerit. At, ni me fallit opinio, in

rudi,

rudi, ac informi isto marmore Charontis imago nobis obiicitur non admodum familiaris: nam semel tantum in Lucerna apud Bartolum, & bis in aris sepulcralibus in tablino Justinianæo conspicua est. Ex præsenti vero sculptura certiores facti sumus, fabulam hanc ab Etruscis quoque fuisse inbibitam, ut illum computarent inter Deos, quibus incumbebat officium animarum deducendarum, & sine cujus ope impervia Elisia credebantur, cui propterea gubernaculum additum est, cum tenui, arctoque amicimine, atque succincto more nautarum.

Inscriptiones appositæ non modicam mihi difficultatem facessunt. En illas latinis notis expressas:

1. LARTHI . RAPLI . THVRMNAM . PETRVA

2. AV . CAI . THVRMNA . SE . RAPLIAL.

3. AR . TVRMNA . SE . RAPNAI.

In qua postrema voce N pro L ex consueta quadratariorum cacographia subrepsit. Primum titulum interpretor *Larthi Raplio fecit Turna Petrua*. Hanc ejus matrem fuisse & Sexti Raplii uxorem ex infra dicendi argumentor: nam eadem *Turmna* titulum posuit Cajo & Arunti filiis Sexti Raplii. Turnus prænomen fuit apud antiquos, ut notavit Sigonius apud Fabrettum. Hinc Turnum Erdonium Aricinorum Principem memorat nobis Livius lib. 1. Hoc autem prænomine nuncupatam fœminam ex gente Petrua, quæ alioqui sæpe in inscriptionibus occurrit, sive mavis Petrunia, ut facile opinamur, quo principio constituto, facilis nobis aditus ad sequentes titulos intelligendos aperitur. Sic enim secundum explico *Aulemio Cajo fecit Turna Sexti Raplii Uxor*. *Aulemium*, inquam, non *Aulum*; ut enim difficultatem duplicis prænominis effugiamus, primas illas notas officium aliquod explicare non prænomen oportuit. Quid vero sibi velit Aulemii officium, a multitudine, seu Senatu inditum explicavimus in *Roncaliensibus*. Sic facile postremum titulum elucidamus: *Arunti fecit Turna, Sexti Raplii*. Ex his facile colligimus, tres hosce titulos ad tres fratres Sexti Raplii filios pertinuisse. Quin obstet in postremis nomen familiæ fuisse intermissum: nam id in publicis monumentis exprimi omnino debuisset, ut unus ab alio discerneretur. At in domestico, & privato sepulcro nihil gentili nomine magis superfluum, & supervacaneum: sufficiens enim videbatur solum prænomen apponi, quo unus ab alio ejusdem familiæ discerni valeret, præcipue cur facile subintelligi posset, adjecto matris ejusque mariti nomine, quo familia indicabatur.

O 2 TAB.

TAB. LXIIX. n. 1. TAB. LXIX. n. 2.
TAB. LXXII. n. 1.

DAMEON A CTEATO UNA CUM EQUO PERCUSSUS

In tribus Perusinorum Urnis.

HArumce Urnarum argumentum nobilissimum est, quippe quod ad expeditionem Herculis pertinet adversus Augean Eleorum Tyrannum. Hujus bubilia purgasse Herculem immisso Alpheo flumine, qui terras primo obsitas elueret, eundemque Herculem fraudatum pacta mercede, res omnibus notissima est, quippe quæ inter ejusdem Herculis potiora facinora connumeratur. Hinc inter Augeam, & Herculem dissidia primum exorta, dein bella commissa sunt; in quorum expeditione cum vehementer Augeas ab Hercule timeret Eurytum, & Cteatum germanos Eleorum fortissimos, duces delegit sibi sanguine conjunctissimos, quippe qui Actoris ejus fratris filii erant, ut narrat Apollodorus lib. II. Interim Hercules, collecto exercitu, Dameonem Socium sibi ascivit, qui in ea expeditione una cum equo, quo ferebatur, interfectus est, cujus memoriam venerati Elei, sepulcrum honorarium illi, & ejus equo in ipso circo constituerunt. Cujus maxima fuit religio, quippe quia dum contra illum quadrigæ decurrerent, subito pavore turbabantur: unde decursuri Sacra prius Heroi faciebant; illum ab equorum terrore Taraxippum appellantes. Placet Pausaniæ verba *in Eliacis* referre, quibus nobilissima hæc marmora mirifice illustrantur: *Ad ipsum aggeris exitum ara est figura rotunda. Ad eam Deus colitur, quem Taraxippum, ab incutiendo equis pavore, nuncupant: solent enim injecto terrore circa aram hanc equi tam vehementer consternari, ut incertam unde coorta trepidatione sæpe illisis curribus affligantur aurigæ. Quo igitur miti, & propitio utantur Taraxippo, ad eam aram aurigæ vota nuncupant. Variant de Taraxippo Græcorum sententiæ . . . Alii Dameonem fuisse, qui in Augean expeditionis Herculis socius a Cteato Actoris filio una cum equo, quo vehebatur, sit interfectus; ab Eleis eo in loco & ipsi, & equo inanis sepulcri habitum fuisse honorem :* Hujus vero socii mortem ultum fuisse Herculem idem Pausanias *in Corinthiacis* memorat: *Præter hanc adem Cleonis Euryti, & Cteati monimenta sunt, quos cum ludos Isthmicos spectatum issent, Hercules sagittis confixit, indignæ fereas illos Augeæ bello contra se in acie stetisse.*

Peru-

Perusini marmoris fragilitas, quæ extrema lineamenta infidelius nobis conservavit, multa in his marmoribus deformavit, quæ pictorem fefellerunt. In hac prima Tabula decertant Hercules adversus Augeæ socios, dum Dameon ex equo Eleorum plurimos conculcat. In Tab. vero LXIX. n. 2. pro militibus virgunculam equo subjecit, seu potius ex ingenio addidit, ut subjectum truncum, cujus vim ignorabat, suppleret. Augeas vero, Regali habitu insignis, terrore compulsus, manum attollit, veluti auxilium implorans. In postremo vero marmore LXXII. idem Heros inter milites commixtus, horum alterum equo premit. In hac sculpta historia notatu digna est equestris militiæ forma: nam plerumque ea ætate, vel pedites pugnam committebant, vel e curribus depugnabant, nec ita obvium est videre equites depugnantes. Cum propterea marmora hæc nostra cum historia conveniant, in hac minime obvia circumstantia facile inclinavi, ut crederem, eam ipsam in tribus hisce anaglyphis repræsentari, quanquam sincere fatear, hæc monumenta, de quibus mihi sermo est, inter obscuriora esse computanda.

Inscriptiones ita vero:

LXVIII. n. I. AV . NII . VESI . MANISS . CLAN

Aulemi Vesii Manisia, seu *Mania* nati.

LXXII. n. I. LVCAE . SPLATVTIA

Lucia Splatutia, seu *Lucii Splatutia* nati.

TAB. LXIIX, n. 2.

POLYDORUS CLAM E TROJA SUBLATUS

In Urna Clusina apud Nobb. Paolotios.

ID anaglyphum ad Belli Trojani casus pertinet. Quo urgente Priamus Polydorum adhuc infantem in Thraciam nutriendum misit. Historiam sic recenset Servius in III. *Æneid* vers. 49. *Priamus cum videret longa obsidione res suas in ultimo constitutas, filium parvulum Polydorum Polymnestori Regi Thraciæ, genero suo per Ilionem filium cum magno auri pondere nutriendum commendavit, qui victa Troja auri cupiditate, Polydorum obrutum telis occidit.* Hujus fatum his versibus expressit Virgilius:

Hunc

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio Regi, cum jam diffideret armis
Dardaniæ, cingique Urbem obsidione videret.
Ille, ut opes fractæ Teucrum, & fortuna recessit,
Res Agamemnonias victriciaque arma sequutus,
Fas omne abrupit; Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur.

Non longe abeunt, quæ de illo tradidit Ovidius *Metamorph.* XIII.

Est, ubi Troja fuit, Phrygiæ contermina tellus
Bistoniis habitata viris, Polymnestoris illic
Regia dives erat, cui te commisit alendum
Clam, Polydore, Pater, Phrygiisque removit ab armis,
Consilium sapiens, sceleris nisi præmia magnas
Adjecisset opes, animi irritamen avari.
Ut cecidit fortuna Phrygum, capit impius ensem
Rex Thracum, juguloque sui demisit alumni.

Spectantur igitur Troades infantulum clam tollentes, dum interim Trojani Græcis admisti, telis, lanceis, & saxis rem agunt.

TAB. LXIX. n. 1.

ACHILLES HECTOREM CONFODIENS

In Urna Perusina.

Achilles equo insidens pugnat adversus Hectora, qui ex equo delapsus, elata manu, victoris opem implorat:

Precor per animam, & genua tua, tuosque parentes,
Ne me sinas apud naves canes dilacerare Achivorum

Frustra Trojanis adstantibus, quorum alter abjecto clypeo radiato humi inter consternatos equos procumbit; alter pene nudus ab Achille proculcatur; postremus vero adhuc stans inane jaculum contra Græcum intorquet; Achillem circumstant socii in morientem irruentes: nam

. . . . . Alii quidem accurrerunt Filii Achivorum,
Neque aliquis eum non vulnerans adstitit.

E per-

E pergamis pugnam spectat Hecuba.
. . . . Mater autem
Evellebat comam, molleque abjecit velamen
Procul, ejulabat autem magnopere filium inspiciens.

Quin & vultum avertit, ne filii necem, atque ignominiam intueatur. At non sic Priamus, qui manum Achilli tendit, illud repetens;

Reverere Deos Achilles, meique ipsius miserere
Recordatus tui patris.

Quæ omnia luculentius observare est apud Homer. Iliad. X. & Ω

Duo supersunt in hoc marmore notanda, nempe mos pugnandi ex equis, non vero ex curribus, ut eo bello fieri solebat, ut paulo ante innuimus: sed, ut puto, Perusinus sculptor labori parcens, & lapidis asperitatem timens, apparatum curruum operosiorem prætermisit, & pugnam non Græco, sed Etrusco more equestrem expressit. Occurrit præterea singulare, nec alibi observandum illud gestamen capitis cucullam referens, quo Trojani muniuntur, quod ego non veritati, sed pictoris recentis imperitiæ tribuo, qui in hoc rudiori & detrito anaglypho delineando, pileum Phrygium, & amiculi Trojani fimbrias ante pectus nodo constrictas, confudit, & ex duobus unum confecit, pene dissonum a moribus ejus gentis; quæ nisi præcaveantur a studiosis, multa subrepunt, quorum auctoritas infirma est, & scientiam antiquariam perturbant.

Inscriptio & ipsa mendosa est, quam aliqua ex parte restituo:

LA . SEMINAIE . LAPVINPLN

LA . SENTINATE . LA . PVINPVN

Nempe *Larthi Sentinati, Larthi Punpunii*, sive Pomponii; nec enim ex hoc uno marmore Sentinatium familia Etrusca innotescit. At quomodo in unius defuncti titulo duo nomina familiarum conjuncta consistunt? Consistunt sæpe, præsertim in bisomis, qui duorum cineres exceperunt, aut ubi primum nomen ad mortuum pertinet, postremum ad funeris curatorem. Sæpe etiam filii majores natu nomen a Matrisfamilia acceperunt, quæ omnia in tractatione de *Hominibus Etruscorum* fient palam.

TAB.

TAB. LXX.

GIGANTOMACHIA.

In urna apud Nobb. de Vinciolis.

TOrsit hoc marmor doctissimorum virorum, qui hæc studia scriptis illustrarunt, ingenia, non modo quod attinet ad præfixam inscriptiunculam, verùm etiam sculpturæ obscurioris significationem. Inter hæc tamen diffidia non sine laude memoranda mihi est nobilissimi Viri, & non minus doctrina, quam cæteris animi dotibus ornatissimi Hannibalis de Abatibus Oliveriis sententia, qui in aurea illa de *Nummis Samniticis* Dissertatione I. qua ignotam antiquitatis partem illustravit : ita id marmor explicat pag. 21. *A me sembra, se non sbaglio, di ritrovare in esso effigiate molte Deità. Quella donna senza capo, che è la prima figura del primo ordine in atto di scoccare il dardo, pare una Diana; dopo una mezza figura, che è priva d' ogni simbolo, altra donna vedesi in positura di scagliare un fulmine; può esser questa Ginnone, alla quale ogn' un sa, che fu ancora attribuito il fulmine. Presso a Lei, vale a dire, nel mezzo della pietra in simile atteggiamento vedesi un uomo, che Giove a mio parere rappresenta. Un Marte, cred' io, simboleggi la figura galeata con lung' asta, e scudo, che appresso a Giove si vede. La figura di donna in atto di ferire con la spada, che è l' ultima di quest' ordine, una Bellona può credersi. Così pure Apollo parmi riconoscere in quell' Uomo, che stà con l' arco teso, e le saette in mano, sotto Giove, e Marte; e Minerva certamente è la Donna con lunga veste, scudo, & asta, che nel mezzo appunto del marmo scorgesi atterrare un inimico. Dopo ciò sarà ben facile in que' cadenti, e semivivi Uomini, ed in quelli, che co' scudi cercano di ricuoprirsi dal furor de Dei armati, ravvisare i Giganti, e riconoscere in tutto il marmo una Gigantomachia. So che furono figurati i Giganti con i piedi di Serpente, onde* Anguipedes *chiamolli Ovidio, e così li descrisse Claudiano; così parimente si rappresentano nel Museo Fiorentino Tom. I. Tav.* LVII. 7. *Tom.* II. *Tav.* XXXV. 2. *e* 3. *ma non so poi se sia necessario credere, che siano stati sempre in tal guisa indispensabilmente figurati, particolarmente dagli Etrusci, o dagli Umbri. Orazio certamente nell' Ode* IV. *del lib.* III. *in cui questa battaglia descrive, di tai piedi non parla, e dice soltanto della forza delle loro braccia.*

. . . . *juventus horrida brachiis.*

Huc

Huc usque Doctissimus noster Oliverius. Dianam verò primas gessisse in hoc prælio testantur passim scriptores, apud quos ΤΙΤΥΟΚΤΟΝΟΣ nuncupatur, quod in eo certamine Titium Gygantem occiderit. Etiam suus Palladi honos tribuendus est, quam hic clypeo, & lancea munitam videmus : nam ob insignem Gygantum stragem *Gyganticidam* illam vocat Fornutus de Minerva. *Et traditur etiam, in illa adversus Gygantes pugna, optime se gessisse, & Gyganticida nominatur*. Herculem quoque arcu armatum, & gemina jacula intorquentem haud dubie recognosco. Sic Apollodorus lib. 1. *Tum Jupiter consilio Palladis Herculem socium accersivit, qui primus omnium Halcyoneum sagitta confossum interemit.... Porphyrion autem in Herculem, & Junonem impetum facit. Tum Gygas ab Jove fulminatus, & ab Hercule sagittis transfixus occubuit . . . . Reliquos autem fulmine illos Jupiter interfecit, sed & Hercules ita pereuntes sagittis confodit*. Cæteræ hujus marmoris partes facili negocio, & ejusdem Apollodori verbis, & Hesiodi carminibus in *Teogonia*, ubi late hoc prælium describit, illustrari potuissent, nisi ætatis injuria marmor labefactatum vix cæterorum vestigia conservet.

De hujus inscriptione multa erudite olim tradidit Cl. Borguetus, sed multo plura, & ex profundiore penu protulit idem laudatissimus Oliverius in præfata Dissertatione, quæ inter cæteras Cortonensis Academiæ impressa reperitur. Putavit vero Epygraphen hanc ad ipsum Anaglyphum pertinere, nihilque fere importare, nisi Gygantum conculcationem: nam vocem *Safinis* derivat a verbo ΣΑΤΤΩ *conculco*, alteram vero *Amertum* ab ΑΜΑΡΤΑΝΩ, quod est *peccare*, quasi sensus sit peccatorum conculcatio, cui addebam Amertones facile Populos dictos, qui Amartona Urbem ad Promontorium Tenarum prope Hegios incolebant impietate celebres, de quibus est Homeri hymnus in Apollinem, recte quoque respondente præmisso articulo TVN, quod est ex Græco ΤΩΝ.

At inter tantorum virorum vigilias sententiam quoque meam conferre audebo; videtur igitur mihi fere singulari exemplo in defuncti hominis Ossuario quidquam aliud inscriptum esse præter nomen defuncti, & si quid ultra cum luxus exuberarit, illius officium. Adhuc urnam desideramus (sive Græciam, sive Italiam scrutemur) cui vel unica nota adjecta sit, quæ anaglyphum explicet. Utinam fecissent veteres, in quorum monumentis elucidandis, & facilius, & utilius versaremur. Saxa ista semel terræ demandata nemo unquam curioso obtutu inspecturus erat, ut sibi augurabantur, nisi forte qui annuis justis reddendis, tacite sepulcra adibant, cui indicium nominis indicabat, quo quisque die sacra postularet. ΤΗVΝ ΑΜΑΑΤΗVΝ prænomen, & nomen est sepulti

pulti viri. *Tanuum* prænominis loco nondum inveni, *Tarnum* sæpius, & præcipue in superioribus monumentis. At vox *Safinis* mihi officium importat; nempe in Republica supremum, & quod Dictaturam recte appellaremus. Vox ab Oriente accersita est, ubi שפט *Saphat* est judicare: unde שפטים *Sophetim* passim in Divinis voluminibus supremæ Hebraicæ Reipublicæ Dictatores audiunt. Viget adhuc apud Persas titulus, ab ea voce efformatus, *Sophi*, quo Regem appellant. A Phœnicis, qui facile eo titulo utebantur, Carthaginem ea vox profecta est, apud quos, qui supremo magistratu fungebantur, *Suffetes* nuncupabantur: ut constat ex Livio lib. XXVIII. XXX. & XXXIV. Apud Ægyptios quoque aliquid tale in usu fuit; nam ex Genesi constat a Pharaone inditum Josepho titulum *Saphnat Pahaneach*, quod a Divo Hieronymo vertitur, *Salvator Mundi*; sive interim vis hujus vocis *Saphnat* indicet Salvatorem, seu judicem, utrumque tamen idem mentis conceptum explicare potest, quia ubi de supremo judice res agatur, ejus officium non modo civilia munia utriusque justitiæ continet, verum, quod caput est, politica, & militaria, in quo recte conveniunt utriusque verbi notiones. Hoc vero argumentum fusius mihi tractatum est peculiari Dissertatione de *Hebraismo Ægyptiorum*.

Idem dignitatis titulus ab Oriente, atque Africa Italiam pervasit. Nam Albanorum Dictatorem *Suffetis* titulum obtinuisse, facile colligitur ex nomine *Metii Suffetii*, cujus res gestas, & extremum fatum narrat Livius lib. I. *Dictatorem Albani Metium Fuffetium creant*; seu, ut alii codices habent, *Suffetium*. Non negaverim quidem Metium fuisse prænomen: nam & Metium Curtium Sabinorum Principem memorat idem Livius, Suffetium vero gentile nomen importare. Sed quia in summis viris recensendis facile gentile nomen titulo dignitatis concessit, cum ubique legamus Numa Rex, Tullus Rex, Rex Ancus, & similia, ita facile cum Albano res cessit, ut prætermisso familiæ nomine, unum dignitatis nomen prænomini adjunctum sit. Si vero omnino velimus hanc vocem, non dignitatem, sed nomen gentis indicare, haud valde contradicam, cum aliquando a dignitatibus familiarum nomina sumpta sint, ut *Antistia*, *Curia*, *Curiatia*, *Flaminia*, & aliæ hujuscemodi. Samnites vero nomen non absimile habuerunt; nam in eorum nummis ab eodem Cl. Oliverio illustratis, quos in Italica fœderatione cusos fuisse constat. Papius ille mutilus fœderatorum Imperator in altero nummo vocatur EMBRATVR, in alio vero SAFINIM, quorum primum militarem potestatem, alterum vero, quod *Suffeti* equivalet, supremam Dictaturam. Utramque vero potestatem institutam fuisse a fœderatis Populis constat ex Stra-

Strabone in lib. v. qui Samnium describens refert: *Corfinium Pelignorum Metropolim communem universis Italis Civitatem demonstrantes, illamque Italico nomine Italicam appellantes, contra Populum Romanum receptaculum, propugnaculumque constituerunt, adunatisque complicibus* IMPERATORES, *&* CONSULES *creavere*. Alterum etiam hujus nominis vestigium superest in Tribus Sappiniæ nomine, quam memorat inter cæteros Livius lib. XXXI. *Eodem tempore P. Ælius consul Cajum Oppium præfectum sociûm, ac tumultuaria manu per Umbriam, quam Tribum Sappiniam vocant, Agrum Bojorum invadere jussit*. Sappiniam vero atque Safinim ex eodem themate facile processerunt ob affinitatem literæ F & P quæ, adjuncta aspiratione, cum F facile confunditur.

Huc usque digredi oportuit, ut intelligeremus titulum *Safinis* huic defuncto additum, idem importare ac alterum SAFINIM, quod in nummo Samnitico *dignitatem* denotat, idemque significare conjeci, quod Hebræis *Sophet*. Quid turbet varia inter Hebræos, Ægyptios, Pœnos, Albanos, Samnites, atque Umbros desinentia: nam leves hæc ejusdem vocis perturbationes ad varios dialectos referuntur, præter quam quod particulæ etiam adiiciebantur ad majorem vocis significationem, quæ vocem ipsam non mediocriter invertebant, ut exempli gratia שופטנו *Sophetenu* Judex noster.

TAB. LXXI. n. I.

Heroes Bigis decertantes.

IN hoc marmore geminæ Bigæ simul concurrunt, quorum superior inferiorem non modo proterit, sed & penitus fractam in partes deicit. Heroes hinc inde sibi invicem cædem minantes intuentur. Juvenis pileo phrygio, & Senex Herculeis spoliis insignis. Medii autem aurigæ spectantur, quorum alter alterum procumbentem conculcat. Hic ego facile recognosco Pelopis, & Oenomai certamen pro Hyppodamiæ nuptiis, quod in Thuscorum Urnis adeo frequens est, ut clare coniiciamus factum illud apud eam nationem fuisse celebratissimum. In alia quoque Etrusca Urna elegantissimi operis, quæ Tuderti asservatur in Palatio C Virali, idem typus recurrit, quem ego integra Dissertatione, inter reliqua ejus urbis monumenta, exactissime explicavi. Quæ, ne hîc repetamus, indicasse sufficiat, Pelopem illum esse, qui phrygio pileo munitus est, ut fere semper in cæteris monumentis: erat enim Tantali Phrygiæ Regis Filius. Oenomaus, ut semper, Senex, qui ex Oraculo doctus se a Genero interfe-

ctum in Filiæ nuptias studiosissime retardabat : nam proposito Procis certamine illi se daturum natam pollicebatur, a quo victus esset, sin minus, qui victi essent, mortem subirent. Tresdecim vero victis, atque occisis, quod omnium perniciosissimos haberet equos, tandem ipse a Pelope superatus est, fraude Myrtili Aurigæ, qui Oenomao fragilem junxit currum, unde dilapsus, & pene confractus, a Pelope interfectus est. Rem narrat Hyginus Fab. LXXXIV. & Statius lib. I. *Thebaid*, cæterique Scriptores veteres, quos lato calamo cumulavi in præfata Dissertatione. Cæterum non modice corrupto marmore, pictor Leonem inter equos irruentem, ex ingenio adiecit, & Pelopis aurigam pro flagello tæda armatum exhibuit.

Inscriptio

AVLEI. NARSEI FRVMRNAL

Aulum Narsejam Frumnia natum significat. Secunda R in hac postrema voce interposita facile exuberat : nam in alia inscriptione supra Tab. LIV. *Frmnal* expresse legitur. Hic vero obiter notandum est, Etrusca nomina, quæ in AL desinunt, Patronymici seu Metronymici indicium esse, &, ut cum Grammaticis loquar, casus genitivi, quod satis exploratum esse confido in Dissertatione de *Tegulis Buccellianis*.

TAB. LXXI. n. 2.

DII ADVERSUS TYPHONEM PRÆLIANTES

In Urna Marmorea.

TErtium Bellum, quod post confectos Titanas, atque Gygantes Dii gesserunt adversus terræ natos, postremum quidem, sed omnium atrocius contra Typhonem fuit. Illud describit lib. I. Apollodorus his verbis : *Post igitur debellatos a Superis Gygantes, terra longe atrotius indignata, Tartaro immiscetur, ac Typhonem duplici natura, humana simul ac ferina, constantem in Sicilia parit. Hic & corporis vastitate, & robore cæteris omnibus, quos terra genuerat, antecellebat. Hujc etiam crurum tenus immensa humana forma magnitudo erat, at omnium montium cacuminibus altior esse videretur, cujus etiam caput sæpe numero astra pertingebat, sed & ejusdem manus altera ad Hesperum usque, & altera ad Orientem pertinebant. Ex his centum Draconum capita eminebant : In cruribus maximas viperarum spiras illi continebat. Quorum volumina ad verticem ipsum usque protendeban-*

debantur .... Talis igitur tantusque Typhon candentes in Cœlum lapides, jaculatus cum sibilo simul, atque boatu ferebatur .... Magna etiam ex ipsius ore ignis procella defervebat. Hunc ubi Dii in Cœlum prospiciunt irruentem, acti in fugam in Ægyptum properabant ..... Jupiter autem procul a se Typhonem conspicatus, fulmine percussit; ubi vero cominus fuit adamantina illum falce deterruit. Typho autem illa spirarum volumine circumplexum Jovem detinuit, eique Arpe adempta, pedum manuumque nervos differuit .... Interim vero Mercurius, & Ægipan nervos suffurati clanculum Jovi rursus compegerunt. Mox Jupiter receptis pristinis viribus, alatos equos curruì repente jungit, eumque conscendit, ac Typhonem ad Nysam usque montem fulminibus impetendo est insequutus .... Quique cum per Siculum mare fugere incepisset, Jupiter Aetnam Siciliæ montem superinjecit. Eandem narrationem brevibus perstringit Hyginus Fab. CLII. per hæc verba: *Tartarus ex Tartara procreavit Typhonem immani magnitudine, specieque portentosa, cui centum capita draconum ex humeris enata erant. Hic Jovem provocavit, si vellet cum eo de regno decertare. Jovis fulmine ardenti pectus ejus percussit, cui quum flagraret, montem Aetnam, qui est in Sicilia, super eum imposuit, qui ex eo adhuc ardere dicitur.* Quæ artifex in hoc marmore effinxit, optime descriptioni respondet. Dii ex geminis quadrigis adversum fugientem Typhonem pugnant. Jupiter ignito telo armatus imperat uni ex Cœlitibus, ut saxorum struem in hostem coniciat. Ipse vero pedes effictus est, ita exprimens se Mercurii beneficio nuper e carcere liberatum, tunc primum in Cœlum remeasse. Mercurius vero non longe conspicitur, qui falcem adamantinam rursum Typhoni ereptam dextera jactat.

In angulo hujus sculpturæ Triton buccinam inflat, non ex ingenio ab Artifice adiectus, sed quia traditur ipsum etiam in bello contra Gygantes gesto, horrendo sonitu Deorum partes adiuvisse; cum enim buccinam inflasset, & inauditum sonitum edidisset, Gigantes immanem aliquam Belluam, & formidabilem rati in fugam sese verterunt, & victoriam facilem Diis concesserunt: ut tradit Natalis Comes *Mytol.* Lib. VIII. cap. III. quæ potissima causa fuit, cur ipse Triton in Palladis galea junctus sit, specie buccinam inflantis.

Mutilæ inscriptionis fragmentum primam tantum, & ultimam vocem neque hanc integram nobis preservavit, nempe *Auli* prænomen, & truncum nomen familiare CRVPI. Succedit cognomen LVPV, de qua voce quidquid in *Roncaliensibus* conspicatus olim sim, cognomen importare puto.

TAB.

TAB. LXXII. n. 1. 2. 3.

Argumentum sculpturæ signatæ num. 1. fusius exposuimus in notis ad Tab. LXVIII.

SUccedunt duo Cippi virorum armatorum imaginibus insculpti, quos ego dudum inter sepulcrales numerabam, nec aliud præseferre simulacra illa reputabam, nisi Icones defunctorum, quorum nomina inscriptiones continerent. Et revera etiam in latinis marmoribus sepulcralibus imagines hujuscemodi anaglypho opere exculptæ non modo virorum armatorum, sed etiam togatorum, mulierum, & puerorum ubique occurrunt.

Cum vero alter similis Cippus mihi Perusiæ occurrisset in hortis inter Basilicam S. Petri, & Monasterium Annunciationis, referens & ipse alterum hominem armatum; quartus denique, quem publicavi Tab. XVIII. sub num. 3. ad ornatum mei *Acheronticî*, qui duo postremi inscriptione carent, in aliam transii sententiam, ut hujuscemodi saxa, quæ constanter armatos homines referunt, nusquam ad sepulcra pertinuisse, sed ad compita viarum, in quibus Larium Vialium imagines ponebantur, de quibus sic Ovidius *Fast.* II.

Fitque gravis, geminosque parit, qui compita servat.

Hos armabant; nam eorum vis in eo reposita erat, ut hostibus resisterent. Tibull. lib. I. 11. 25.

At nobis aerata Lares depellite tela.

Qua de re solemnia illis in compitis Sacra fieri solebant, de quibus vetus Persii interpres Sat. IV. 27. *Compita sunt loca in quadriviis quasi turres, ubi sacrificia finitâ agriculturâ rustici celebrabant . . . . . Vel compita non solum in urbe, sed etiam via publica, ac diverticula aliquorum confinium* (erant) *ubi adicula consecrantur patentes.*

Confirmabar in hac opinione animadvertendo geminos Cippos postremo indicatos inscriptione destitutos esse, quam veteres numquam prætermisissent in sculptura sepulcrali. Lemmata vero, quæ in hisce duabus sculpturis, quas exponimus, signata sunt, nihil fere important, quàm illorum nomina, qui signa hæc dedicarunt.

In primo legitur LARTHI. AMMAM, hoc est, *Larthis Ammemii* opus, sive munus. Alterius Cippi inscriptionem diligentius ex Archetypo exscerptam a Gorio sic exponimus:

MI . AMEM . TITV:::VCSIE . MVLENICHE

Ubi

Ubi notanda est formula initialis MI, quæ solemnis est fere in omnibus dedicationibus Etruscorum, in quibus donarium ipsum, ipsumque simulacrum alloquitur spectatorem more orientalium, & veterum græcorum, ut liquet ex Pausania, *me donum dedit, me posuit, me dedicavit &c.* unde liquet alterum ex familia Amemia, sive Ammemia, aut si mavis Memmia signum hoc posuisse.

Postrema vox MVLENICHE, si licet divinari, Larium Vialium epitheton est, ex duplici græca voce coalescens ΜΩΛΟΣ *bellum*, & NIKE *victoria*; nam Laribus publicis, & Vialibus urbium, & viarum custodiam adversus hostes commissam esse reputabant, ut supra indicavimus. Et revera Lares Etruscorum fere semper armatos in nostris Museis passim observamus, de quorum sigillis multa præfati sumus in *Antiquitatum Tudertium* libris, qui lucem expectant.

TAB. LXXIII.

Urna cum Cantoribus.

Antiquissimum fuisse usum januas in sepulcris insculpendi sæpe sæpius declaravimus, quarum etiam significationem indagare conati sumus: præsertim vero in opusculo de *Etruscorum Architectura* pag. 124. Huic amplius gemini Cantores additi sunt, qui hinc inde dispositi, alter ex tabella Næniam videtur præcinere, alter vero calamis simul junctis modulari juxta antiquorum morem, qui in funerum concentu effusissimi fuerunt, ut lege XII. Tabul. luxus nimius Musicorum in funeribus coerceri visum sit. Inscriptio

LARTI PEVRLI TVRMNAM EPETEI

sic commode verti potest *Larthi Peurlio fecit Turmna Epiti filia*. Turmni, seu, ut latine loquamur, Turni prænomen familiare fuit Etruscis, præsertim Perusinis. Inde nil mirum abiisse in fœmininum, ut Cajæ, Luciæ &c. Idem prænomen iterum observatum est supra Tab. LXVII. & recurret iterum Tab. LXXIX. & LXXXV.

TAB.

TAB. LXXIV.

BACCHANALE

In Vase Gualteria.

BAcchi Antistes in sella ornatissima sedens, tunica stellata, de qua supra mentio facta est, indutus, a duabus Sacerdotibus super humerali linteo de more adornatis coronatur, atque ad pompam præparatur.

Pars aversa ejusdem Bacchi barbati processum repræsentat, quo ejus de Indico bello triumphus memoria recolebatur, ut alibi diximus. Prope Minerva cernitur, quæ Baccho lanceam subministrat, quod non sine magna ratione a pictore excogitatum est: nam tradunt, ipsum Bacchum in ea expeditione summopere a Minerva fuisse adjutum: ut narrat Nonnus *Dionys.* lib. xxx. vers. 248.

. . . . venit vero Minerva :
E cælo enim præmiserat internunciam Jupiter in altis regnans,
Fratrem ut fugientem metu perterrefactum Junonis ;
In pugnam ut traheret convertentem consilium.
Stetit vero retro, flavam vero comam prehendit Bacchi
Soli apparens terribilis Dea . . . .

Quem cum voce summopere animasset, ut prosequitur Poeta, iterum in bellum revocavit, & victoriam illi peperit. Ex hoc recte intelligimus: nihil fortuito in hisce vasculis depictum fuisse, sed omnia ex Religionis arcanis, sive ex veteri traditione excepta, omnium oculis scitissimos pictores objecisse, multoque veteres Artifices nostris in hac diligentia præstasse; nam sculpturarum, & picturarum schemata cum viris versatissimis comunicabant, qui ad fidem veterum scriptorum, lineamenta futuri operis moderabantur, quæ potissima causa est, cur hæ picturæ adeo exacte cum Græcorum scriptis, & Latinorum, qui Græcos imitati sunt, & tam minute conveniant.

TAB.

TAB. LXXV. & LXXVI.

Ceramica Etruscorum.

PRætermittenda non erant quædam artis Ceramicæ Etruscorum exemplaria, atque specimina, vasa nempe pura, quæ nisi artificium picturæ nobilitat, ipsa tamen forma Eruditis illa commendat; nam ex illorum varia figura, varii quoque usus arguuntur. De Etruscorum vero celebratissima apud scriptores arte plastica dicere non est præsentis instituti, cùm præsertim multa de ea præmiserimus in Dissert. *de Genio Domestico*, minus vero de præcipuis vasorum figuris, quæ in usum domesticum, atque Sacrum concinnabantur, quæ quia ad nos minime pervenerunt, quid de illis dicendum sit ignoramus, multoque minus, quibus nominibus ea nuncupemus. Pauca nobis suppetunt, quæ in usum funerum mortuis consepulta, oculis nostris præservata sunt, quæ nos ad certa veluti capita referemus, illa latinis nominibus appellantes, de quibus non injucunde scribimus, quippe quia ingenti horum copia nobis comparata, atque in nostro Museo disposita, non modicam de illorum forma notitiam adepti sumus.

Vasa, amplo & patulo ore, labioque deorsum repando, ansulis hinc inde præmunita, pro cinerariis habenda sunt; Eorum capacitas pedem plerumque quoquo versus excedit, quæ mensura ad justi hominis cineres continendos apta videbatur. Lancem vero, seu scutellam paris operis, ut operculi loco esset, superponebant, quæ & libaminum, & epularum capax esset, & sursum deorsum inversa cineres custodiret. Probat hæc frequens experientia similium vasorum, quæ sæpe in Etruria, passim vero in Campania cineribus plena reperiuntur, ut mihi ab oculatis testibus, quos per literas interpellavi, renunciatum est; inter quos honoris ergo commemoro Paulum Mariam Paciaudum, & Ignatium Mariam Comum Patricium Neapolitanum, qui eorundem vasorum ingentem vim in domestico Museo cumulavit. Audio præterea Romæ apud doctissimum & Nobilissimum virum, deque nostris hisce studiis meritissimum Abatem Rodulphinum Venuti aliquos, ex his reperiri, in quibus antiquæ cineres adhuc asservantur, unde colligimus Etruscos mediterraneos libentius arculis usos fuisse, ii vero, qui Campaniam & ima loca, in quibus marmor deest, coluere, vasa toreumatia libentius adhibuisse.

Illa vero, quæ angusto, & collo arctiore prædita sunt, quandoque cineres continuerunt, sed ut plurimum ad vinum ministrandum in parentationibus, & feralibus cœnis fuere adhibita, quo nec

parce, nec temperanter utebantur, ut derisos sæpe sæpius videamus, qui e funere temulenti domum remearent. At licèt hæc symposia non intra sepulcrorum ambitum, sed in cænaculis prope extructis haberentur; attamen veluti funestata, & malum omen redolentia intra sepulcra seponebantur.

Succedunt simpuli (*obbas* vocat Tertullianus) minora nempe vasa, in quæ ex majoribus vina fundebantur, ut inde in pateras miscerentur. In hanc classem ablegamus urceolos omnes, qui lato fundo, productiore collo, rursus & lato ore præditi sunt, una vel duplici ansa præmunitos.

Lances, pateræ, scutellæ, patellæ, modo ansatæ, aliquando verò manubrio destitutæ, vel patulæ omnino, vel limbo introrsum reclinato, fere mille modis alteram classem constituunt. In hæc vasa sacri liquores, vinum, mel, sanguis, lac, & similia, quæ mortuis tribuebantur, infundi solebant.

Alteram classem excipiunt gutti. Vasa minoris molis undique clausa, nisi quod arcto infundibulo superne munita sunt, per quod immissus liquor per eandem quoque viam rursum refunderetur. Horum nonnulla altero quoque foramine prædita sunt, rursumque alia non uno, sed multiplici minutissimo, taliter ut si aqua per infundibulum in hæc vasa immittatur, per ea foramina in exiguos rivulos distillet, ut irrorationem potius, quàm aspersionem facere videatur. Horum Instrumentorum usum fuisse credo, ut asperginis officio fungerentur, præcipue ad aquam lustralem minutatim supra corpus mortui emittendam, aliosque liquores Sacros supra reconditos cineres effundendos; nam aliquando unum ex his invenire datum est; aliquando plures atque simillimos, ut nuper contigit circa Tudertium fines, unde duo pares gutti ex eodem sepulcro eruti, ad me delati sunt.

Ultimum locum obtinent ampullæ qua vitreæ, qua fictiles, qua ansatæ, qua ansulis destitutæ, qua longo collo præditæ, qua productiore ventre, & brevi collo munitæ, quæ forma fictilibus, quæ in Etruscorum sepulcris inveniuntur, frequentius manet.

Ad hæc capita plerumque fictilia vasa, quæ in sepulcris inveniuntur, reduci possunt, quæ juxta diversos usus distinguenda putavimus: nam forma, & moles semper incerta est, nec constans inde regula sumi potest ad illorum delectum habendum.

TAB. LXXVII, & LXXVIII.

Vas, & patera argentea.

EX instrumentis sacrificalibus, quæ antiqui pretiosissima, & magnæ molis habuerunt, ut constat ex Pausania, Cicerone non uno in loco, & Scriptoribus fere omnibus, hoc unum ex argento nobis manet, cæteroquin ipsa reluctante materia, quæ quia pretiosa perennitati obsuit. Pateras duplicis generis Etrusci habuerunt, ansatas, & sphæricas. Primæ æquo fundo distentæ erant, hæ verò prominente umbilico. Usus illarum, quæ manubrio instructæ erant, pene domesticus fuit; nam illis libant in Etruscis picturis fœminæ, quæ familiaria sacra obeunt. At in sacris publicis nullum illarum usum fuisse demonstrant vetera Deorum, & Sacerdotum simulacra anaglypha, in quibus sacrificia exhibentur, & instrumentorum sacrificalium apparatus in templorum Zoforis, & parietibus insculpti, in quibus pateræ nunquam ansatæ sunt. Sed ne ab Etruscis discedamus, pateræ universæ in urnis exculptæ, vel imaginibus mortuorum attributæ, vel sacrificulis, omnes sine ansa sunt; ex quibus constantissima elicitur regula, has in sacris publicis, & funeribus fuisse adhibitas, cæteras autem in privatorum usum rejectas; Nec placet differentiam a diversitate Populorum desumere, ut pateræ orbiculares fuerint Thuscorum, ansatæ vero Campanorum, in quorum vasculis frequentius depictæ apparent: nam & in publicis marmoribus, quæ passim in Campania occurrunt, pateræ semper, ut in cæteris Thuscis & Latinis rotundæ sunt, nec in ullo unquam publico monumento ansatas invenias. E contra Latini pateras ansatas habuerunt, cum ex illis multæ latinis litteris scriptæ videantur. Differentia igitur non a loco, non a tempore, sed a diverso usu expetenda est, & omnia recte consentient.

Patera igitur, quam hic expressam observamus, ex illis est, quæ in publicis sacris adhibebantur. Imagines vero in illa exharatæ describi potius, quàm explicari valent; vix enim puto sensum aliquem inde erui posse. Interior linea novem sues, & singulas totidem arboribus distinctas habet. Subulcus flagello, & veruto armatus, molosso subsequente, pecus custodit. Super canem vero avis volitat, cujus sensum explicare non est in promptu. Linea intermedia tresdecim tauros habet, & si mavis boves tauris commistos pariter totidem arboribus distinctos. Bubulcus vero cum simili flagello, & conto munitus, illos agit. Post bubulcum alter canis subsequitur, cui avis supervolitat.

Extima linea octo equites hastatos exhibet duobus peditibus cum conto singulis praeeuntibus. Omnes vero praeit Tubicen pariter hastatus.

Quae in hac patera expressa sunt, videntur exprimere aliquam sacrificii praeparationem: nam Tauri, & sues ad sacrificia pertinent. Equites vero, & pedites buccinatore praeeunte vel ad aliquam militiae lustrationem, & castrensem expiationem, quae sue, ove, & Tauro facienda erat, seu potius ad aliquod Martis sacrificium in quo & armata saltatio interveniret, & equitum decursio. Haec omnia manifestius explicat alia pompae delineatio, quam in olla argentea, quae una inventa est, intuemur. Quae vero in patera magis remote ad sacrificium pertinet, rursus in hoc vase magis de proximo ad sacrum accedit: nam constituta in medio ara illam hinc inde adeunt gemini nudi Ludiones, qui decurrere potius, quàm incedere videntur. Ludiones, seu Salios inermes sequuntur hinc inde tybicines pares tybias inflantes. Inde vero Salii armati clypeo, galea, & duplici hasta, qui agili motu in altum prosiliunt. Sequuntur victimarii ovem, & porcum humeris convectantes. Dein cistophorae geminae, quae arcam Sacrorum custodem capite deferunt. Hinc inde eques flagello equum agitat. Pedites subsequuntur pari cum primis armatura, qui sex in totum numerantur. Quaterni cristatam galeam habentes, bini cornigeram. Inferior vasis linea subuculos alios, tybicines, & canes repraesentat. Omnia igitur, quae in hisce Instrumentis observantur, ad Sacram aliquam saltationem referuntur. Haec vel ad Deos, vel ad mortuos spectabat. Utrisque convenit ara in medio pompae posita. Quod hujusmodi saltationes in funeribus celebrandis adhiberentur, multis ostendit Vignolius *ad Columnam Trajani*. Sed non modo in funeribus, verum etiam in annuis parentalibus haec solemnia adhiberi solebant. Credunt enim plerique Eruditi armilustrium in honorem Tatii Regis fuisse institutum, cui *Civitas expensis publicis anno quolibet illi parentabat, ut ait Dionysius Alicar. lib.* II. Ipsum vero ad armilustrium fuisse a Romulo tumulatum refert Plutarchus in Romulo. Hoc vero Armilustrii Sacrum dictum putat Varro *de Ling. lat. Ab eo, quod in armilustro armati Sacra faciunt, nisi locus potius dictus ab Heis. Sed quod de Heis prius, id abluendo aut lustro, idest, quod circuibant ludentes ancilibus armati:* Et Paulus Diaconus Festi abreviator: *Armilustrium erat apud Romanos Festum, quo res Divinas armati faciebant, ac dum sacrificarent tubis canebant:* Ubi Scaliger Longobardum scriptorem criminatur, quod tubas pro Classico dixerit; nec enim fas extitisse putat, aliter quam Classico exercitum convocari; quasi novum sit scriptores etiam melioris aevi tubam pro Classico usurpasse. Hinc Virgilius: *At*

At tuba terribilem sonitu procul ære canoro
Increpuit . . . .

Vulgatumque est illud Horatii de Ennio, qui *ad tubæ sonitum Taratantara dixit*.

In Sacris vero frequentissima erat saltatio. Servius in Eglog. v. vers. 73. *Ideo in Religionibus saltabant majores, quia nullam corporis partem esse voluerunt, quæ non sentiret religionem*. Omnium vero potissima inter sacra Saliorum saltatio fuit, quam ita describit *in Numa* Plutarchus: *Movebantur eleganter, celeriter, atque confertim orbes implicantes, & evolventes, multumque in eo roboris, & agilitatis ostendentes*. Immo tibiam in eo motu adhibitam testatur Dionysius lib. II. *Ad tibiam Pithemico motu in armis sese rotant, nunc simul, nunc per vices*: quæ postrema verba adeo hujus nostri vasis lineamentis respondent, ut facile conjectari possimus, hæc instrumenta adhibita fuisse ab aliquo Saliorum Collegio, ex iis, quos in Etruria fuisse Viri docti conjectant.

Lemma PLIKAMNAM duplici loco repetitum explicavimus in nostris *Roncaliensibus*, satis plana derivatione a græco Πλῆγμα saltus: unde *Plicamnam* quasi saltatio. Ut enim in pateris nomina Deorum scribebantur, quanquam hi ex lineamentis innotescerent ex quodam religionis instituto, ut expressius distinguerentur, quibus illæ forent dedicatæ, ita minime superabundat in hoc vase nomen cæremoniæ, in quam illud destinatum, ac dicatum fuisset. Fortasse ea vox acclamationis erat in Sacris illis usurpata, ut in Saturnalibus conclamari solebat teste Macrobio 10. SATVRNALIA.

Post hæc scripta relatum est prætiosissimum hoc monumentum male mulctatum fuisse a latrunculo, qui pateram subtraxit, atque conflavit. Hanc calamitatem ex parte reparavit diligentia Cl. Bonarrotii, qui illius imaginem æri incisam publici juris pridem fecerat. Ejus vero jacturam compensat alia patera argentea longe majoris ponderis cum imagine Herculis Leonicidæ, quam sibi comparavit, & Museo suo addidit Cl. Comes Jo: Baptista Pighinius Patricius Forocorneliensis, mihi ob egregias virtutes, & singularem humanitatem apprime carus.

TAB.

TAB. LXXIX.

VIR IN LECTISTERNIO DECUMBENS

In Urna Perusina.

CUM Etrusci mortuorum imagines super Ossuaria efformabant illas in lectulis reclinatas, & cænantium habitu, & cultu exprimere solebant, sertis & corollis adornatas, ut ita exprimerent beatam illam, ac deliciis plenam vitam, quam illorum animas in Elysiis frui reputabant; & hæc hactenus fuit eruditorum sententia. Aliam priori subjungemus, fuisse nempe defunctos ad instar Deorum veneratos, quibus Lectisternia tribuebant, imo & epulum, & sacrificia nomine tantum ab his, quæ Cælitibus offerebantur, discrepantia, quin & pateras Deorum more in illorum manibus collocabant. Audiamus Tertullianum *in Apolog.* Cap. XIII. *Quid omnino ad honorandos Deos facitis, quod non etiam mortuis vestris conferatis; ades proinde, aras proinde, idem habitus, & insignia in statuis. Quid differt ab epulo Jovis Silicernium, a sympulo Obba?*

Exemplum hujus superstitionis observamus in hoc Ossuario, in cujus fronte defunctæ Mulieris imago sculpta est in Lectisternio reclinata, & ministris circumstantibus, altero nempe cum ferculo, seu lance escaria, postremo cum vase, & capeduncula ad vinum propinandum.

Parietem ornat fertum non ex floribus, aut frondibus constans, sed ex lana carminata, leniterque contorta, quemadmodum Sichæi sepulcrum describit Virgil. *Æneid. IV.*

Velleribus niveis, & festa fronde revinctum.

& Ovid. *Heroid. VII.*

Est mihi marmorea sacratus in Æde Sichæus
Appositæ frondes, velleraque alta tegunt.

Inscriptio AV. TVRMNA. AR. MAVSI duo nomina exprimit uxoris & viri, nempe *Aulam Turmniam conjugem Arrii Mausi*. Imaginem vero mulieris esse non viri ostendit contortum capillitium viris inusitatum. Cæteroquin mulieres etiam seminudas in Urnarum operculis effingebant Etrusci: quod frequenti exemplo comprobatur, veluti quæ e somno surgerent ad sacrum epulum invitatæ, mox in somnum rediture.

TAB.

TAB. LXXX. n. I.

BACCHANALE

In Urna fictili Elusina.

BAcchi antistita, passis de more crinibus, & ferulam continens sedet in sella, cui culcitræ loco hinnulea pellis substrata est. Bacchus barbatus de more adstat velo sacro adornatus, quo & Baccha, quæ manu elata aliquid Baccho annuntiat. Ex alio latere Fauni ludentes expressi sunt. Hunc eundem typum sæpe depictum animadverti in ejusdem nationis vasculis, quorum schemata brevi in lucem prodituri sumus.

TAB. LXXX. n. 2.

SCYLLA IN URNA MARMOREA

Nobilium de Angelettis.

ID anaglyphum mire explicat Ulyssis infortunium, quum per Siculum fretum transvectus, Scyllam infensam expertus est. Hanc sibi vitandam monuerat Circes, Odysseæ XII.

Medio autem in scopulo est spelunca obscura
Versus occasum ad Erebum conversa, qua vos quidem
Navem concavam dirigite illustris Ulysses.
Neque ex navi cava Juvenis vir
Arcu jaculans ad cavam speluncam perveniat.
Hic autem Scylla inhabitat, graviter vociferans:
Hujus profecto vox quidem, quanta catuli Leonis
Fit; ipsa autem monstrum ingens, neque quisquam ipsam
Lætabitur conspicatus, neque si Deus obviam veniret.
Hujus atique pedes sunt duodecim omnes fœdi,
Sex autem illi colla prælonga, in singulis autem
Horrendum caput inest, oblongi autem dentes
Densi, & frequentes pleni nigræ mortis;
Media quidem per speluncam cavam immergitur,
Foras autem porrigit capita gravis barathri.
Hac nondum unquam nautæ illæsi gloriari possunt
Prætèrnavigasse cum nave: aufert enim singulo capite
Virum abripiens ex nave rubricata.

Hor-

Horrendam hanc monſtri ſpeciem mitigarunt veteres Etruſci, qui ad elegantiam ſculpturæ ſervandam pectore tenus puellam confinxerunt: inferne vero in geminos ſerpentum caudas deſinentem commenti ſunt, quæ forma Titanibus, atque Gygantibus communis fuit. Hanc vero formam, utpote ſculpturæ magis accommodatam, non modo Romani, ſed etiam Orientales excepe. runt: ut conſtat ex nummo Tarſenſium maximi moduli in *Muſeo Farneſiano* Tom. IV. Tab. XXII. n. 1. & ex alio nummo argenteo S. Pompeii, ut obſervavi ad Lucernam XLVII. domeſtici Muſei Tom. I. Quam poſteriorem imaginem ſequutus eſt Virgilius *Æneid. III.*

At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris
Ora exertantem, & Naves in ſaxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus, poſtrema immani corpori piſtrix
Delphynum caudas utero commiſſa luporum.

At nihilominus quanquam ſibi Ulyſſes præcaveret, ubi ad hujus Monſtri latebras appulit, evitare non potuit, quin illa erumpens ſenis capitibus totidem illi ſocios abriperet.

Interea autem mihi Scylla cava ex navi ſocios
Sex abſtulit, qui manibuſque, virtuteque optimi erant.
Dum vero intueor in Navem velocem ſimulque ad ſocios
Jam horum cognovi pedes, & manus ſuperne
In altum levatorum, me autem compellebant vocantes.

In hiſce vero Etruſcorum anaglyphis frequenter obſervantur iidem Ulyſſis ſocii, qui ſpiris ſerpentum circumvoluti, indiſſolubiliter colligati, animam efflant. Qui vero ex iis quodammodo armis videtur monſtro reſiſtere, illum elato navis gubernaculo, impetit, atque confringit. In hoc vero Monumento antiquus ſculptor facem ardentem huic monſtro attribuit, quam in obſtantes Græcos contorquet, ni fortaſſe detrito marmore pictor hiſtoriæ ignarus faculam pro gubernaculo uſurparit, ac nobis obtruſerit.

Inſcriptio

LA. SENTINATE ATVNIAL

Facile reddi poteſt *Larti Sentinati Atunia Filii*, ſive *Antonia*.

TAB.

TAB. LXXXI. n. I.

THOANTIS MORS

In Marmore apud Nobb. de Gaddis.

VEritatis ſtudioſi eum ſuam in re obſcura proferunt ſententiam, alienam non diſſimulant, ut idonei rerum judices potiorem eligant, vel ad alia perſcrutanda incitati proferant meliora. Putarunt viri docti ſub hujus marmoris typo, in quo vir panno involutus aræ adſtat victimæ loco jam jam mactaturus, aliquod de initiis Mithriacis contineri, in quibus probationes illæ fictis quibuſdam terroribus perfici ſolebant. Hujus ſententiæ fuit etiam Anteſignanus noſter, cujus fidem ſequuti non pauci, nec temere, nec incaute multa, & per quam docte, de Thuſcorum Mithriacis myſteriis tradiderunt. Hos minime contraire auſim, & doctrinam veritus, & auctoritatem. Unum tamen non modice turbat, cum tantam in Italia antiquitatem initiis illis attributam videam, quum plerumque receptum ſit, nullam illorum mentionem haberi ante tempora Antoninorum, ut notavit Doctiſſimus Matthæus Ægyptius *ad Senatus Conſultum de Baccanalibus* ſub n. III.

In Diſſertatione *de Rege Nemorenſi* conjecturam alteram protuli, nempe referri in hac ſculptura Regem Nemorenſem coactum pro Sacerdotio ad aram Dianæ Aricinæ decertare adverſus eos, qui dignitatem appeterent. Fateor tamen præſentem hunc typum longe diſtare ab aliis, in quibus id factum exprimitur: nam in illis, qui depellitur, acriter cum competitore decertat; hic vero, qui aram conſcendit, veluti ex inſidiis adortus, omnino inermis eſt, & veluti ſupplex. Mihi propterea arridet ſententia, factum alterum ad eamdem religionem pertinentem, ſed longe antiquius hic exhibere, hoc eſt, Iphigeniam in Tauris una cum Oreſte fratre Thoantem Regem obtruncantem. Fabulam habes deſcriptam apud Ovidium *Triſtium* lib. IV. El. IV. & *de Ponto* lib. III. Eleg. II. Refert enim Iphigeniam ex Aulide, ubi mactanda fuerat, tranſlatam in Tauricam fuiſſe Dianæ Sacris addictam, quæ humanis victimis perficiebantur, quo cum appuliſſet, Oreſtes ejus Frater, & Pilades, ſactificio a Barbaris addicti, ubi ab Iphigenia cogniti ſunt, ſurrepto Dianæ Tauricæ ſigno, una fugiiſſe, donec in Italiæ littora perventi, ſimulacrum illud in Aricino Nemore collocarint, ubi diutiſſime aſſervatum eſt. Servius vero in II. *Æneid.* v. 116. addit ab Oreſte Thoantem occiſum, & confirmat ad Librum VI. verſ. 136. Hyginus vero Fab. 120. & 121. ait: *Et Chryſen, & Oreſtem occidiſſe Rege Thoantem.*

Huic posteriori opinioni videtur subscripsisse artificem hujus marmoris, qui Oresti jam perfectæ ætatis viro, juvenem adjungit Chrysen longe post ab Agamemnone ex Chryseide profectionis Trojanæ tempore susceptum, qui post Templi ostium latet. Interim Thoas jam senior regio amictu insignis, dum sacrificium expectat, ab Oreste agressus, ad aram supplex aufugit, illum vero ex alia parte adorta Iphigenia, gladio percutit.

Mulierem alatam Dianam dicere possemus, veluti facinus probans ad sedes meliores migratura. Talem non uno in loco depingit nobis Pausanias, præsertim vero in Cypseli arca. At quia ejus habitus omnino respondet Geniis, quæ passim in his sepulchris insculptæ sunt, non aliam esse, quam unam ex his dicendum est, veluti parergi loco additam, nihil comune habens cum fabula.

T A B. L X X X I. n. 2.

THOAS AB ORESTE OCCISUS

In Urna Marmorea apud Nobb. de Gaddis.

HOC marmor continet argumentum fere superiori consimile, Pilades, & Orestes Sacrificio destinati; propterea que nudi strictis gladiis Thoantem, qui sceptro insignis sacrificium præstolabatur, adoriuntur. Diana Taurica seminuda inter utrumque consistit, illos veluti confirmans, a quibus in Italiam deducenda esset. Thoantis armiger arrepto gladio, Oresti atque Piladi minatur mortem, horumque alterum facile confodisset, nisi Iphigenia Fratri opitulata eundem armigerum continuisset; in quibus variorum affectuum expressionibus mirum in modum excelluerunt Etrusci, qui historiæ veritatem cum hisce artis auxiliis, &, ut ita dicam, illecebris, atque leporibus mire conjunxerunt.

T A B. L X X X I I. n. 1.

PROSPECTUS CRYPTÆ SEPULCRALIS

Apud Falarim.

HActenus creditum erat, Etruscos nonnisi combustos fuisse tumulatos, cum fere semper eorum reliquias in Ossuariis aut Cinerariis inventas observaverimus; humasse vero nondum credebatur. Sed & istam sepeliendi formam illis stetisse, nuper

nuper compertum est, inventis passim in agro Tuderte cadaveribus intra tegulas conditis, quarum quæ caput custodiebant, literis Etruscis graphio signatis insignitæ erant, aut si latinis, formæ tamen, ac dialecti ad Etruscam accedentis, quarum multiplex mentio est in *Diario Antiquitatum* illius Populi, a solertissimo, ac cultissimo Jovannellio descripto, qui etiam aliquas ex his integriores ad Cl. Oliverium mittendas curavit. En alterum humationis Etruscæ exemplum in sepulcro loculis pleno, in quo integra cadavera disponerentur. Ne vero quispiam obiiciat potuisse loculos in solido sepulcro, quantumvis Thusco, a Christianis excavari, quibus diu stetit hæc ponendorum cadaverum forma, in qua veterum Hebræorum morem sequuti sunt: nam plura hujuscemodi in Tarquiniensi inventa fuere notis ac picturis Etruscis adornata præter ea, quæ fœdè corrupta, vidi anno 1715. in eodem agro Tuderte ad Sanctos Geminos. Constat enim eosdem populos sæpe in hoc studio morem mutasse, prout philosophiæ dogmata circa animarum statum pervertebantur.

Loculo hujus cryptæ præcipuo, atque tutiori, in quo sepulcri conditor sedem sibi delegit, imminet inscriptio:

LEI. VELITHAR. AITS. VTHLIC

Nomen illius continet, nempe *Lei*, seu *Lai*, aut *Lelii*, Velitis, seu Velitaris viri. Cætera intentata linquo, cum præsertim lectio, ut fere semper, dubia sit.

TAB. LXXXII: n. 2.

Urna Gorgone ornata.

Ossuarium hocce idem ipsum est, quod supra illustravimus inter *Parerga* num. VIII. Recurrit iterum idem marmor alterius possessoris nomine insignitum, auctumque operculo ex alia urna oscitanter mutuato, repugnante imagine mulieris jacentis inscriptioni incisæ in fronte Arculæ, quæ virum notat, quam exposui loco citato. Notandum est in hoc Matronali simulacro decus anuli, quod iterum notatur in alia mulieris imagine infra in Tab. LXXXVI. quod raro observatur in hisce imaginculis haud obscuro indicio vel sacerdotii, vel eximiæ nobilitatis.

Pomum punicum, quod dextera continet loco pateræ, aliquid arcanum continet. Sacrum id maxime erat Junoni, ut notavi ad librum tertium *Veterum Lucernarum*, quo symbolo vel Sacerdotii

peculiaris decus indicatur, seu potius mulierem hanc vita functam, veluti Junonem habendam esse, præsumptione apud antiquos familiari, qui defunctos suos veluti Deos venerari gestiebant. Ita frequenter Aquilæ insculptæ sunt in hominum titulis, & Pavones in mulierum sepulcralibus Cippis, illos in Joves, hos in Junones stultissime transformando.

Sub triplici specie, & ornatu mulieres in hisce urnulis repræsentantur. Aliquando tunica, & stola indutæ, & passim velato capite veluti sacrificantes. Aliquando nudæ, & jacentes in lectulo veluti dormientes una sindone coopertæ. Demum quandoque seminudæ sedentes, & veluti e somno ad epulum excitatæ.

TAB. LXXXIII.

Cineraria Etruscorum rudiora.

PRætermittenda non erant veterum Etruscorum Cineraria, quanquam rudiore Minerva elaborata videantur: nam licet illa sculpturæ honor non commendet, literis tamen vel incisis, vel depictis non mediocriter decorantur. Horum enim Inscriptiones aliquale lumen ad linguam illam indagandam impertiuntur.

I. Olla hæc cineraria inscriptionem habet LAVLME, quam nos, si initialem interpungamus, & syncopen suppleamus, interpretabimur *Larthi Auleme*.

II. Non dissimilis olla inscriptum præsefert:

V. VESCINI. VELIATHV. EPNEI.

Hoc est, *Vibi Vescinii. Velii Vescinii Epnei*.

III. Tertia urnula hac epigraphe insignitur.

VELIA. NVAISIAE. VPANISA

Hoc est, *Velia Nuæsiæ filia*. Postrema vox, vel cognomen est, vel nomen illius, qui sepulcrum faciendum curavit.

IV. Urnula marmorea, cui inscriptum legitur:

ARNVA PETRNI TETINAL. A.

Nempe *Arnua Petrunii Tetini Uxor Alisa*, vel *bonæ memoriæ*. Hic quoque occurrit consueta syncopes alibi notata, per quam intermittitur litera V post literam R cui plerumque duplicem sonum RV ex usu attributum fuisse videtur.

V. Quæ

V. Quæ in fronte hujus Cinerarii inscriptiuncula signata est VA. IEKRIA. prænomen, & nomen retinet. At quale prænomen indicatum sit, ignoramus; fortasse priores siglæ *Valerium* notant *Jecbria* matre natum.

VI. Hæc urnula cum bilingui inscriptione multum olim torsit Eruditorum ingenia, qui in inscriptione latina Thuscæ sensum explorari posse crediderunt. Ego unam ab altera ex ætate, & sensu discrepare constanter credo, quanquam utraque ad familiam *Folniam* pertineat. Nos unam alteri subiiciemus.

AELIE. FVLNI. AELIES. CIARTI. ALIS.

Q. FOLNIVS A. F. POM. FVSCVS

Prioris Etruscæ sensus est *Aeliae Folnii uxori Aeliae Ciartiae filiae, Bonæ Memoriæ*. Ciartiam vero gentem memorant nobis inscriptiones apud Fabrettum, CIARTIÆ PVBLI FILIÆ CHRESTÆ: & apud meritissimum Gorium inter cæteras *Etruriæ Urbium* pag. 316. CIARTIÆ LVCI FILIÆ PROCVLÆ. In hac vero inscriptione latina *Pom.* Tribum *Pomptiniam*, in qua Q. Folnius censitus erat, significat; novum vero minime est cineres cineribus immixtos, vel insignum benevolentiæ, vel quia aliquando cum incommodum esset, novam Urnam comparare in alia, quæ ex jam reconditis capacior esset, recentes cineres inferebantur. Sic *Odisseæ* postremo libro Ossa Patrocli cum Achillis cineribus commixta legimus.

VII. Id Cinerarium has notas servat:

LTH: VESTINI SATRIAT

Larthi Vestinio Satriati postrema dictio vel Patriam, vel prænomen significat.

VIII. En altera epigraphes urnulæ incisa:

TITI ARNTHAL VRINATE

Tito Aruntis Urinatis filio.

IX. In hac lamella ærea *Cilniæ* gentis apud Thuscos celeberrimæ mentionem non obscuram invenio, licet solitis sphalmatis obnoxiam.

CILMANM. E. PRETHNSA

Ego *Cilniam* incunctanter intelligo; at lamina undequaque diffracta, quid sibi velit cætera inscriptio, divinare non valemus. Consimiles Laminæ inscriptæ sacris arboribus affigi solebant, ut de ilice Vaticana testatur Plinius. Vox extrema PRETHNSA ad auguralem disciplinam pertinet: uti *prætendere, portendere, ostentum, portentum &c.* Arbores quoque fulguritæ, quia statim religiosæ, indiciis discretivis signabantur.

X. Usum

X. Usum tegularum sepulcralium apud Etruscos pluribus explicavimus in peculiari Dissertatione, quæ *de Tegulis Buccellianis* inscribitur; ut enim oculati testes asserunt, excavatis in sepulcrorum parietibus forulis, in illis urnulas recondebant, adjecta forinsecus tegula calce obfirmata, quæ loculum ab omnium aspectu removeret, inscripto forinsecus mortui nomine. In hac legitur

VEL IESTE LASAL.

Velio Jestæ Lasiæ Filio. Juvenile caput obsignatum in tegula, dum in Argilla adhuc recente impressum sit, inter figulinarum sigilla computandum censeo. Si vero, jam cocta exaratum graphio, ut frequenter se habent Etruscæ tegularum Inscriptiones, ad ea signa pertinet, quæ posteri in illis ad libitum imprimebant, ut faciliori negotio unius reliquias a cæteris distinguerent in annuis parentalibus.

TAB. LXXXIV.

Cineraria.

I. PRioris urnulæ typum alibi explicavimus. Inscriptiunculam ita verterem

LTH. VELCIALV. VIPINAL. LVPV.

Nempe *Larthis Velcii Vipina nati Sepulcrum*. De voce LVPV videnda, quæ præmisimus in *Roncaliensium II.* pag. 383. & in Dissertatione de *Etruscorum sepulcris* pag. 151.

II. Cinerarium, in cujus operculo scriptum est

MANC. ELAIEI. TITIAL

Positum puto *Manio Elio Titia Filio*. In hujus inscriptionis prænomine peccatum est ab Amanuense; nam puto in Marmore scriptum fuisse MARC. sive MANI. Observandæ sunt in fronte hujus Urnæ geminæ pueriles Bullæ in formam cordis efformatæ, cujusmodi unam deauratam Tuderti in sepulcro inventam in Museo nostro asservamus. Sunt qui putent, duplicem seram exprimere, vulgo *lucchetti*, ad imitandam arcularum formam, quæ in penetralibus reponuntur cum supellectili pretiosiore.

III. In fronte hujus Cinerarii mensa apparata est in usum cænæ funebris, parergon gratissimum defunctis. Superne abacus conspici-

spicitur cum ordinata serie patellarum, quæ in formam Rosæ confictæ sunt, nisi velimus Rosas exprimere, quibus defuncti delectari putabantur. Gryphes superne volitantes ornamenta sunt frequentia in sepulcris, de quorum symbolo pluribus disseruimus in *Antiquitatum Tudertium* libris. Lemma inscriptum

AVLEM . M . ARCNI . ARNTH . ALISA.

Explicari potest *Aulo Marci Arcunii Aruntis bonæ memoriæ*. Notabilis est hæc inscriptio, in qua defuncto paternum nomen apponitur: nam frequentius nomine materno utebantur, ut demonstravi in Dissertione *de Tegulis Buccellianis*.

IV. Fragmentum operculi alicujus ollæ continet memoriam *Rantis Marci Ælii*: hoc enim indicat inscriptio:

RAMTHA . M . E.

Rursus RAMTHA ELVE inscriptum legitur in Cippo producto in Dissertatione *Bonarotiana* pag. 99.

Sub eodem numero continetur imago alterius operculi cum hisce notis more latino a sinistra in dexteram vergentibus:

VEVACELNAAESI . ALISA.

Ultimam vocem separavimus, quia notissima est, & pertinet, ut sæpe vidimus, ad formulam sepulcralem. Quod reliquum est, nomen utique personæ defunctæ complectitur difficile dissolvendum spectat. Fortasse ad mulierem nomine *Vevacelnam Esi Filiam*, sive *uxorem*. In inscriptionibus Etruscis Perusinis, quas exscepit comes Gabriel Gabrielius Patricius Eugubinus, e cujus schedis illas exscepit Cl. Oliverius, mentio occurrit Familiæ *Esiæ*, ut ex sequenti titulo:

AVTET . ESVM . ACHVNI.

Iterum ex alia urna apud Gorium *Mus. Etrusc.* Tom. I. Tab. CXCI.

LTH . ARNTNISCAL . ESA . PATISLANIA

V. VI. VII. VIII. Hæc urnarum fragmenta nihil aliud notatu dignum præsetulerunt, nisi consuetas Genias alatas propriis sibi instrumentis sacrificalibus instructas malleo, & secespita. Harum duo hastas seu virgas longiores retinent, quas Lari domestico tribuebant Etrusci, ut patebit ex picturis illius nationis in vasculis, eratque velut

lut insigne illius officii, quod in tutela domus versabatur adversus latrones, quemadmodum Lares publici adversus hostes armati fingebantur. Lares autem domestici, & virili, & fœminea specie colebantur. Quia vero in hisce fragmentis facile ad nuptias alluditur, videndum est an Virgæ illæ alludant ad *Hastam Velitarem*, cujus officio novæ nuptæ crines dividebantur ob auspicium fortitudinis in filios transmittendæ.

TAB. LXXXV. n. 1.

URNA, IN QUA EXPRESSI SUNT VIRI AMPHORAM RECONDENTES

In Urna Perusina apud Nobiles Meniconios.

CRedunt nonnulli, ad ritus sepulcrales referendam esse hanc imaginem, in qua nihil deprehendunt, nisi servos cinerariam amphoram recondentes. At Amphoræ hujus formæ, quæ in acutum cuspidem desinunt, hujusmodi sunt, quæ ad vinum servandum destinatæ erant: vinum enim cum defossa in hortis scrobe sepelirent, ne dolia temporis successu dilaberentur, acuto cuspide muniebant, ut humori infixæ constantius starent: Vasa vero hujus formæ nunquam adhuc ab Etruscis destinata cineribus agnovimus. Putarim igitur ad Bacchi Sacra hunc typum pertinere, quæ omnium aptissima judicabantur, quæ in sepulcris insculperentur. Inscriptio

LA. CAI. LTHTAVE. PVLLM. SVRNIAL.

Multiplici mendo scatet, quam divinando sic verto. *Larthi Cai Octavii Polli Surnia nati.*

TAB. LXXXV. n. 2.

URNA GEMINA MONSTRA ALATA REFERENS

Apud Nobb. Meniconios.

MOnstra, quæ in hoc anaglypho sculpta sunt, valde Gryphis assimilantur, nisi quod uni Leoninum, alteri vero Equinum impictum est caput, ut recte Pegasum dicere posses, nisi pedes unicuique Leonini essent. Puto sculptorem vere Gryphium imagines exprimendas sibi proposuisse, sed vel artis imperitia, vel vitio marmoris subinde corrupti, citra sculptoris mentem

tem ex oscitantia delineatoris hæc monstra irrepserunt. Non est tamen sine exemplo gryphibus Leoninum caput fuisse adjectum, cujus monstrosæ feræ specimen exhibet Lucerna Musei mei elegantissima, rursumque antiqui operis tegula anaglypha, quæ in tertio *Veterum Lucernarum* libro publicatæ sunt. At diligenter ea imagine ad examen revocata, ea præcipue, quæ in tegula absolutissimi Operis majori mole constat, facile deprehenditur, unum, atque idem caput referre lineamenta capræ, & leonis, & draconis artificiosissime simul commixta, quo ingeniosissimo invento putavi Romanos Chymæram exprimere voluisse a communi imagine differentem, quæ Capellam ex Leonis tergo assurgentem, repræsentabat. Referamus inscriptionem huic Urnæ appositam, quæ quia ternis lineis constat, facile suspicari potest, lineam tertiam ex intervallo additam, cum alterius mortui cineres in ea conditi sunt. Duplex enim mihi videtur continere titulum. En primum:

CAI CRECKE

THVTH MNAM.LAVTNI

Hoc est *Cajo Creco Turmnae Lautni filio*: nam in Turmnæ nomine O pro Ɑ irrepsit. Altera Inscriptio interpolata habet:

VEILIA.....ETH....... ATHEIN.CAIAL.

Quam verto: *Velia...... Atiniae Cai. F.*

TAB. LXXXVI.

URNA FICTILIS

Florentiæ apud Bonarotios.

HUjus Urnæ parergum in quo Eteocles, & Polynices mutuis vulneribus sese confodiunt, supra explicavimus. Singulare tandem est in hac, & sequenti Urna, quod una viri, altera uxoris reliquias contineant, atque una simul post tot rerum discrimina adhuc constante societate in eodem *Musæo Bonarotio* asservantur. Inscriptio ita se habet:

TANA TIRTINIA CAIMLINIS.A.

Nihil illa planius si intelligamus Caimlinium fuisse ejus virum, qui in sequenti Urnula memoratur. Postrema A initialis est vocis ALISA *æternæ memoriæ*.

TAB. LXXXVII.

URNA FICTILIS

Florentiæ apud Bonarotios.

INsidet urnæ vir lanea corona redimitus, similique serto e collo profuse dependente adornatus, & anulo insignitus, qui Deorum more pateram stringens sacra expectat. Urna ex eodem typo prodiit, quo & altera in Tabula LV. hanc vero fideliorem reddo, utpote sub oculis solertissimi possessoris delineatam: Inscriptio

LARTHI . CAIMLINI . AVLEM . VETN . ALISA

Ita verti potest: *Larthi Caimlinio* fecit, vel posuit *Aulus Vetnius memoriæ causa*; duas enim hic video enunciari personas, & prænomine, & nomine diversas.

TAB. LXXXVIII.

Pictura Cryptæ Cornetanæ.

UBI primum hæc crypta prope Corneti mænia detecta fuit, & in illius picturis observata fuere alata numina circumcursitare, & quasdam virorum imagines ex alto dependentes quibusdam veluti suppliciorum instrumentis, & facibus devexare, creditum est repræsentari in illis animarum corpore dissolutarum tormenta, quibus anteactæ vitæ scelera luere cogebantur. Hinc vulgo dictitari cæpit, fuisse apud Etruscos a Majoribus perenniter traditam opinionem de animarum immortalitate, ac Deo justo scelerum vindice. Sed meo judicio aliquid longe diversum hæc pictura exprimit. Quis enim per Deum Immortalem in familiari sepulcro, ubi suorum reliquias non modo recondi, verum etiam quodammodo in imaginem Templi religiosis honoribus venerari prægestiebat, inferni pœnas, & damnatorum in tartara crudeles cruciatus tristi omine depingi voluisset?

Duplex igitur occurrebat verisimilior explicatio, quæ non modo picturæ lineamentis apprime respondebat, verum etiam & pietati non repugnabat, quin illam quisque in Patrio sepulcro admitteret; nam licèt antiqui multa de mortuis suis præsumerent, ut Divinis honoribus eos condecorarent, passim illis lectisternia, & fili-

& silicernia adtribuendo, cum Aris aliisque religionis adtributis, cognoscebant tamen ineluctabilem esse legem illam, qua nihil coinquinatum ascenderet inter Deos. Hinc admistæ sunt intermediæ quædam sedes, in quibus piorum animæ reliqua humanitatis contagia ventilationibus quibusdam paulatim depellerent, & purgarent: ut Virgilius *Æneid. VI.* scriptum reliquit:

Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt, aliæ panduntur inanes
Suspensæ adventos, aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Quæ supplicia, ut vitarent, adinvenerunt expiationes quasdam, quas adhibita aqua, tæda, & sulphure futuras illas ærumnas imaginaria castigatione præsumpta depelli reputabant. Hæc igitur, ni valde fallor, repræsentant viri illi nudi ex alto suspensi, quibus alatæ quædam potestates circumvolitantes, & tædas admovent, & pateras, & ignota quædam nobis Instrumenta, quibus forte in usum incendendi sulphuris utebatur.

Sed omnium mihi magis arridet opinio repræsentari hic Compitalia, quæ Laribus Infernis Diis sacra erant. Cum enim recurrerent eorum sacra circumcursitare Urbes, & compita reputabant furiali quodam oestro percitos, quo facile hominibus perniciosi extitissent, ni ingenioso adinvento omnem illorum rabiem avertere, & propulsare instituissent. Cum enim lanæ amantissimos crederent, ita ut ex ea aras, sepulcra, & mortuorum imagines, quos in Lares consecraverant, adornarent, ita imminente illorum incursu satis præcavere sibi reputabant, si per singulas domos totidem laneas hominum imagines confingerent, quot homines domi essent, totidem vero pilas, quot servi, quæ ita suspendebant in compitis, ut occurrentes Lares, illis contenti intactos homines finerent. Ita Paulus Festi abreviator: *Pilæ, & effigies viriles, & muliebres ex lana compitalibus suspendebantur in compitis, quod* [*hunc diem festum*] *esse Deorum inferorum, quos vocant, lares putarent, quibus tot pilæ, quot capita servorum, tot effigies, quot essent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent, & essent his pilis, & simulacris contenti.* Hanc igitur cæremoniam expressam video in hac pictura, in qua tres hominum imagines ex alto suspensæ sunt. Juvenes tres, qui modo alati, modo vero alis destituti, facibus, aliisque instrumentis domum totam turbant, sunt Lares ipsi, de quorum ternario numero, & alarum adtributo multa in notis ad *Vascularium* per nos tradita sunt. Qui vero Laribus admisti viri,

ri, & mulieres observantur domesticam familiam repræsentant, ab illorum maleficiis liberatam, eisque gratiam referentem.

Juvenis in tertia linea, qui togatum hominem manu prensat, & in cryptam introducit Mercurius, fortasse est animarum deductor, qui sepulcri domino veluti antesignano viam aperit ad Elysios.

TAB. LXXXIX.

DATIO VIRILIS TOGÆ

In Museo Gualterio.

PRimarium vasis argumentum exprimitur in posteriore linea hujus tabulæ, in qua Paterfamilias conspicitur, qui tyrso innixus ad Tironem, seu filium suum, quem jam toga virili ornatum habet, verba facere videtur, aut in forum introducit.

Pars postica domesticum forum de more in columellæ speciem erectum repræsentat, quo Materfamilias Pateram præseferens, domesticum sacrum peragit: alia vero Matrona, par officium præstans, protensa dextera thura videtur offerre, quibus officiis domesticos Lares sibi devincunt, ut ipsis auspicibus adolescens inter viros assertus vitæ cursum feliciter ordiatur.

TAB. XC. n. I.

VAS MUSEI VALLISNERII

Idem argumentum ac superius continens.

POtissimus hujus vasis aspectus idem argumentum ac superius continet. Unum nobis parergon hic amplius occurrit, nempe viticula inter Patremfamilias, & tironem insurgens, quod ne inaniter a pictore actum videatur, observandum est, idipsum symbolum frequentissime occurrere in hisce picturis, quæ ad Bacchum pertinent; quorum longam seriem enumeravi in *Thesauro Vasculario*. Notabile vero est, quod ipse Bacchus, vel Bacchi genius in tertio hujus tabulæ vasculo altero pede sublato eandem viticulam calcat, veluti inde aliquid expressurus.

Pars adversa exprimit Ludiones duos, seu Maccos, qui suggestu elati fabulam aliquam ea occasione dignam videntur agere: nam, ut sæpe diximus, virilis toga ex antiqua institutione in festo Li-

beri

beri Patris recidebat: ut testatur Ovidius *Fastor.* lib. III. Eleg. XIII. qua occasione spectacula, & ludi solemnes cum magna Populi frequentia habebantur, ut idem Ovidius testatur:

Rusticus ad ludos populus veniebat ad Urbem;
Sed Dis non studiis ille dabatur honos.
Luce sua ludos uva commentor habebat,
Quos cum taedifera nunc habet illa Dea.
Ergo ut Tironum celebrare frequentia posset,
Visa dies danda non aliena toga.

Huic principio referenda sunt innumera fere spectaculorum speciosissima inventa, quae in hisce vasculis, in quibus togae datio refertur, expressa sunt: nam & ludicrae quaedam triumphales pompae, quemadmodum adhuc in Bacchanalibus frequentamus, exhibentur.

TAB. XC. n. 2.

DATIO VIRILIS TOGAE

In Vase Musei Valisnerii.

PRaesentis vasis pictura complectitur argumentum priori maxime affine; nam in prima fronte vir togatus baculo subnixus, tironem inter viros afferit togae virilis attributione. Agitur caeremonia ante domesticos Lares, quorum focus intermedius assurgit vittis coronatus. Super focum vero forulus conspicitur clausus, & sera obfirmatus, in quo domestici Dii claudebantur. Suffixa parieti cernitur placentula decussatis lineis, ut fere semper distincta ex iis, quarum maximus usus fuit in Liberalibus. Hinc Ovidius eorundem Festa describens haec de usu liborum tradit.

Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen
Libaque quod sanctis, pars datur inde focis.
Liba Deo fiunt, succis quia dulcibus idem
Gaudet, & a Baccho mella reperta ferunt.

Et paulo post:

Melle Pater fruitur, liboque infusa calenti,
Jure repertori splendida mella damus.

Hinc

Hinc intelligimus hæc liba Baccho fuisse oblata, eorumque partem, cum Sacri tempus adveniret, igne fucensam. Interim vero, ut hæc picturæ nobis videntur indicare, parieti suspendebantur.
Corona hæderacea collum vasis ambit. Nec mysterio ipsa caret. Si Ovidium audimus loco citato,

Cur hedera cincta est? hedera est gratissima Baccho:
Hoc quoque cur ita sit dicere nulla mora est.
Nysiades Nymphas puerum quarente Noverca
Hanc frondem cunis apposuisse ferunt.

In altero latere Bacchus nudus exprimitur, qui ornatus linteolo, quo humeros velat, uvæ racemum, & lancem fructibus onustum præfert. Præit vero Baccha, vini situlam ferens, & pateram, pariete undique teniis, floribus, & pampinis exornato. Sed prope caput Bacchæ forulus Deorum domesticorum observatur reclusus, ut frequenter contingit, ubi aliquando ipsi Dii depicti videntur. At Genio vini situlam, & racemos fuisse oblatos, sæpius observatum est. Non negaverim tamen hanc imaginem, ut fere semper valde ambiguam esse, & facile Genio attribui posse, cui optime congruunt symbola, quotquot sunt, quæ hic illi adtribuuntur.

TAB. XC. n. 3.

GENIUS, ET GENIA

In altero Vase Musei Valisnerii.

GEnia sedens elata manu sinistra calatum pomis onustum sustollit, dextera vero coronam lemniscatam, quam occurrenti sibi Genio offert. Ille alatus e contra Lancem pomis refertum Geniæ præbet. Genius ne interim domesticus sit, an potius Bacchi administer, seu ipse Bacchus ita alis instructus, non est, cur paucis definiamus, præsertim cum quæstio maxime ambigua sit. Symbola certe Baccho congruunt, caput mytra redimitum, monile margaritiferum, quo non modo collum, sed & pectus ornatum habet, alterumque monile supra dexterum genu alligatum, quæ ornamenta Baccho sæpissime attribuuntur in hisce picturis, quæ quidem monilia facile ex tintinabulis constiterunt, quæ inter saltandum crepitarent. At omnium indiciorum maxime urgent vincula illa dextero tantum pedi inducta, quæ etiam notavimus addita Fauno, Tab. LXIV.

TAB.

TAB. XCI.

PATERA MUSEI MEDICEI

In qua Peleus Tetidem rapiens expreßus est.

IN hac patera exprimitur Peleus, qui more veterum heroum qui non aliter sibi uxorem conjungebant, quam raptu quæsitam, Tetidem rapit. Inscripta nomina illos clare produnt:

PELE THETHIS.

Has nuptias vi auspicatas tradit Pausanias Eliacor. 1. *Thetis adhuc Virgo ibidem expressa est; eam Peleus prehensat, at illa manu altera anguem in Peleum immittit*. Etiam Ovidius *Metamorphoseon XI.* has nuptias vi adhibita inchoatas describit. Hæc vero facili examine assequimur, at non ita alterius Nymphæ fugientis nomen, cui inscriptum PARSVRA. Duplex de illa explicatio occurrit, vel enim est *Persis* Nympha marina, quam Hesiodus *in Theogonia* inter ejusdem Tetidis filias enumerat. Nec mirandum est, filiam hanc jam adultam adfuisse Tetidi, cum a Peleo rapta est, cum Hesiodus non fabulas, sed mythologiam sequutus facile intellexit, Nymphas omnes, quæ fontium, & fluminum nomina sunt, longe antequam Peleo nuberet, Oceano conjunctam magnam illam, ac divinam sobolem educasse.

Altera quoque occurrit hujus nominis explicatio, quæ Nympham illam loci indigenam facit, nempe Genium *Pharsalos;* quo in loco raptus contigit; est enim valde affine utrumque nomen, *Pharsalos*, & *Pharsura*, notumque satis est, quam turpiter Etrusci nostri græca nomina deformaverint. Sic ad rem nostram Catullus in *Argonautica*, ubi nuptias Pelei, & Tetidis celebravit.

> . . . . *conventu tota frequentat.*
> *Tessalia oppletur lætanti regia cætu*
> *Pharsaliam coeunt, Pharsalia tecta frequentant.*

TAB.

TAB. XCII.

Crypta Senensis.

CUM anno *1690.* in agro Senensi Hyppogæum hoc sepulcrale literis rubricatis inscriptum detectum fuit, & a viris studiosis observatum, mirum aliquid in ea scriptura contineri creditum est, cum nondum valor Etruscarum literarum, qui nunc obvius est, innotuisset. Ubi vero hujus picturæ imago vulgata fuit, omniumque oculis objecta, multorum torsit ingenia admirantium, hanc unam esse, e qua nullus pene sensus erueretur. En igitur trium præcipuarum linearum ordo, quarum prima literas habet a sinistra in dexteram more latino procedentes, quemadmodum & tertia, media vero exarata est etrusco more a dextera in sinistram. Hinc colligitur, scripturam hanc ejus ætatis esse, in qua lingua, & scriptura etrusca in occasum vergebat, prævalente ubique cum imperio linguæ victricis auctoritate. Exemplar subiicimus, veluti specimen hujus inscriptionis.

A. B. C. D. E. H. TH. I. K. L. M. N. X. O.

. . ATN . AN . VM . ƎM . IM . AM.

MI. LA. LA. LE.

Omnes vero, re perpensa, mecum facile sentient, scripturam hanc esse merum, ac putum pueri Abecedarii lusum, qui, quod unum norat, literulas minio rubricavit; aut si quid nobilius in hoc joco inquirendum est, etruscus aliquis, ne patriæ scripturæ memoria interiret, illas in proprio sepulcro, veluti tutissimo loco exscribi curavit, ut perenniter resisterent, vel secum morerentur.

TAB. XCIII.

SIGILLUM DEÆ

In Museo Medicæo.

DEarum etruscarum simulacra obscurissima sunt: nam una omnibus semper forma, & ornatus, & raro admodum occurrit, ut symbolis peculiaribus distinguantur. In hoc simulacro accedit ad obscuritatem augendam, quod brachium dexterum, quo cyathum ostentat, inusitatæ antiquis formæ novitium sit.

ſit. Unicum lumen ab inſcriptione petendum eſſet, niſi & ipſa, prӕterquam quod Etruſca, etiam corruptiſſima eſſet. Monuimus non uno in loco Inſcriptiones haſce non ab ӕrariis artificibus ſignatas eſſe, ſed cum dedicarentur in templis pro libito dedicantis, a quocumque, vel imperito viriculi profeſſore exaratas fuiſſe. Mendum plurimum etiam in hac inſcriptione manifeſte evincit ipſa difficultas, quam patimur in pronunciatione; cùm nemo nobis ſuadere poſſit, linguam cultiſſimӕ nationis adeo aſperam fuiſſe, ut more barbarico per conſonantes proferretur. E contra literӕ plures ſunt, quӕ modico tractu intermiſſo valorem mutant, neque ad rectum ſenſum trahi poſſunt, niſi lineolӕ breviores aliquantulum producantur. His productis, ſi ſenſus conveniens, & monumento adequatus eruatur, improbandum non erit arbitrium correctoris. En ſubiicio inſcriptionem latinis notis expreſſam, ſecutus formam prӕciſam literarum, quemadmodum ſe habent in archetypo Etruſco. Hanc pro modulo meo ad veram lectionem reformandam curavi; moneoque in prototypo literas tenuiſſimis ductibus formatas eſſe, ut facile apiculus effugere potuetit ſcriptorem, adeo ut una litera in aliam abierit. Nec omittam diſcrepantias inter Etruſcas notas multo minores eſſe: nam conſiſtit in modica productione, vel contractione lineolarum quamquod ſit in latinis literis, quarum forma in omnibus totaliter eſt diverſa.

LPIREE : LECPI : IVVCEPH IREMVTHVR LAPIVEITHI
VPI : REE : VESTI : IVV : SEPHIRE : MVTHVR : LAPIVEITHI

Reſtituta locis ſuis interpunctione, nemo non intelligit ſimulacrum dedicatum eſſe *Opi*, *Rheӕ Veſtӕ Jovis Sephiri Matri Lapiveithi*.

Ut vero per partes hanc inſcriptiunculam adornemus, notandum eſt, antiquiores, cum nondum certa Diis nomina conſtituta eſſent, illos invocare conſueviſſe per diverſa, & multiplicata attributa, ut Dii exorati meliorem ſibi magiſque gratam eligerent nuncupationem. Manſit in factis id inſtitutum: ut Horatius *in Carmine Sӕculari* ita Dianam deprecetur.

Rite maturos aperire partus,
Lenis Ilithya tuere matres,
Sive tu Lucina probas vocari,
Seu genitalis.

Et Catullus in alio *Sӕculari* Carm:

Tu Lucina dolentibus
Juno dicta puerperis
Tu potens Trivia, & notho es
Dicta lumine Luna
Sis quocumque Tibi places
Sancta nomine.

T In

In Tabulis quoque Eugubinis frequentiſſima eſt hæc nominum multiplicatio, in qua vim magnam Antiqui reponebant, ut votorum compotes fierent. *Upi* dicta eſt ab Etruſcis, qui litera O carebant, Dea Ops, ſive Opis, qui Græcos ſecuti ſunt, inter quos Callimachus in *Hymno Dianæ* illam celebrat ſub titulo *Upirgina*, verſ. 204. & 240. Cicero quoque in III. *de Nat. Deor.* ait, hanc *Upis* denominationem derivaſſe ipſi Dianæ, ſive uni ex tribus ejuſdem nominis ab *Upi* ejus patre, ſubdens: *Eam Græci ſæpe Upim paterno nomine appellant*: Nil igitur mirandum, ſi nomen ipſum, ſeu mavis commune attributum ab Etruſcis ita pronunciatum eſt. Cætera duo nomina *Rhea* & *Veſta* Deorum matri communia ſunt; Juvat tamen auctoritate hujus monumenti tria hæc nomina adcenſere cathalogo Deorum Etruſcorum cæteroquin ignota.

Jovis ſeu *Juvis* denominatio Etruſciſſima eſt, redundatque ubique in Tabulis Eugubinis, in quibus paſſim legitur JUVE PATRE.

Mutur, ſeu *Mytir* pro Matre Etruſci a Græcis derivarunt, Græci vero ab Ægyptiis, quibus MUTH Matrem ſignificabat, ut conſtat ex Plutarcho de *Iſide*, & *Oſiride*, ubi ait: *Iſis aliquando Muth, nonnunquam Axbyri, quandoque Methyer nominatur. Prima voce Mater intelligitur*: Hac vero voce etiam Etruſcos uſos eſſe conſtat ex titulo ſepulcrali Vulſinii reperto apud Adaminum METRA CLEUSTI; & ex inſcriptione Cryptæ Cornetanæ in mea Diſſertatione *de Etruſcorum Sepulcris* pag. 151. in qua legitur METHRES CEISTIES *Matri Ceſtiæ*.

Vox *Sephire* mihi *Fulminatorem* notat, & facile derivat a Græco ΞΙΦΕΡΗΣ vibrator. In Tabulis quoque Eugubinis ſæpe occurrit JUVE TEFRE, quam vocem ibi pariter pro fulguratore interpretatus ſum a ΤΕΦΡΟΩ incendere, ſive in cinerem redigere.

Lapiveithi ſub hac dictione latere conjeci attributum alterum Jovis, qui *Jupiter Lapis* dictus eſt, quod Matris aſtutia Jupiter præſervatus ſit a Saturni voracitate oblato illi loco infantis ſaxo pelliculis involuto. Ovid. *Faſt. IV.* 3.

Veſte latens ſaxum cæleſti gutture ſedit
Sic Genitor fatis decipiendus erat.

Hinc apud Græcos Religio Bethilorum, quæ vox derivata eſt a BAITH & ΛΑΟΣ, nempe ab involucro, & lapide. A ΛΑΟΣ Etruſcum LAPI factum eſt, quemadmodum a BAITH vox VEITHI emollita B in conſonantem. Has ego, in præſentem Tabulam ac præcedentes, conjecturas libenter propoſui diſcutiendas potius, quam tenendas, ut ingenia alacriora conatu feliciore ad meliora progrediantur, ut nationis noſtræ primordia, mores & artes, & veluti quædam illius imago magis magiſque illuſtretur.

DE RE NUMMARIA
ETRUSCORUM
DISSERTATIO.

HANNIBALI CAM. F.
DE ABBATIBUS OLIVERIO
PATRICIO PISAURENSI ATQUE EUGUBINO

Jo. Baptista Passerius *felicitatem*.



Ucubratiunculam hanc meam DE RE NUMMARIA ETRUSCORUM, *quam Te exscitante olim conceperam, absolutam Tibi remitto; anceps equidem meam ne dicam, an Tuam: Te enim potissime lumen praeunte, & intra illa Tua Musarum penetralia, & ex Tuo penu succrevit opulentissimo, atque ex hac parte magnorum Principum gazis comparando. Seriem illam Thuscorum Nummorum Tibi a Majoribus traditam, qui in omni literarum genere maxime floruerunt, potissime auxisti, dum Eugubii Tribunicia Potestate fungereris, decus quidem in ea Urbe potissimum, sed Tibi debitum, ubi nemo sapiens est peregrinus. Exinde neque industria, neque sumptibus pepercisti ad illam amplificandam. Quid enim dulcius homine Cive, quam tractare* *mani-*

HANNIBALI CAM. F. DE ABBATIBUS OLIVERIO PATRICIO PISAURENSI ATQUE EUGUBINO

Jo. Baptista Passerius *felicitatem*.



Ucubratiunculam hanc meam DE RE NUMMARIA ETRUSCORUM, *quam Te exſcitante olim conceperam, abſolutam Tibi remitto; anceps equidem meam ne dicam, an Tuam: Te enim potiſſime lumen praeunte, & intra illa Tua Muſarum penetralia, & ex Tuo penu ſuccrevit opulentiſſimo, atque ex hac parte magnorum Principum gazis comparando. Seriem illam Thuſcorum Nummorum Tibi a Majoribus traditam, qui in omni literarum genere maxime floruerunt, potiſſime auxiſti, dum Eugubii Tribunicia Poteſtate fungereris, decus quidem in ea Urbe potiſſimum, ſed Tibi debitum, ubi nemo ſapiens eſt peregrinus. Exinde neque induſtriae, neque ſumptibus pepercisti ad illam amplificandam. Quid enim dulcius homine Cive, quam tractare*

mani-

manibus antiquissimos in Italia Nummos Pisaurensium, & Eugubinorum, quibus olim utriusque Communis Patriæ imperium stetit? Horum enim Nummorum dignitas judicio nostro longe antecellit Rem Nummariam Romanorum, qui illius ope nobis bella intulerunt: nostram tamen libertatem, quoad potuimus, propugnavimus. Si quid vero in hac serie augenda aliquid contuli (fateor enim ad eam cumulandam agrum Perusinum, Tudertem, Eugubinum penitus excussisse) aut si quid in posterum contulero, pro minimo habeo, dum Tui exemplo Pisaurum nostrum aliquo solertiæ meæ monumento augeatur. Sed quantula sunt hæc, dum ingentia Tua in Patriam beneficia mente contemplor, refertissimam Bibliothecam, Thesaurum Antiquitatum, Rerum naturalium collectiones, & si quid ultra est, ad scientias omnes promovendas Populo Pisaurensi munificentissime destinata! Hæc tamen exempla liberalitatis longe superantur ab iis, quæ ingenium, & doctrina tua in Patriam erogavit; Jura populi vindicata, monumenta ab ipso Urbis nostræ exordio, ejusque res nummaria, elogia virorum illustrium, quidquid denique ad Pisaurensium nomen amplificandum conducit, assiduo labore digestum, ac mirifica eruditione illustratum. Hæc sunt, VIR CLARISSIME, *veracissima illa Vultus tui lineamenta, quæ ad imitationem posteris contemplanda proponuntur; illud maxime communi voto exoptantes, ut licet hæc magna sint, ab illis tamen superentur. Vale, & cœptis insiste.*

Dabam Ferrariæ ex Castro IV. Idus Novembris MDCCLXV. ineunte ætatis meæ anno LXXII.

DISSERTATIONIS
ARGUMENTA.

CAP. I.

Monetæ Etruscæ dignitas expenditur. Difficultas maxima illius illustrandæ, potissime circa ætatem, qua singuli nummi signati sunt, populosque distinguendos, ex quorum officinis prodierunt, præcipue cùm illiterati sunt. Nummi Iguvini, & Tudertes omnium primi propriis urbibus adtributi. Unica ratio ad illorum ætatem discernendam petenda est ab illorum pondere.

CAP. II.

Examinatur, cur moneta Etrusca olim frequentissima, hodie rarissima sit. Hujus damni triplex causa adducitur; eorundem Etruscorum decreta, per quæ cum sensim a Romanis pondus propriæ monetæ diminueretur, etiam Etruscorum urbes propriam monetam graviorem diligenter collectam, conflabant in leviorem. Præterea atroces Romanorum mulctæ Etruscis indictæ, & direptiones, per quas Etruscorum monetam conrusam Romæ destruebant ad propriam signandam, cùm potissime Romani urifodinis carerent, quibus Etrusci abundabant. Conspiravit demum ad hujus monetæ interitum ignorantia posteriorum sæculorum, cum id antiquitatis caput pene neglectum a nemine curabatur.

CAP. III.

Materia hujus monetæ discutitur. Primæva illius signandæ ratio apud omnes populos fusioni tribuenda est. Feriri cæpit non ante annum 563. Tudertes vero, & Campani aliquanto prius politiorem hanc formam introduxerunt; quod ex illorum pondere deprehenditur. Antiquior moneta forma quadrata fuit. Dein successit ovalis, demum rotunda. Nummi quidam graviores aliquando signati sunt in usum donariorum, etiam cum moneta communiter diminuta esset. Pondus monetæ fusæ non scrupulose examinandum ob involuntaria incrementa, & decrementa nummorum, quæ contigerunt in actu fusionis.

CAP. IV.

Assis distributio in duodecim partes ab Etruscis expetita totæ Italiæ communis fuit. Primævum pondus assis fuit libra, quæ tamen respon-

respondebat XIII. ex nostris unciis juxta pondus Romanum. Hinc colligitur asses majoris ponderis, quos aliquando intuemur usque ad uncias XX. pompaticos fuisse. Bello Punico primo anno 490. Romani assem ex librali ad duas uncias redegerunt. Error Festi emendatur. Bello Punico secundo anno 536. asses ad unicam unciam imminuti. Demum Lege Papiriana anno 563. semiunciales prodierunt, cujusmodi usque ad extremum Romanæ libertatis cusi sunt. Conjectura adducitur, & argumentis confirmatur, quod inter assem libralem, & duuncialem plures intervenerint consecutivæ diminutiones. Sclaegeri sententia expenditur, & refellitur.

C A P. V.

Multiplici ratione constituitur, monetam Etruscam easdem diminutiones circa pondus pati debuisse, quas sensiit moneta Romanorum.

C A P. VI.

Nummi Campaniæ, Magnæ Græciæ, & Siciliæ inscripti, & nota monetali signati sunt in ratione assis unciarum trium usque ad semiunciam. Illorum antiquitas aliquantum præcedit annum V. C. 490, nec exscedunt spatium Romanæ libertatis.

C A P. VII.

Notæ quædam nummariæ in hisce monetis excisæ, illarumque ratio examinatur.

C A P. VIII.

Enumerantur Etruscorum urbes, quarum nomina in nummis scripta adhuc observavimus. Cæterarum ex potissimis civitatibus numismata adhuc desideramus, & causa hujus defectus indagatur.

C A P. IX.

Conjectura aliqua producitur circa nummos inliteratos, quorum aliqua series producitur. Nummi cum inscriptione ROMANO *expenduntur.*

C A P. X.

Symbola nummorum expetita a Diis Tutelaribus, a Studiis populorum, a Natura locorum, demum a fabulis Municipalibus. Symbola Monetæ Romanæ usualis referuntur. Inquiritur, qua ætate nummi Romani primum inscripti sunt.

Sequitur Chronicon Nummarium.

DE

DE RE NUMMARIA
ETRUSCORUM
DISSERTATIO.

CAPUT I.

EXpositis Tabulis, quæ ad Etruscorum antiquitatem figuratam pertinent, aliæ succedunt, in quibus primum specimen Rei Nummariæ ejusdem populi publicatum est; nemo enim ante Clarissimum Bonarotum seriem Nummorum hujus generis ordinaverat; cujus exemplum Viri doctissimi Olivetius, Arigonius, Gorius, aliique imitati, id genus antiquitatis antea aut ignotum, aut contemptum summopere extulerunt, in tantum, ut pessumdati olim Etruscorum Nummi studiosissime hodie undique expetantur ad Regias Gazas adornandas. At ætate Bonaroti multum supererat, & multum adhuc superest indagandum in hoc genere antiquitatis, & præcipue tempus, & locus, in quo nummi signati sunt, & quod insuper obscurissimum, ratio symbolorum, quod maxime conferre posset ad historiam illorum temporum illustrandam, & singulorum populorum dignitatem, quæ maxime elucet in potestate signandæ Monetæ, validissimo argumento libertatis. Hæc Nos diligenter inquirere debebamus, qui nempe Etrusci sumus, iisque successimus, qui intra eadem Patriæ nostræ mœnia supremo jure, quo pollebant, nummos hosce percusserunt, atque in illis propriæ originis indicia Nobis inquirenda consignarunt. Si enim studio summo prosequimur Monetam Romanorum, qui nos subjecerunt, & conculcarunt, quanto magis propria nobis curanda erit, si cives sumus?

At multa proposito nostro adversantur, in primis vero Etruscorum Nummorum raritas, quæ semper obfuit monumentis illustrandis; nam in singularibus multum laborat ingenium, & sæpe jocatur, quæ si multiplicentur, & simul conferantur, uno alteri opem ferente succurrit ingenio ipsa rei evidentia, & demonstratio. Exemplo sit Nummus quinarius cum Rota, & Anchora a Bonaroto Tab. LXI. publicatus, tribus tantum literulis, iisque interpolatis obsignatus, ex quibus nulla significatio erui poterat.

Multos tamen simul contulimus ejusdem notæ, in quibus literæ aliæ, quæ in Bonarotiano exsciderant, superstites observatæ sunt, ut integrum nomen Civitatis indubitanter emerserit, ut suo loco demonstrabimus. Augebat præterea difficultatem in multis omnimodus scripturæ defectus, ut non sine magna industria cumulata, simul copiosa serie nummorum ejusdem officinæ, in quibus nota aliqua conspiciatur, verisimiliter saltem alicui populo tribui possint. Hæ vero notæ, dum Bonarotus primam seriem publicavit, obscuræ penitus erant, ut vir cautissimus neque per conjecturam ausus sit Nummos Epigraphicos uni, vel alteri populo adtribuere. In hoc vero aliquid nos profecisse non diffitemur; cùm enim ego Roma digressus anno 1715, atque hisce studiis addictissimus, biennio Tuderti consedissem, seriem quandam Nummorum Etruscorum ibi repertorum mihi comparavi, simulque inscriptum in illis Lemma assiduo studio meditatus sum. Aliis in diem, aliisque obvenientibus, partim fusis, partimque cusis, eandem Inscriptionem in omnibus animadverti. Hæc frequentia Nummorum suspicionem mihi ingessit, nummos illos ad eandem Civitatem pertinere, inscriptumque titulum TVTERE nomen continere Civitatis *Tuderti*. Conjecturam hanc meam potissime confirmavi, cum publicato Dempsteriano opere, animadverti inter tabulas Nummum cum inscriptione IKVVINI. Qui enim probe noveram Eugubium patriam meam antiqua nuncupatione *Iguvium* dictam, tantocius in lemmate *Ikuvii*, Iguvium latinorum inveni; quod ubi cum amicorum doctissimis contulissem, judicium meum universi confirmarunt. Ex hisce initiis planum fuit cæterarum urbium nomina in nummis consignata interpretari.

Superetat difficultas inveniendæ ætatis, qua nummi Etruscorum flati, seu cusi sunt: nam nullæ in iis notæ annorum, aut Magistratuum, nec si existerent, aliquid luminis inde peteretur: nam Urbes singulæ epocas proprias habuerunt, nobis penitus ignotas, si unam exscipias *Interamnam* fretam lapidi suppositio, & ab omnibus exsibilato. In hac vero indagine nobis petenda fuit ratio temporis a pondere monetæ, cui invento nisi plenam fidem habeamus, de proximo tamen accedimus ad veritatem; & quamquam regula certa non sit, est tamen unica, per quam procedatur ad hunc finem assequendum.

CA-

CAPUT II.

QUOD vero in ipsis etiam Etruriæ finibus antiqua illius moneta rarissima sit, si unam exscipias monetam Tudertium, & Volaterranorum, in quorum finibus frequentius reperitur, magnam mihi admirationem ingerebat. Nam occurrebat mihi ante oculos Etruriæ status antiquus florentissimus, & opulentissimus; nulli eo tempore Nummi aurei, & tarde admodum argentei, & proinde omnino ærei in commercio habebantur. Nulla Urbs, nullum Oppidum officina monetaria sibi propria caruit: nam præter duodecim Principes Urbes, quæ fascium insignibus pollebant, nummos etiam habemus ex aliis civitatibus, quæ extra hunc numerum censebantur: exemplo sit Moneta Tudertium, & Iguvinorum, quorum urbes a nemine illorum, qui duodenas præscribere curarunt, in numero recensentur. Materiam æri signando plerumque ex propriis montibus fodiebant, quo naturæ dono moneta abundantius feriretur. Ipsa quoque nummorum moles, & forma crassior perennitatem illis promittebat, cùm potissime tam obvia esset oculis, ut etiam deperdita facile in commercium rediret, si in evertendis terræ glebis occurreret, quod difficillimum est in moneta tenuiore. Præterea talis erat antiquæ Etruriæ conditio, ut moneta semper succrescens contineretur intra fines illius Provinciæ, quæ nullius indiga, alienam magis monetam attrahebat, quàm propriam diffunderet. Hæc omnia animo versans intentius meditabar, qua de causa acciderit, cur tam rara ad nos pervenerit, ut quodammodo evanuerit. At longo usu, & lectione didici, nullam fuisse antiquitatis partem, cui magis insidiatum sit ad illam penitus delendam. Cæteris monumentis obfuerunt sæcula Barbarorum, nec illa aboleta sunt, nisi cum senuerunt. Etruscæ monetæ insultarunt ipsimet antiquissimi cives: nam decrescente sensim per Italiam pondere Assis, qui graviores essent diligenter conquisiti, in iisdem officinis, unde prodierant, conflati sunt, ut novi deterioris ponderis formarentur. Id continuo fieri videmus in moneta nostri temporis, & circa pondus, & circa mixturam, ut deleta jam quæ sæculo priore signata fuerat ex auro purissimo, mundoque argento, ex viliore materia in dies emergat, plumbea aliquando proditura, fortasse etiam scortea, haud obscuro argumento orbis declinantis in exitium.

Injuriis Civium in suammet monetam sævientium novæ accesserunt Romanorum, cum Etruriæ libertatem corruperunt. In primis occurrunt mihi Vulsinienses propter duo millia statuarum expugnati, ut refert Plinius, quid putemus in ærario illius urbis

prætermissum, cum Sacra, & publica signa divellerentur? Senenses, Clusini, & Aretini civili bello direpti sunt, ut auctor est Appianus. Defleo Perusiam Iguvio Patriæ meæ conterminam, ejusque MDCC. captivos redemptos singulos æris CCCX. Dein Perusiam ipsam, Vulsinium, & Aretium mulctatus in quingentis millibus æris in singulas civitates, ut tradit Livius lib. X. Item vicies centies millies, & quingenta triginta millia redacta ex captivis post bellum Samniticum anno urbis conditæ CCCCLX. Iterum in centum millibus æris gravis Faliscos eodem anno mulctatos, & Troilienses Etruriæ Populos pecunia grandi pactos, ut migrare domo liceret.

Credibile vero est, totam hanc pecuniæ massam in potestatem Romanorum redactam conflatam fuisse: nam Romani propria pecunia utebantur, quin hostilem expenderent. Quod vero me maxime movet, illud potissime est, quod Romani, qui pridem utebantur asse graviori, non multis post annis assem fecerunt sextantarium, illumque redegerunt ad uncias duas, qua occasione mihi suadeo conrasam hanc ex Etruscis monetam conflasse, ut sextantariam maximo cum lucro Reipublicæ formarent. Nec, ut opinor, supervacua sunt verba Livii, qui populos *ære gravi* mulctatos commemorat. Quamquam enim Romani nomine *æris gravis* aliquando intellexerint denarium æreum, qui decem assibus respondebat, ex quibus aliquos hac ætate superstites, etsi rarissimos, conspeximus, vereor tamen, ne, cum de pœna extraneis imponenda ageretur, significaverint non denarios asses, sed monetam antiquiorem, quæ fere librali pondere constabat; cum cæteroquin parum interetat Romanis, an mulcta indicta solveretur in assibus singularibus, an in assibus denariis, qui tantundem pretii conflarent. Insolens victor illam præscribebat, quæ conflata longe majorem monetæ copiam produceret. Præsertim cùm Livius subdat hostilem monetam non in militum stipendia erogatam, sed in ærarium invectam: *Æris gravis magna vis transvecta vicies centies millies, & quingenta triginta millia. Id æs redactum ex captivis dicebatur. Argentum quod captum ex urbibus erat pondo* MCCCXXX. *omne æs, argentumque in ærarium conditum*: & paulo post de mulcta ab Etruscis redacta hæc subdit: *Æris gravis tulit in ærarium trecenta nonaginta millia De reliquo ære ædem Fortis Fortunæ de manubiis faciendam locavit*. Si vero nomine æris gravis denarios intelligamus, in decuplum aucto mulctæ numero, in immensum propemodum cresceret pecuniæ Etruscæ devastatio, ut vel ipsa sola spem posset adimere posteris illius unquam inveniendæ. Hanc vero meam suspicionem circa conflationem monetæ veteris confirmant verba Plinii infra allegenda: *ex singulis assibus librariis senos fecit*, quæ præcise denotant ex veteri materia novos nummos fuisse efformatos.

Si

Si quid vero antiquas calamitates effugerat, incidit in nostras. Superioribus sæculis invaluerat opinio has Æreas massas pro ponderibus deservisse, nihilque bonæ frugis posse ex illis expectari, quapropter nummi hujuscemodi omnibus ignoti, & nulla venustate commendati, quos nemo prosequebatur, quotiescumque occurrerent, inter quisquilias amandati, passim conflabantur. Horumce nummorum vim magnam circa Perusiam repertam ineunte hoc sæculo, Fulginei ad ingentem campanam efformandam colliquatam fuisse mecum sæpe per literas conquestus est Abas Andreas Joannellius universæ antiquitatis studiosissimus, cujus beneficio magna ex parte seriem hujusmodi Nummorum cumulavi. Idem fere ubique factum esse rescivi, cum has antiquitatis reliquias ope amicorum ex omni parte studiosissime cumularem.

CAPUT III.

Quod primum in re nummaria inquirendum occurrit materia est, & pondus. De ponderibus infra erit sermo, materiam nunc expendamus. Nummi omnium antiquissimi ex ære ubique fuerunt, neque audio Plutarchum infra referendum, qui ferreos etiam connumeravit. Ferrum enim minime sequax est, nec diu tenax artificii, suo ipsius vitio dehiscens. Quapropter ferreas virgulas, sive obelos ad commutationem potius pertinuisse puto, & voluntarium commercium, in quo nihil auctoritatis inesset, quod fide publica firmaretur. Dempstero nostro *Lib. III. cap.* 46. imposuerunt Poetæ, qui monetam plumbeam quandoque commenti sunt. Apud Prophetas memoratur quandoque *Talentum plumbi*, sed figurate pro re nullius pretii hac expressione usi sunt. Fuere equidem apud veteres nummi plumbei, quorum Romæ ingentem vim apud rei antiquariæ studiosos observavimus, & ex quibus copiosam seriem collegit, & publicavit Ficoronius; fuere, inquam, sed non in commercio. Inter experimenta monetariorum plerumque computantur, inter quæ sæpe occurrunt formæ quædam, quæ nummos maximi moduli veluti præludia antecesserunt, quos æreos nondum invenimus. Credibile etiam est ea ætate, homines studiosos fuisse, qui nummos selectiores colligerent, & cum æreos non facile obtinerent, præsertim formæ majoris plumbeos quæsivisse.

Nec majorem fidem adhibeo eidem Dempstero, qui memorato *Cap.* 46. *Lib. III.* ubi de *Re Nummaria Etruscorum disserit*, monetam fictilem obtrudit, fretus auctoritate unius Suidæ, qui in ΑΣΣΑΡΙΑ cretaceam monetam fuisse tradit, quæ quartam partem unciæ importaret.

De

. De hoc adolescens sæpe dubitaveram, cum Romæ mihi frequenter occurrerent bullæ quædam fictiles unica ex parte ornatæ monstruosis Satyrorum imaginibus, aut Jovis Ammonis, quarum nonnullas retuli initio Tom. III. *Veterum Lucernarum*. Cùm vero tandem observarem in omnium postica prominere vestigium unci, quo mediante, vel in coronis, aut vestibus appendi potuissent, æquius judicavi pertinuisse ad tesseras Bacchanales, quibus initiati præsignarentur. Res igitur de monetis fictilibus conclamata est, nec nisi magis idoneus prodeat Auctor, quam quod sit Suidas, rem inter fabulas collocabo. Quid enim facilius, quamquod hosce Nummos adulterinos multiplicare, obvia ubique materia, & coctione tam facili?

Nummos ex Succino subnigro, antiquos equidem, se apud Principem virum vidisse testatus est Pitiscus *in moneta*. Hos ego non in usum commercii, sed in luxum tablinorum factos fuisse puto, & si velis in usum ludricrum, aut tesserarum, aut missilium, quemadmodum legimus Alexandrum Sfortiam Pisauri Dominum, cum regias nuptias celebraret, adstantibus universis Italiæ Principibus, aut legatis Nummos ex saccaro affatim distribuisse, quod ea ætate maxime magnificum reputatum est. Fuit equidem moneta electrea, de qua Lampridius *in Alexandro* Cap. 25. *Alexandri habitu Nummos plurimos figuravit, & quidem electreos aliquantos*; sed hujuscemodi electrum monetarium nihil fere fuit, quàm argentum auro admixto pallens, injecta auro quinta portione argenti; ut tradit Plin. Lib. XXXIV. Cap. 4. cujusmodi observantur Pisauri in lectissimo Oliverii mei Thesauro.

Cæterum moneta antiquissima apud Italos ærea tantum fuit, & diu mansit. Cupro aliquid stamni indidere ad firmitatem, deinlapillum Calaminarem, ut æs floresceret, materia e propriis montibus expetita. Romani bello Punico subtili quodam invento, quod frustra Chymici nostri scrutati sunt, ferrum ita cicurarunt, ut æri intermisceretur, quod observavit Clar. Bonarotus ad *Nummos Carpineos*. Argentum vero non ante annum Urbis 584. Romæ signatum est, auctore Plinio Lib. XXXIII. Cap. 3. Aurum vero post annum 62. ab argento percusso feriri cœpit, ut idem Plinius refert. Quod pertinet ad Etruscos, nummum illorum argenteum, minusque aureum nullum adhuc vidimus; Samniticos vero, & Campanos argenteos plurimos Osca lingua inscriptos, qui tamen cum Etruscis nostris nullam nisi originis relationem habent. De Samniticis consulenda est inter Acta Accademiæ nostræ Cortonensis admiranda dissertatio Cl. Oliverii mei, qui primam facem prætulit ad hanc antiquitatis provinciam posteris illuminandam.

Quod

Quod spectat ad formam, primæva Italiæ moneta tota fusilis fuit. Feriri cæpit Romæ post legem Papirianam, nempe ab anno DLXIII. cum asses semiunciales facti sunt, qui omnes cusi apparent. Unciales verò, & qui supra sunt, manifestissime flaturam ostendunt; nec commodum erat majòris molis nummos ferreo cuneo ita comprimere, ut symbola maxime extantia prosilirent pro eorum temporum consuetudine. Excipio tamen ex Etruriæ populis Tudertes, qui aliquanto prius politiorem hunc feriendæ monetæ usum admiserunt, quique Campanos, & Magnæ Græciæ populos in hoc artificio imitati sunt; nam supersunt adhuc Tudertes nummi ictu mallei signati, quorum pondus respondet assi sesquiunciali; Campani vero, & Magnæ Græciæ etiam assi unciarum trium. Hinc colligitur hanc cudendæ monetæ formam non admodum antiquam in Italia extitisse, & serius a Græcis expetitam. Cætera supellex nummaria gravior constanter fusa dignoscitur.

Forma antiquiorum numismatum non semper una fuit. Moneta primæva non circularis, sed oblonga erat in virgam formata, quæ distincta punctis pondus, & valorem præseferebat; ut tradit præcitatus Plutarchus. Virgas hasce pro libito confringebant, ut quot orbiculi, seu globuli segmentum sequerentur, toridem libris, seu unciis segmentum illud staret. Id monetæ flandæ artificium expeditissimum erat, ubi celeritate opus esset; nam auri, argentique defectus æris signati multitudine compensabatur. Virgæ hæ monetariæ facilius numerabantur, quàm si nummi disjuncti essent, atque inductæ in ærario aptius componebantur in strues, & facilius de loco ad locum trasvehebantur. Hujuscemodi magnam vim in agro Tuderte defossam fuisse ætate sua sæpius mihi testatus est laudatus Joannellius; sed quia nunquam alicui in mentem venerat, virgas hasce pro nummis olim extitisse, nec gratiam ullam præseferebant, ubi prodibant in lucem, fabris ærariis excoquendæ tradebantur; nemine sibi augurante tempus affore, quo avidissime quæreretntur. Sed bono rei antiquariæ factum est, ut nonnulla hujusce formæ Numismata, diu apud se neglecta, idem Joannellius custodiret, a quo dono accepta in Museo Oliveriano collocavi. Inter hæc spectatur Tripondius insignis ternis globulis, & transversis lineolis distinctus pondo librarum 2. & unc. 8. cujus ratio de proximo accedir ad assem libralem, cujus imaginem damus Tab. I. n. 2. Prærerea producimus sepondium spina hinc inde signatum, in cujus nodis sex globuli exiliunr pondo librarum 3. & propterea respondet assi unciarum sex in eadem Tab. I. n. 1. ex quo arguitur hanc monetæ formam diu in Etruria perdurasse, cum tam diversi ponderis inveniatur.

niatur. Ejusdem formæ sunt tenuiores virgulæ binis, & ternis punctis distinctæ, quæ totidem uncias signant. Harum extremitates fracturam præseferunt nullo scalpri, aut limæ officio incisæ. Has vide in eadem Tab. I. n. 3. & 4. Credibile est lineas hasce, cum integræ essent, certum assium numerum continuisse, & fortasse denarium ad facilitatem supputationis, dum commercia majora exercerentur.

Ad hanc Classem pertinet sepondium librarum quinque, & ultra Tuderti repertum, & in Museo Masciolio asservatum, cujus formam ad me transmisit idem Joannellius: vide Tab. II. In hoc nummo ex una parte spina librarum index expressa est cum senis globulis, ex alia vero parte figura bovis. Prodiit alter nummus huic similis ex museo Pembrochiano, rursusque alter ex Thesauro S. Genovessæ apud Spanhemium de *præstantia* &c. Differt. I. num. 4. ubi tamen unica hujus nummi pars delineata est, sub quo mutilo aspectu dubitari poterat, an massa illa ærea in usum nummi, seu potius alterius instrumenti formata esset. At ex integra serie nummorum hujus generis, quam producimus Tab. I. & II. manifeste evincitur, æra hujusmodi ad rem nummariam pertinere. Et revera ex Plinio intelligimus, Servium regem bovem in Nummis signasse; cum enim Homericis temporibus commercia commutatione boum constarent, ut patet ex Lorica Glauci centum bovibus æstimata, & ex altera Diomedis, quæ pretium novem boum non excedebat, factum est, ut succedente pecunia illorum loco, boves signarentur in nummis, ut vetus consuetudo quodammodo in contractibus permaneret, ut multi boves æreі pretium veri bovis æquarent: ut doctissime notat Riccius *Disser. Homer.* 31. Mos transiit ad Romanos, ut mulcta indicta in ovibus, & bobus certo numero pecuniæ redimeretur. Ut refert Plutarchus *in Public. Quinque boum, atque ovium pretium mulcta fuit. Erant vero pretium ovis oboli decem, bovis vero centum*: Oboli vero nomen factum est a figura Obeli, nempe oblonga, cujusmodi sunt præsentes nummi, cujus formæ alterum testimonium habemus apud eundem Plutarchum *in Lysandro: Apud prius sæculum sic omnino habuisse verosimile est, ut nummorum loco ferreis uterentur virgulis, idest obeliscis plerisque, & æreis, a quibus hoc etiam tempore nummorum acervos obolos vocari certum est*. Hujus auctoritati adstipulantur inter recentiores Vossius, Tusanus, aliique.

Sed hæc forma monetæ non solum invenusta erat, verùm etiam inconstans; nam ita dividebatur, prout incerta, & fortuita fractura partem a parte virgæ se jungeret. Hinc introductum est, ut hæ metalli lineæ ita formarentur, ut per spatia determinata limi-

limitem quemdam haberent, ut fractura partes æquales, & determinati ponderis segregaret. Hinc factæ sunt monetæ ovalis figuræ, quarum plurimas in Agro Tuderte repertas in Museo Oliverio collocavimus; nec enim ex alia officina præter Tudertem hujuscemodi adhuc vidimus. In his ex una parte nodosa Clava conspicitur, ex altera verò numerus unciarum. Harum unam cum nota sextantaria producimus Tab. I. num. 5. At in eodem Museo asservatur etiam uncia, sextans, & quadrans ejusdem formæ, sed diversi temporis: nam in omnibus diversa est proportio ponderis ad libram, cujusmodi numismatum imagines retulimus in nostris *Antiquitatum Tudertium* libris, qui lucem expectant, si quando diuturno illi labori fortuna arrideat. Unicam ejusdem formæ unciolam signatam ex una parte litera M. observavimus in eodem Museo, quæ fortasse ad aliam Urbem pertinet, puta Mædulliam, Meoniam, Mævaniam &c. & ex eodem agro Tuderte ad nos pervenit. Ex diversitate verò ponderis ovalium Monetarum pro certo deducitur hanc flandæ monetæ consuetudinem diu Tuderti constitisse.

Postrema monetæ forma apud omnes fere populos usu recepta orbicularis fuit. Qua ætate fuerit introducta, definiri non potest; Assis enim Oliverianus unciarum 13. Tab. III. num. 1. perfecte respondet Assi Serviano. Sed cum contra habeamus asses quadratos unciarum sex, longe posteriores, hinc duplex suspicio nobis oboritur; quod nempe utraque forma, & quadrata, & orbicularis promiscue adhiberetur, prout major, aut minor necessitas cumulandæ monetæ populos præmeret. Altera quod etiam diminuto comuniter pondere monetæ, quæ commercio deserviret, graviores aliquando asses formarentur ad pompam, ut donarii loco essent, puta, ut militibus, Athletis, aut Diis assignarentur. Ait enim Dionysius lib. IV. pro singulis, qui nascerentur, aut togam virilem sumerent, aut e vita exscederent, totidem nummos sepositos fuisse in ædem Ilythiæ, Juventutis, & Libitinæ, nec incredibile est, Magnates nummos in hanc rem depoluisse ejusdem ponderis, cujus jam fuerant, cum lex instituta est. Rursus in nuptiis sponsa tres asses ad maritum deferebat, ut præmisimus in notis ad *Lucernas* Tom. I. num. 38. Hos vero asses, ut ita dicam, *pompaticos*, probabile est formatos fuisse juxta pondus antiquorum, ut cæremonia nihil detrimenti sentiret. Huc pertinet nummus Atriatium singularis, nuper Perusiæ inventus, cujus imaginem exponimus Tab. III. num. 5. Semissem videlicet unc. IX. qui pertinet ad assem unciarum XVIII. Et revera tradit Seneca de *Consolat.* Cap. XII. Scipionis Africani filias, quæ, mortuo patre, a Senatu nuptui traditæ fuerunt, dotem illis constitutam recepisse

in *ære gravi*, cùm ea ætate assis redactus esset ad semiunciam.

Quo artificio nummi fusiles formarentur, demonstrant etiamnum antiquæ lapideæ formæ hinc inde assium stigmatibus excavatæ, quæ Romæ inter parietinas repertæ apud Ficoronium propolarum, dum viverer, famosissimum asservabantur. Junctis laterculis liquatum æs in eos infundebatur, quod totam lineam occupans seriem nummorum unico opere conflabat, quæ facili negotio dividebatur. Sed ista flandæ monetæ ratio admodum vitiosa erat: nam alveolorum cavitates semper aliquam differentiam ponderis producebant, & præcipue ubi formæ longo usu attritæ essent; utebantur enim in id opus lapide arenario ignis patientissimo, sed tamen tenerrimo. Aliquando observamus circa hos nummos marginem quendam metalli exuberantis, quod procedebat a formarum laxitate; cujus generis nummi cæteris comparibus graviores sunt præter mentem Magistratuum, & monetariorum, ideoque de his nulla ratio habenda est circa pondus examinandum. Aliquid e contra deest aliquando ad perfectionem orbis ob defectum metalli, longaque attritio, & eruginis vitium multum aliis detraxit; præterea incendia, aliæque calamitates, quas subierunt hæc numismata, præcisum pondus corruperunt. Itaque de minutis hisce differentiis nulla ratio habenda est, sed tantum de unciis, aut semiunciis, quarum imminutio cum notabilis sit, in re præsertim, quæ publica fide tuebatur, non casui, sed consilio, & arbitratui Magistratuum tribuenda est.

CAPUT IV.

CUM ante usum signatæ monetæ æs rude in commercio esset, nulla, ut diximus, illi auctoritas inerat, nisi quam pondus constitueret. Hinc verba *pendere*, *appendere*, *expendere*, *& expensa* a lancium examine derivata. Ubi vero primum æs feriri cœpit, nomen antiquum a pondere conservavit, & partium distributionem, in libram, & uncias. Quin etiam mansit primævum pondus, ut nummus, qui libra vocabatur, libram quoque ponderis contineret, & similiter ejus partes, ut pondus nomini responderet. Introductio feriendæ monetæ nihil immutavit, nisi quod deinceps examine trutinæ non indigeret. Id colligimus ex Plinio lib. XXXIII. cap. 3. *Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dipondius appellabatur assis, quare æris gravis pœna dicta, & adhuc expensa in rationibus dicuntur, item impendia, & dependere; quin, & militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderanda pensatores libripendes dicuntur, qua consuetudine in his etiam emptionibus, quæ mancipii sunt, etiam nunc libra interponitur.*

Pa-

Parem auctoritatem sibi vindicant verba Varronis de *Lingua Lat.* lib. v. *As ab are, dupondius a duobus ponderibus, quod unum pondus assipondium dicebatur, id ideo quod as erat libra pondus.* Hisce testimoniis accedit veterum nummorum fides, quorum pondus librale est, ut in Chronico nostro adnotavimus. Ex his selegimus ex Museo Oliverio assem Romanum, unciarum xiii. Tab. III. n. 1. ad trutinam nostri temporis, quale pondus respondet libræ Antiquorum, quæ nostra gravior erat; idque maxime notandum est ad intelligentiam eorum, quæ dicenda sunt: nam Nummi omnes, quos recensuimus, juxta pondus recens expensi sunt.

Hanc sententiam, quam veterum testimonio, & experimento comprobavimus, evertere videntur nummi illi, quos in *Chronici Nummarii* initio retulimus, & qui sunt in ratione unciarum xx, xviii. usque ad xiv. quorum pondus longe exscedit libram Antiquorum, quæ, ut diximus, respondebat tresdecim ex nostris unciis. Difficultatem diu expendi, neque illam aliter solvi posse duxi, quam quod antiqui etiam, cùm nummi librales essent, aut etiam minoris ponderis, graviores aliquando effecerint, ut supra innuimus in usum donariorum, aut cæremoniarum. Arduum enim videtur ex conterminis populis alterum libra graviore, cæteros leviore usos esse: nam hanc differentiam, quam inter Provincias adhuc observamus, nusquam credam inter urbes, & Oppida Etrusci nominis extare potuisse, quæ licèt propriis magistratibus uterentur, communi quadam societate obstringebantur, simulque certo in loco coibant, ubi de totius nationis statu, & regimine agi oporteret, creato ex duodecim Urbium Lucumonibus communi Rege, ut refert lib. II. cap. 13. Dempsterus. Quod unum certum est, asses Romanos tresdecim nostris unciis graviores nondum visos esse, cujusmodi est Oliverianus, quem exponimus dicta Tab. III.

Constituto igitur ex tempore Servii regis pondere assis, ut libralis esset, mansit ejusdem molis usque ad bellum Punicum primum; Plinius loco citato: *Libra autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cùm impensis Respublica non sufficeret:* Hujus testimonium roborat Festus in Grave Æs: *Sed bello Punico populus Romanus pressus ære alieno ex singulis assibus librariis senos fecit, qui tantundem valerent.* Hosce autem asses respectu primævi ponderis Sextantarios appellat Plinius: *Constitutumque, ut asses Sextantario pondere ferirentur; itaque quinque partes facta lucri:* Quod confirmat citatus Festus in Sextantarii: *Sextantarii asses in usu esse cæperunt ex eo tempore, quo propter bellum Punicum secundum, quod tum Hannibale gestum est, decreverunt*

runt Patres, ut ex assibus, qui tunc erant librarii, fierent sextantarii, per quos cum solvi captum esset, & populus aere alieno liberaretur, & privati, quibus debitum publicum publice solvi oportebat, non magno detrimento afficerentur. Septennio quoque usus est ut priore nummo, sed id non permansit in usu, neque amplius processit in majorem.

Sed hic oportet optimi grammatici errorem historicum expungere, qui imminutionem hanc bello Punico secundo tactam tradit, cùm ad primum referenda sit, hoc est, ad annum Urbis CCCCXC. nam bello Punico secundo, videlicet anno DXXXVI. aliud diversum decrementum moneta passa est ex eodem Plinio, cui veluti antiquiori, & in publicis monumentis, quæ tunc extabant magis versato potius deferendum esse puto. Hæc ille: *Postea Hannibale urgente Q. Fabio Maximo dictatore asses unciales facti. . . . Mox lege Papyriana asses semunciales facti*. Lex autem *Papyriana de Assibus* lata est a C. Papirio Carbone Tribuno Plebis, L. Cornelio Scipione, & C. Laelio Nepote Coss. anno DLXIII. ut notat Rosinus *Antiquit. Rom.* lib. VIII. cap. 20. sive, ut Sylvestrio placet, anno DLX. in quem reponit dictum Consulatum.

Rursus vero, & Plinii, & Festi testimonia in maximam incurrunt difficultatem: Inferunt enim pondus assis libralis mansisse usque ad bellum Punicum primum, sive, ut Festo placet, secundum, & tunc repente factum sextantarium, hoc est, duarum unciarum, & ex bello Punico secundo iterum e sextantario uncialem; unde infertur inter utrumque monetæ statum nullam aliam monetæ imminutionem contigisse. At contra clamant ipsi nummi Romanorum ubique obvii, quorum ingentem copiam ad trutinam expendi, ex quibus occurrunt unciarum tresdecim, decem, vel novem, & sic deinceps, ut videre est ex subjecto Chronico nummario. Id testimonium toto orbe diffusum, manifeste evincit multas, & magnas perturbationes in monetæ pondere accidisse, quas Plinius silentio præteriit. Quid ni? ab ætate Servii Regis ad bellum Punicum primum quatuor fere sæcula intercessere, quo temporis intervallo Reipublicæ Status summopere conturbatus fuit; nam post Reges exactos, Consules primum, deinde Decemviri, iterum Consules, rursum Tribuni, & quoties periculum immineret, Dictatores regia potestate Rempublicam administrarunt. Bella interim continua, calamitates frequentissimæ, & quæ magna molimina semper sequitur, inopia pecuniæ. Interim nullum facilius consilium capi poterat, quàm de moneta sensim extenuanda, quod revera factum fuisse, in experimento ipsorum nummorum extantium evidenter cognoscimus. Interim quo pacto Pli-

Plinius defendatur, non video nisi unica ratione, quod brevitatis gratia minutas illas ponderis detractiones prætermiserit, unica contentus comparatione ad primævum monetæ statum, ut asses, qui olim libram æris obtinebant, bello Punico primo biunciales prodierint, & quinque partes factæ lucri relative ad assem Servianum. Hanc excusationem nisi admittamus scriptori illi maximo, excludere oporteret e serie Romanorum nummos omnes, præter librales, & duunciales, quamquam Romana insignia præseferant. Hanc eandem difficultatem expendit vir longe doctissimus, & rei antiquariæ consultissimus Carolus Schlaegerus, qui de *Nummis Imminutis* elegantissimum, atque aureolum libellum publicavit. Hæc ille, §. III.

Videamus igitur primo, quid sit assis sextantarius: nam hoc prima imminutionis nomen est, quamvis a Plinio non consignatum; & hoc nisi prius cognito, & perspecto, quid sit uncialis necessario ignoratur. Patres, inquit Festus, decreverunt, ut ex assibus, qui tunc erant librarii, fierent sextantarii. Quod cum de assibus in sextantes mutatis intelligi nequeat, eo quod talis assis sine maximo privatorum damno obtundi non poterat, necessario relinquitur, ut assis sextantarius secundum Festum sit assis uno sextante levior, & sic dicatur non a pondere sextantario, sed a pondere imminuto, quod erat sextans, & in hac appellationis ratione nihil est omnino, quod aequum rerum, & verborum æstimatorem offendere possit. Extra hanc considerationem sextantem aut unciam appellare assem, quid aliud est, quam res, & nomina confundere. Quod si Festus alio in loco contrarium scripsit, nimirum Populum Romanum ære alieno pressum ex singulis assibus librariis senos fecisse, qui tantundem valerent, cum Festum ita transfigam, ut liceat mihi Festum memoria lapsum ex se ipso corrigere, & pro senis assibus sextantarios reponere: Sententiam vero hanc suam Alciati auctoritate confirmat ex libro de *Ponderibus*, & *Mensuris*, ubi Plinii locum ita legendum esse sensit: *Constitutumque, ut asses dextantario* (pro sextantario) *pondere ferirentur, ita quinta parte* (pro quinque partes) *facta lucri, dissolutumque æs alienum*.

At venia dixerim tantorum virorum, nihil video, quod in Plinii verbis immutandum sit, cum ipsorum veterum nummorum testimonio illa tueantur. Ad manus enim habemus asses sextantarios duabus unciis pendentes; item & unciales ubique obvios, & semiunciales, quibus nihil communius, quorum primi turbulentissimorum temporum festinationem, & pavorem redolent, postremi vero studium, & elegantiam Græcorum Artificum spirant, & plenam populi tranquillitatem, si verò cum Schlaegero Plinium corrigamus, quæso, in quam ætatem duunciales, & unciales asses

ſes reiciemus? Terror Punicus id conſilium jure inducere poterat, ut quod ponderi detrahebatur, fides publica ſuppleret ad labantem Rempublicam reſtituendam, potiſſime cùm vir doctus non neget denarium argenteum, qui denis aſſibus permutabatur, eo tempore ſenos denos importaſſe. Cum igitur monetæ argenteæ valor augebatur, nil mirum eſt, monetam æream, quæ tunc ſignabatur, fuiſſe imminutam. Quin turbet ingens illud decrementum; nam, ut præmiſimus, calamitate temporum excuſabatur. Omnem vero tollit amaritudinem alia conſideratio, quod tam grandis imminutio inſtantanea eſſe non potuit, cum ante aſſes ſextantarios ſucceſſivam videamus ab aſſe librario detractionem ponderis de uncia in unciam ſenſim factam: quod ego contigiſſe puto, quoties bella urgerent, cum civibus a cultura agrorum ad militiam convocatis iniquum eſſet tributa duplicare. Itaque cum videamus extitiſſe nummos Romanos, qui ſunt in ratione unciarum ſex, unciarum quinque, item quatuor, demum trium, ut patet ex *Chronico*, nulla gravis injuria commercio illata eſt, cum aſſis in duas uncias conraſus emerſit. Moneo tamen, nummos Romanos imminutos ante bellum Punicum primum rariſſimos eſſe, & magno in pretio habendos ad hanc hiſtoriæ partem confirmandam, cujus raritatis ratio potiſſima eſt, quod bello Punico premente univerſa pecunia Romana in ærarium accerſita conflata eſt in novam, abrogata penitus auctoritate monetæ veteris, cujus reliquiæ, quæ legem hanc ſenſerunt, parciſſimæ nobis præſervatæ ſunt. Eandem raritatem obſervamus in aſſibus duarum unciarum, & unius unciæ, cujuſmodi paucos admodum ad manus habuimus, quos in Muſeum Oliverianum intulimus, cum cæteroquin qui infra ſunt, ſemiunciales tritiſſimi occurrant.

Confirmat etiam Plinii lecturam ipſe aſpectus aſſium ſemiuncialium, qui lege *Papyriana* percuſſi ſunt poſt annum DLXIII. in quibus parerga, & nomina Cenſorum ſæpe occurrunt, qui ad illam ætatem pertinent, ut nihil penitus in textu Pliniano immutandum videatur.

CAPUT V.

HActenus Romanæ monetæ diminutionem obſervavimus, & quo tempore acciderit, ſcrutati ſumus. Nunc veluti jacto fundamento ad Etruſcam properemus. In hac vero credendum eſt, eadem decrementa ſenſim contigiſſe, quæ notavimus in Romana. Et revera, ut ex *Chronico* patet, nullus Romanorum nummus exiſtit, cujuſvis ponderis ſit, cui Etruſci non reſpondeant. Has autem diminutiones in utriuſque nationis moneta

con-

contemporaneæ accidiſſe pluribus rationibus confirmatur. Hæc vero conjectura maxime prodeſt, immo unica eſt ad ætatem cujuſvis nummi conſtituendam, quantum in re dubia, atque obſcuriſſima, fieri poteſt. Id cum hucuſque in incerto fuerit, mirum non eſt, viros cæteroquin doctiſſimos in eum errorem lapſos eſſe, ut maximam antiquitatem attribuerint nummis, qui omnium poſtremi habendi ſunt, utpote qui extremæ diminutioni reſpondent.

Et primo quidem conſtituendum eſt, nullam rationem adduci poſſe, cur aſſis Romanus Iguvinus, Tuders, Volaterranus, Vetulonienſis, &c. ejuſdem ponderis unciarum VII. ad diverſa tempora referendi ſint, cum potius commercii ratio ſuadeat, æqualitatem hanc monetæ contemporaneam eſſe debuiſſe. Notandum præterea eſt, Romanos Etruſcis conterminos quadam, ut ita dicam, ſocietate conveniſſe in monetæ partitione, ut aſſis in duodecim uncias divideretur, ejuſque partes communibus inter utrumque populum notis diſtinctæ eſſent. Decuſſim, quem in Muſeo Oliveriano, & alibi habemus, Romani per notam X. diſtinxerunt. Etruſci quincuſſim per notam V. ut apud Dempſterum Tab. LXI. Rurſus Etruſci dupondium per numeros II. ut ibidem Tab. LVI. Aſſem vero ab utroque populo ſignatum eſſe charactere unitatis I. nemo ignorat. Semiſſem Romani notaverunt per literam priorem S. Etruſci per notam Ɔ. quam ſuſpicor initialem pariter fuiſſe nominis equipollentis, exempli gratia *Cemis*: nam & S. & C. proſtheſis eſt ditionis HMIΣΥ. Cujus Etruſcæ notæ exempla multa occurrunt in Tabulis Dempſterianis, potiſſime in nummis Volaterranis, in quibus nummus ſemiſſarius aliquando ſignatur hac nota, quemadmodum etiam ſemis Tudertium; quandoque vero ſignatur per ſenos globulos. Hinc colligimus lunulam illam in area nummi exſciſam apud præfatos populos ſemiſſe indicaſſe, quanquam in Vetulonienſibus nota illa Ɔ. ſtet loco initialis literæ, Ͻ. quæ perſæpe in Etruſcis inſcriptionibus ſine angulis eſt, & de proximo ad figuram arcus accedit. Partes verò aſſis inferiores promiſcue a Romanis, Etruſcis, Campanis, & quandoque a Siculis numero globulorum definiuntur. Accedit partitio uniformis monetæ materialis inter univerſas Italiæ nationes, quæ ſex tantum habuerunt monetæ ſpecies, Aſſem, Semiſſem, Trientem, Quadrantem, Sextantem, & Unciam, reliquæ ſex partes in intellectu conſtiterunt, ut vix aliquando quinqunces, aut ſeptunces conſpecti ſint, & non ſine ſuſpicione punctum additum, aut detractum flaturæ vitio, quin de hoc accidenti myſterium aſtruamus.

Hanc vero monetæ ſimilitudinem Romani non conſtituerunt, ſed imitati ſunt. Cum enim Romæ ante Servium nulla fuerit monetaria Officina, quemadmodum nulla æris vena ad monetam ef-

for-

formandam, consequens est Romanos primo Imperii sæculo moneta Etrusca usos fuisse, quam commutatione rerum, quæ in ditione Romana nascerentur, accersebant. Roborato tamen Imperio sub Servio Tullo, æs accitum est, & ad imitationem finitimorum populorum signari cæpit, utique sumpto exemplo a numismatibus, quæ per integrum sæculum Romæ adhibita sunt.

In nummis minoris formæ aliquando nota X. invenitur, quæ cum ob numismatis tenuitatem denarium valorem importare non possit, creditum est, numerum illum designare uncias; & quidem male, quia in expressis in nostra Tab. V. præter hanc notam conspiciuntur etiam indicia duarum unciarum. Probabilior conjectura suggerit parerga hæc, quemadmodum & stellulas, extra ordinem signatas, pertinere ad monetarios. Fateor tamen ex pauculo hujusmodi monetarum numero vix aliquid certi sperari posse, obtinendum fortasse si copiosius e terra emergat. Cæterum in nummo Lunensium, & Populoniensium nulla ratio habenda est de linea illa globulorum conjunctorum: nam non pertinet ad numerum unciarum, sed symbolum est ad officium monetariorum alludens, qui æs liquatum intra formas effundendo virgas nummorum continuas educebant, ut supra notavimus.

Hic verò consensus in partitione, & notis nummariis erat maxime necessarius ad societatem inter conjunctos populos conservandam inliterato humano genere, cui facilem, & obviam monetæ discretionem proferre oportebat, ne varietate, & novitate turbaretur. Tanta verò similitudo formæ in monetis facile persuadet etiam pondus uniforme inter conjunctas nationes extitisse ob commercium reciproci necessarium. Nam mitto liberalium artium professores passim Romam accitos, Pictores, Figulos, Ærarios, Architectos, Ludiones, Gladiatores, & mentis divinæ Interpretes pretio redemptos; prætereo merces varias, supellectiles, & præsertim vascularíam ab Etruria expetitam, quæ omnia maximam monetæ communicationem inter utramque nationem inducunt: sed silentio præterire non possum frequentia bella, ex quibus necessario accidit maxima monetæ commixtio, præsertim ad commeatus, longe lateque cumulandos, jumenta, & equos, cæterumque bellicum apparatum componendum, quæ omnia monetæ pondus peræquare debuerunt, communi quodam consilio ad illas submovendas difficultates, quæ ex vario monetarum pondere interponebantur; cùm moneta tota ex aere constaret fastidiosissima supputatione, nec rudi ætate præsumenda.

Sed nihil profecto est, quod hujusmodi monetæ pondus æquet inter populos, quam necessitas metalli aliunde conquærendi. Omnes Etruriæ Urbes monetam signabant, sed non omnes e muni-

cipa-

cipalibus fodinis cuprum eruebant, licèt aliquæ hoc naturæ beneficio pollerent, quæ præsertim circa Apenninum collocatæ erant. Iguini nostri æris fodinas habebant, ex quibus ad propriam monetam signandam perpetuo usi sunt, usque ad Proavi mei ætatem, neglectas, ubi extinctis Ruvereis Dinastis Provincia in potestatem Romanæ sedis redacta est. Venas hasce æris in hominum memoriam revocavit nuperrime sapientissimus Cardinalis Stuppanius Metaurensium de latere Legatus, cui a consiliis aditabam, & universa monumenta, quæ ad hanc Patriæ meæ dotem pertinebant, in secretiorem Provinciæ Tabularium recondi curavit, ne quid Posteris deperiret, si quando meliora tempora affulgeant, quibus publicæ felicitati consulatur; in quo maxime usus est opera, & labore Viri Cl. Joannis Hieronymi Carlii, philosophi egregii, & humanarum literarum Eugubii Professoris. In cæteris Etruriæ montibus æris venas plures detexit solertissimus, ac doctissimus Etruscorum Pausanias, Targionius. In agro Calliensi prope Plobicum, Brancaleonæ familiæ antiquissimum Principatum, venas æreas egomet vidi, aliasque in montibus Perusinis extare rescivi. Una omnium generosissima Ilva Etruscis omnibus æs suppeditabat, ut ait Aristoteles de *Mirabilibus*, quæ nunc ætate obsoleta degeneravit in ferrum. Plinius vero lib. XXXIV. cap. 1. & 8. æs Campanum commemorat omnium probatissimum, meminitque iterum æris, quod ex agro Bergomensi, multisque aliis Italiæ Provinciis eruebatur. At nullum æs nisi adventitium aderat Tarquiniis, Veiis, Vulsiniensibus, Trossulanis, Faliscis, Clusinis, ad quos aliunde oportebat deferri. Hujus ergo metalli commercium cunctis Etruriæ Urbibus ad monetam signandam, atque alia utensilia fabricanda necessarium profecto supponit quandam æqualitatem pretii in rebus, quæ commutarentur, ex quo procedit æqualitas ponderis in moneta. Id præcipue Romæ contingere debuit, in cujus primæva ditione nullæ æris venæ habebantur, ut communi tunc omnibus pretio comparari deberet.

Maximum præterea periculum subibat moneta gravior, cùm ad manus alterius populi, qui leviore uteretur, perveniret: nam pondus exscedens commodo cedebat externorum, qui illam conflarent, ut Romani facere consueverunt; quapropter ipse rerum usus docet inter finitimos populos monetam æqualem constitisse. Inæqualem nobis reddit, & forma, & mixtura. Forma; nam aurei graviores multis preponderant minoribus in diversa ratione signatis; cùm contra inter monetam Romanam, & Etruscam una, atque eadem partitio intercederet; mixtura denique, quæ pretium auget, aut diminuit in nummis ejusdem ponderis; quæ differentia nulla erat in moneta communiter ærea: nam mixtura ferri nonnisi in uncialibus nummis Romanorum observatur.

Y Quin

Quin obiiciatur, potuisse alterum populum uti moneta graviore, ita quod assem suum commutaret cum finitimis majore numero unciarum, puta pro quindecim, aut sexdecim unciis; sed hæc ratio commercii nimis incommoda erat rudi populo, ut diximus, cùm semper usus lancis fuisset necessarius ad alienam monetam expendendam. Itaque nil facilius, quam ubi populus potentior monetam diminueret, cæteri quoque exemplum imitarentur cum Reipublicæ incremento. Adde, quod si unus populus moneta graviore, alter verò leviore usus esset, peræquatio in computis fieri non poterat quoad minutas assis partitiones ob semiuncias, aut numerorum fragmenta, quæ nullibi habebantur ad pretium peræquandum, quod damno alterutrius ex contrahentibus cedere debuisset. Quid vero absurdius in uno eodemque populo tam differentes nummos expendi, qui perpetuo ratiocinatore indigerent?

Sed omnem penitus submovet difficultatem ipse aspectus monetæ Romanæ, & Etruscæ simul decrescentis, proportione adamussim servata. Asses intuemur Romanos, & Etruscos cum universis suis partibus librales: Observamus semilibrales, & sic deinceps biunciales. Quis vero, ut paulo ante monui, in tanta consensione, & paritate ponderis differentiam temporis sibi persuaserit, ut quod pariformiter factum est, diverso tempore contigisse præsumat, cùm potius ratio suadeat ad commercii facilitatem unam alteri continuo successisse?

CAPUT VI.

EX Etruria paulisper digrediamur in Campaniam, magnam Græciam, & Siciliam, illarumque nummos contemplemur, ut singulorum ætatem a ratione ponderis perscrutemur. Mitto aureos, & argenteos, qui ex opulentissimis, cultissimisque Provinciis frequenter occurrunt, contentus æreis, in quibus nulla ætatis nota, nulla Principis, seu Magistratus perspicua est, nec ad illorum antiquitatem, & ætatem definiendam alia nobis suppetit via, nisi quam nobis aperit consensus ponderis cum moneta Romanorum. Non omnia vero numismata earum nationum huic judicio subsunt, nisi ea, in quibus notæ valoris, hoc est, numerus unciarum per consuetos globulos signatus, expressæ sunt; quod ad imitationem Romanorum fecisse arbitror, ex quo Romanis paruerunt, retenta umbratili quadam imagine libertatis, quæ propriæ monetæ cudendæ potestatem populis illis præservavit; quod cum Tudertibus factum esse, late demonstravi peculiari libro *Antiquitatum Tudertium*, cujus urbis postremi nummi proprio nomine

mine ſignati reſpondent aſſi unciali, quo argumento cognoſcimus, eam urbem circa annum DLXIII. cum unciales ad ſemiunciale pondus redacti ſunt, a prærogativa cudendæ monetæ excidiſſe.

Si igitur pondera Campanæ, & Siculæ monetæ, atque una Magnæ Græciæ expendamus, pronum erit intelligere, quo tempore quique nummus ſignatus ſit, dummodo notam valoris præſeferat, quo indicio ſublato inaniter quæritur. Excuſſi igitur hujus notæ nummos, & vidi omnium graviſſimos eſſe in ratione aſſis unciarum trium uſque ad aſſem ſemiuncialem: unde cognoſcitur, hujuſmodi nummos haud multo bellum Punicum præceſſiſſe. Horum ſpecimen ſubiicio, neque enim magis otii relictum eſt, ut elencum longiorem conficerem:

Capuanorum Liparenſium Brutiorum	unc. 3.
Velienſium	unc. 2. $\frac{1}{2}$
Teatinorum Acragatium	unc. 2.
Selinuntinorum Cælinenſium Veientium Lucerienſium Rheginorum	unc. 1. $\frac{1}{2}$
Lemniorum Orrenſium Hymerienſium Agrigentinorum	unc. 1.
Valentianorum Brunduſinorum Liparenſium Copienſium Larinenſium Præſtanorum Altinatium Centuripenſium Gelaſinorum	unc. - $\frac{1}{2}$

Antiquiores harum nationum nummos, & graviores vel non habemus, vel notis monetariis deſtitutos, quorum indicio ad hanc regulam reducantur. Cum vero pondus ſemiunciale omnium extremum manſerit uſque ad Romanæ Reipublicæ interitum, deduci-

mus, Campanas urbes, & reliquas, de quibus est sermo, usque ad ea tempora municipalem monetam feriisse, ad quam ætatem Tudertium nummi, & reliquarum Etruriæ Urbium non accedunt, haud dubio indicio propinquitatem Romanam, & præpotentis populi felicitatem devicta Africa illis penitus obfuisse.

CAPUT VII.

NOtas nummarias valoris indices, & quodammodo jure gentium introductas in omnibus Italiæ officinis supra adnotavimus, quarum maximus usus est ad ætatem unicuique assignandam. Superest modo, ut symbola quædam, seu parerga observemus, quæ in area nummorum fusilium adjecta sunt. Horum omnino quatuor in nummis hujus generis observavi. Sunt autem I. Falx, II. Clava, III. Glans, IV. Lanceæ cuspis: quæ emblemata in exergo monetarum pone Deorum capita conspicua observantur.

Fuere, qui hujusmodi signa attribuerint Diis, qui in ipsis nummis expressi conspiciuntur, & propterea Jovis caput, cui Falx adiecta est, Saturno adsignarunt, Jove penitus reclamante. Sic Junonis caput, cui idem symbolum aliquando appositum cernitur, Deæ *Putæ*, quæ putationi præerat, adscripserunt, quo nihil absurdius. Autumarunt alii hujusmodi notas, quæ etiam sine ulla Deorum imagine in omnibus pene monetæ partibus inveniuntur, denotare monetam illam nova lege signatam esse levioris ponderis, quàm esset antiquior, ne de illius auctoritate dubitaretur, & scirent omnes nihil fraude subtractum esse, sed potestate magistratus æs imminutum; quapropter, ut illi diudicant, hoc signo tota antiquior moneta exauctorata erat, ut nullius usus effecta, ærario reddita in leviorem conflaretur.

Sed difficile admodum est uno, vel altero ex hisce nummis perpenso judicium ferre. Quod ego hactenus observavi, notæ hujuscemodi in nummia diversissimi ponderis inveniuntur. Exemplo sit *Glans* in asse unciarum $13\frac{1}{2}$ & in alio unciarum decem; nec mihi suadeo legem illam, quæ auctoritatem firmavit, indito hoc stigmate, assi unciarum $13\frac{1}{2}$ fidem publicam confirmasse addito eodem signo assi unciarum decem, qui certe multo temporis intervallo post primum prodiit in forum. Falx invenitur in quadrante, qui est in ratione unciarum 13. in semisse pertinente ad assem unciarum duodecim, in aliis semissariis nummis, qui sunt in ratione unciarum $10\frac{1}{2}$ & unciarum decem, & unciarum 9 in quadrante pariter pertinente ad assem unciarum $9\frac{1}{2}$.

Cla-

Clava recurrit in asse unciarum 11, & in triente ejusdem ponderis, in asse unciarum 9 $\frac{1}{2}$ in semisse spectante ad assem unciarum 9 in asse unciarum 8 $\frac{1}{2}$ in semisse ejusdem rationis, & in alio semisse, qui est in ratione unciarum 8. *Lancea* conspicitur in Decussi, qui est in ratione assis unciarum quatuor, in asse unciarum 3 $\frac{1}{2}$ & in alio Decussi Oliveriano, qui pertinet ad assem unciarum 10 $\frac{1}{2}$. Præter has notas in unico nummo prope Jovis caput vidi seram dentatam. Id examen eliminat penitus superiorem conjecturam, aut aliam, quæ posset obtrudi, nempe hujusmodi signa addita fuisse ad augendum pretium assis, puta ab unciis duodecim ad sexdecim, aut majorem numerum, nam in moneta tam diversi ponderis diversæ etiam notæ inditæ fuissent.

Unica, quæ mihi occurrat, conjectura ea est, ut hujusmodi signa diversarum urbium denotent officinas, easque notas pro libito monetariorum aliquando fuisse appositas, quandoque & prætermissas. Habuere singulæ urbes insignia quædam, quibus nummos suos consignarent, exempligratia Iguini mei astrum solis, & lunam, Vetulonienses rotam, & bipennem, aliique alia, de quibus infra erit sermo. Cum vero aliquando sive consilio, sive ex libidine variandi insignia illa perturbarent, ne dubitaretur, ex qua officina nummi prodiissent, nondum introducto usu literarum, notas hasce interponebant, quæ nominis vicem obtinerent.

Et revera video lanceæ ferrum in solis Romanis nummis, quos memoravimus, fuisse appositum. His accedunt asses unciales & semiunciales ejusdem urbis, in quibus frequenter lanceæ cuspis signatus est in exergo, quo tam multiplici testimonio Romanis deputarem asses omnea illiteratos, in quibus id symbolum occurreret. Tudertes vero in uncia antiquioribus lanceæ mucronem apposuerunt pro symbolo principali, & aream nummi occupante, quod longe differt a notis hisce secundariis, quæ in exergo apponebantur. De cæteris desperata res est, cum ignoremus, cui populo pertinuerint. Puto tamen ab hisce notis monetam aliquando nomen fuisse sortitam, cum apud scriptores antiquos nummos *Serratos* videamus, quos Tacitus in *Germanico*, Cap. V. appellat *Veteres, & diu notos*.

CAPUT

CAPUT VIII.

POtissima nummis Etruscis accedit dignitas ex Inscriptione, qua suis ipsis urbibus assignantur, quod in maximum decus vertitur populorum manifesto quodam, ac perenni testimonio antiquae potestatis. Utinam, quod nimis sero constituerunt, celerius introduxissent: nam maxima nummorum Etruscorum pars, quae in incertum vagatur, propriis sedibus restitueretur: Sed tarde nimis reputatum est, fore aliquando tempus, quo nummi inter cimelia censerentur, & posterorum ingenia sollicitarent.

Ut vero singulas Tabulas Dempsterianas, quae ad nummariam pertinent, exponamus, antequam accedamus ad nostras, observabimus Tab. LVI. geminos asses Volaterranos cum Inscriptione Etrusca VELATRI, rursus & dupondium ejusdem monetae, utrumque in ratione assis unciarum circiter 6. Hujusmodi expendebantur inter annum urbis C. & CCCCXC. si quid vero in hac re conjectura valet, haec moneta in usu erat circa annum urbis CCC. media aetas inter utrumque terminum, unde a librali assis factus est biuncialis.

Ad eandem Urbem, sed non ad idem tempus, pertinent nummi Tabulae LVII. Tres primi, qui lunula notantur semisses sunt: nam ea nota communiter medietatem assis designat, quia fortasse, ut praemisimus, initialis erat illius vocis, qua Etrusci semissem notabant, ut Romani per literam S. Horum pondus est in ratione assis unciarum quinque circiter, & sic a superiori statu imminutum. Triens num. IV. pertinet ad assem unciar. fere septem, & sic praenotatis antiquior. Triens vero num. V. ejusdem notae censetur.

Qui sequuntur in Tab. LVIII. plerumque ad eandem aetatem pertinent, exscepto sextante num. 7. qui omnium antiquissimus est, & pertinet ad assem unciarum 12. quapropter de proximo accedit ad annum Urbis C. Reliqui vero nummi ejusdem Urbis, qui praecedunt in Tab. LIX. tribui debent ad tempora longe posteriora, cum assis ad quatuor fere uncias redactus est.

Horumce nummorum specimen aliquod protulit Fabrettus noster Cap. VII. *Inscriptionum* pag. 528. ubi nihil de Lemmate ausus est proferre; quin etiam massas hasce inter pondera, ut vulgo tunc ferebatur, computavit. Primus Bonarotus inter nummos accensuit, intacta tamen Inscriptione, quae nunc nullo haesitante tribuitur Volaterranis.

In

In eadem Tab. LIX. occurrit Assis Iguvinus, quem, ut primum vidi, Patriæ meæ adscripsi. Luna respondet astro solis ex altera parte signato veluti stemma urbis, quod in antiquissimis quibusdam Græciæ nummis observamus. De hoc nummo aliisque ejusdem Patriæ meæ alibi agendum erit. Num. 5. Semis conspicitur cum nota Etrusca V initiale nominis Vetuloniæ, de quo pariter erit sermo. Postremus sub num. 6. cum nota TV ad Tudertes spectat.

Tudertibus adscribendi sunt nummi universi Tab. LX. & qui sequuntur in Tab. sequenti LXI. Ranæ imagine consignati, de quibus pariter suo loco erit differendum.

Quinipondius maxime insignis in eadem Tab. LXI. & si fugientibus quibusdam literis, ad Populonienses suos reclamat. Suppleas tantum in loculis literulas detritas:

V L N

PVPLVNA

Rotam enim contra morem cæterarum impari radiorum numero distinxerunt, ut septeni spatioli singulas literas hujus nominis exsciperent. Nota V in medio anchoræ signata numeralis est, & totidem assium valorem præsefert. Cæterum hic nummus pertinet ad assem unciarum quinque. Paucula hæc adnotanda censui, ut pro instituto Tabulas singulas expenderem, plura dicturus, cùm singularum urbium nummos a nobis collectos exponemus.

TUDERTIUM.

Ad Tudertes revertamur, qui omnium primi inter Italos usum literarum in nummaria invexerunt; Sunt enim in Museo Mediceo nummi Tudertium inscripti, qui sunt in ratione assis unciarum XIII. videlicet libræ antiquæ, & qui propterea Servii regis tempora attingunt. Nuper vero Tuderti repertus est Triens, qui pertinet ad assem unciarum XV. quem ego veluti singulare Cimelium in Museum Oliverium perpetuo servaturum collocavi. Horumce nummorum integram seriem ordinavi in *Antiquitatum Tudertium* libris in octo Tabulas refertissimas digestam; quod quidem opus absolutum Typis vulgandum reservamus. In his perpetuo nomen scriptum legitur ᴛᴠᴛᴇʀᴇ vel ᴛᴠᴛ. aut ᴛᴠ. idque Etruscis literis a dextera in sinistram vergentibus, per quas nomen non gentile, sed urbis ipsius in sexto casu declaratur, ac si *Tuderte moneta signata diceretur*, quemadmodum in simili casu

ſu legimus inſcriptum in nummis poſterioris ætatis *Kartagine, Conſtantinopoli moneta obſignata*. Quibus legibus lingua Etruſca obſtringeretur, & an ſexto potius, vel ſecundo caſu utendum fuiſſet, penitus ignoramus. Nomen Urbis a loci natura tutiſſimi ac in prærupto Colle conſtitui factum fuiſſe judicavi in eodem Commentario: Nummorum vero parerga, gentis ſtudia, & agri opulentiam indicant. Supereſt, ut eos, quos in calce illius operis retulimus, præter oblongos, quos Tab. I. & II. expoſuimus, breviter hic deſcribamus juxta ordinem tabularum, in quibus graphice delineati ſunt.

Tab. XXXVI. num. 1. Aſſis unciarum ſex cum Aquila, & cornucopiæ. TVTERE.

Semis unc. 3. cum Aquila, & cornucopiæ TVTERE.

Triens cum Aquila, & cornucopiæ denar. 18. TVTERE.

Aquila, & caput Jovis ſine nota monetaria. TVTERE.

Uncia cum Aquila, & capite Sileni denar. 2. TVTERE.

Tab. XXXVII. Semis cum lupo dormiente, & lira unc. 4. TVTERE.

Idem unc. 1. & den. 15.

Idem unc. 1. denar. 18.

Idem unc. 1. denar. 7.

Caput Satyri cornigerum, cornucopiæ TVTERE ſine nota monetali denar. 2.

Cantarus Bacchi, & Tripos TV ſine nota monetali den. 2.

Tab. XXXVIII. Manus ceſto armata, duo clavæ TVTERE.

Triens unc. 3. den. 8.

Idem unciar. 3.

Idem unc. 1.

Idem denar. 12.

Nummus ovalis cum nota quadrantis, & Clava unciæ 1. & den. 14. ſine Inſcriptione.

Sextans ovalis cum Clava unc. 1. den. 1.

Idem denar. 16.

Uncia ovalis cum Clava den. 10.

Tab. XXXIX. Sextans cum rana, & ancora TV.

Quadrans cum rana, & ancora TV den. 18.

Idem denar. 19 $\frac{1}{2}$

Uncia cum rana, & teſtudine TV den. 15.

Uncia cum vaſe, & lancea TV ponderis unius unciæ.

Eadem den. 7 $\frac{1}{2}$.

Eadem den. 6.

Uncia cum uvæ racemo, & ſeceſpita.

Uncia cum uvæ racemo, & lancea TV.

Tab.

Tab. XL. Sextans cum cicada, & Tridente TV. unc. 1. den. 9.
Idem denar. 16.
Idem denar. 6.
Idem denar. 10.
Uncia ovalis cum cicada den. 13.
Eadem den. 10.

Tab. XLI. Caput Mercurii Petasatum cum porca porcellos lactante. TVTERE.

In hoc vero elenco plurimos prætermisi, quorum differentia admodum minuta erat.

Rursus inter nummos, quos in præsentia producimus Tab. VIII. num. 1. & 2. duos alios Tuderti effossos, & in Museo Oliverio asservatos publicamus, quos licèt literis destitutos, probabiliter tamen ad Tudertium officinam pertinere arbitramur. In primo rana conspicitur, frequens in ejusdem urbis moneta, & fructus cinaræ cum litera etrusca T initiali. Postremum id Symbolum sæpe recurrit in Zoforo celeberrimi Templi Martis Tudertium, cujus metopas n. 51. adhuc extantes diligenter descripsi in *Antiquitatum Tudertium* libris, quod eo libentius præstiti, quo in iisdem metopis omnia fere emblemata, quæ in Tudertium nummis observantur, exculpta sunt.

Quadrans n. 2. memoratæ Tab. VIII. anchoram præsefert, & caput juvenile. Primum Symbolum obvium est, ut diximus in aliis quadrantibus ejusdem civitatis, & fortasse ad originem gentis ex oriente profectæ referendum est, quam quod ad studium populi omnino Mediterranei.

ATRIATIUM.

Succedunt inter nummos epigraphicos illi, qui ab Atriatibus percussi sunt. Hos debemus diligentiæ Clarissimi Arigonii, qui in amplissimo *Prospectu rei Nummariæ* Musei sui, quem in lucem edidit, nummos hosce omnium oculis obiecit. In his ex una parte caput mulieris conspicuum est, in alia vero vas cum Inscriptione etrusca HAT. hoc est *Atriatium*, quorum antiqua urbs in Venetia circa paludes Padi Fluminis coaluit. Aliam ejusdem nominis urbem in Aprutio computatam notamus, quarum utraque sive alterutra nomen Adriatico mari fecisse traditur. Hic nummus quatuor globulis obsignatus inter trientes vulgo censetur, sed cùm illius pondus sit unciarum sex, libram constitueret enormis ponderis unciarum XVIII. quapropter in suspicionem veni, quatuor globulos quadripondium importare, cujus ratio spectet ad assem sesquiuncialem: nam licèt concedam extitisse aliquando

Venio ad Icuvii Patriæ meæ nummos, quorum primum ubi animadverti in Tabulis Dempsterianis populo Icuvino confestim assignavi. Unicus olim hujus notæ nummus extabat in Museo Mediceo, in quo tamen certo scio esse desiisse; alterum tamen Eugubii repertum lætamur priori simillimum, quem sibi acquisivit Vir literatissimus Joannes Hieronymus Carlius humanarum literarum ibidem Professor; simillimum Perusiæ asservari traditur in Museo Montemellino; alterum vero Pisauri asservamus in Museo Oliverio, & quem delineavimus in præsenti Tab. IV. n. 1. Nummus iste unciarum fere septem omnium illius Urbis antiquissimus est. Huic succedit alter ab eodem Carlio nuper repertus, in quo nota numeralis crassior est, & quodammodo talum imitatur, in cujus postica sub lunula, & inter stellas lanceæ mucro conspicitur. Dubitavit Clarissimus Possessor, an nummus iste inter asses, aut semisses foret reponendus ob diversitatem symbolorum. Ego ramen inter asses accenseo, quod mihi persuadet nota unitatis, licèt amplior expressa sit, sive id consilio, seu vitio flaturæ tribuamus. Nec immorandum est in diversitate insignium: nam cum iste nummus triunciali minor sit, longe posterior est præcedente. Tertium Nummum exsceperam ex Museo Montemellino Perusiæ celebratissimo, sed nuper ejusdem formæ alterum Perusiæ pariter inventum exscepimus ponderis unciarum fere trium rudi opere expressum, & sine margine, qui in cæteris cospicitur, redoletque istantis alicujus periculi tumultuariam festinationem, cum ad belli apparatum non admodum elegantia in nummis, sed potius in armis quærebatur, quem confestim in Museum Oliverium intulimus. *Icuvini* nomen gentile est ab Icuvio, quam dictionem Latini abjecta litera K. & inducta molliori G. qua Etrusci caruerunt, Iguvium dixerunt, ut monet immortalis nominis concivis meus *Augustinus Steuchius* aureo *de Nomine Patriæ suæ* libello, ubi fœdam corruptionem illius apud plerosque antiquos scriptores accuratissime castigat. Principium hujus nominis a Græca origine derivandum esse censeo: nam apud Græcos ΙΚΟΝΙΟΝ Urbem Lycaoniæ invenio, quam ab Iconibus, sive imaginibus a Prometheo ibi confictis appellatam tradit Stephanus. Chronicon vero Alexandrinum a Gorgonis imagine; utcumque sit ab ΕΙΚΩΝ imago. Hæc similitudo Nominum plerumque non obscurum argumentum suppeditat ad urbium Italicarum origines e Græcia, & Oriente repetendas. Inter cycladas quoque ΙΚΟΣ insula numeratur fortasse ab ΙΚΩ *venio*, *accedo*, quæ dictio peregrini populi adventum, fixamque ibi stationem demonstrat. Ab *Ico* sive *Icus* derivati-

vum *Iguvium* factum est, ut a *Paco Pacuvius*, a *Sumo Simpuvium*; cæteraque his similia *Lanuvium*, *Vesuvius*.

VOLATERRANORUM.

Velatri. Celeberrimam hanc Etruscorum Urbem a Romanis Volaterram dictam cæterarum omnium opulentissimam esse Etruscorum monumentorum, & Patriæ monetæ gratulamur studio præsertim Religiosissimi, ac Doctissimi Præsulis Marii Guarnacci, qui tantam illorum copiam, & tam selectam urnarum præsertim collegit, ut vel ille unus apparatus maximam ingerat opinionem antiquæ dignitatis Etruscorum. Nummorum hujus urbis perpetua insignia ex una parte Janus Biceps, ex alia nomen civitatis cum nota valoris, quandoque cum Clava, aut Delphyne. Janum in Etruria regnasse vulgari opinione ferebatur, sed aliquid altius de eo sentiisse doctos demonstravi in notis ad *Lucernas* Tom. I. n. 4. nempe æternam quandam Divinitatem, quæ Deorum fabulas omnes prætergrederetur, & longe anteiret. Et revera Romani in maximo ipsorum nummo Janum signabant, Jovem in minore, cæterisque Diis pro dignitate partes monetæ posteriores tribuebant, donec Dea Roma unciam omnium minimam obtineret. Nummorum Volaterranorum imagines consulto prætermisi, cum fere omnes, quos vidi, respondeant iis, qui in *Tabulis Dempsterianis* signati sunt. Hujus urbis nummi quotquot adhuc vidi, & in Museo Oliverio, in quo multiplices sunt, ponderavi, omnes fere sunt in ratione assis selibralis, & infra. Nunciat vero Clariss. Guarnaccius esse apud se ponderis etiam libralis; sed maxime vereor, ne nummi illi dupondiales sint, quemadmodum est Mediceus apud Dempsterum Tab. LVI. Nomen hujus urbis est a *Vela*, & numero ternario. *Vela* antiqua apud Italos dictione villam significabat, quæ vox diu mansit in Latio. Cato *de re rustica* lib. I. Cap. II. *Rustici etiam nunc quoque viam Vebam appellant propter vecturas, & Vellam Villam, quo vehunt, & unde vehunt. Item dicuntur qui vecturis vivunt velaturam facere*. Vocem Thuscis communem fuisse ex eo demonstratur, quod Romam ad habitandum migrantes, partem urbis sibi assignatam patris vocabulo *Velabrum* appellarunt. Inde nomen sumpserunt *Velia* in Lucania, item in Latio, & in Sabinis, ubi lacus, & flumen *Velinus*, & *Velsinium* in Thuscis, cujus gentile *Velsinal*, ut ex Etruscis Inscriptionibus liquet. Nomen factum ex *Vela*, & senibus sive senatu, quod ibi conventus Etruscorum in Luco Voltumne haberetur, ut constat ex Livio, quæ appellatio etiam Bononiæ communis fuit, *Velsina* in Felsinam mutata, ex quo digamma in Latium introductum est.

Dixi-

Diximus nomen *Velatri* ex vela, & ternario numero factum esse: nam ex Tabulis Eugubinis intelligo numerum ternarium dixisse *Trif.* quapropter ex tribus velis, seu oppidis simul junctis dictam fuisse puto Urbem *Velatri*, quemadmodum & in Volscis *Velitre*. Ne tamen postrema hæc civitas prærogativam nummorum horumce Volaterranorum sibi præsumat, de quo aliquando dubitavit Cl. Maffejus, monitum volo *Velitras* usque ab anno Urbis 260. coloniam Romanam excepisse, civitatemque rebellantem anno 398. subactam penitus jure belli, ex quo nullam monetæ signandæ potestatem habuisse putandum est. Atqui nummos habemus Volaterranorum, qui sunt in ratione Assis unciarum trium, aut paulo majoris ponderis, qui de proximo accedunt ad bellum Punicum primum, quo tempore nemo Velitrensibus hanc prærogativam largietur. Accedit quod tam copiosa supellex nummorum Volaterranorum plerumque circa Volaterram inventa est, nulla adhuc apud Veliternos.

TELAMONIORUM.

Telamoniorum Nummum protulit nuper laudatissimus Oliverius cum capite Jani, & navis prora in adversa parte cum lemmate TLA. quo *Telamonium* oppidum in ora Etrusci maris indicari suspicatus est, cui libenter subscribo, cum videam idem Jani caput constantissime usurpatum a Volaterranis, a quorum finibus non longe aberat promontorium Telamonis. Ejus nummis speciem protulimus Tab. III. n. 4. Nomen a conditore factum, sive Ajacis Patre, sive Argonauta; nihil tamen miror Græcum nomen ab Etruscis in *Tlamon* sive *Tlamun* permutatum, cum in eorundem Etruscorum Pateris Græcorum Eroum nomina fœdissime perversa videamus; Id etiam observavit Priscus in Telamones: *Idem notat* ΑΤΛΑΣ & ΤΛΑΜΩΝ, *pro quo Telamonem dixere Latini*, quippe Græcis ΤΑΛΑΩ & ΤΛΑΩ per syncopen idem, quod Latinis suffero, & perfero; hinc *Telamon* dicitur lorum clypei, quo regitur, & sustinetur. Nummus hic pertinet ad assem fere unciarum sex, cum vitio flaturæ exuberante limbo legitimum ejus pondus definiri non possit.

LUNENSIUM.

Lunæ civitas ad ostium Macræ Fluminis una fuit ex duodecim Etruriæ principibus, e cujus excidio coaluit *Sarzana*, cujus unicum nummum producimus Tab. V. num. 1. Caput in antica vel Neptunum notat, vel ipsum Fluvii Genium, cui convenit arundo

in

in adversa parte signata. Adest rota dentata, instrumentum fortasse nauticum ad anchoras contrahendas; hujusmodi enim symbolis Etrusci utebantur, qui artem nauticam exercerent, in Nummis obsignandis. Caeterum rota frequens est in numismatibus Thuscorum, ex quo suspicio mihi suborta est, signum hocce denotasse urbes illas, quae curuli Magistratu pollerent; & revera in urnis hujus nationis apud Gorium aliquando expressi sunt Magistratuum processus curriculo insidentium. Columella nodis intercisa trochleam esse putarunt aliqui, qua in re nautica uterentur. Sunt qui credant valorem monetae indicare, ut tot uncias praeseferat, quot sunt nodi. Neutram opinionem sequor, quin potius teneam id insigne ad officinam monetariam pertinuisse, nihilque praeseferre, nisi virgam illam Nummorum nondum disjunctorum, ut supra judicavi. Confirmat suspicionem hanc meam exemplum alterius nummi Populoniensium eadem Tab. V. num. 5. in quo haec eadem linea globulorum conspicua est inter malleum, & forcipem instrumenta monetariorum, qui auxilio forcipis arrepta linea nummaria, ictu mallei nummos singulos dissolvebant. Refellit verò opinionem illorum, qui putant, quatuor hosce nodos simul junctos uncias quatuor designare, nota valoris hujus nummi, qui sextantarius est, signata supra caput senile in priore hujus nummi facie, nempe globuli duo disjuncti, cujusmodi semper sunt in nummis Etruscorum, Romanorum, & Campanorum.

Cum hujus numismatis expressi n. 1. pondus sit denariorum 7. pertinet ad assem unciae unius & $\frac{3}{4}$; quapropter colligo, signatum fuisse circa annum 490. cum asses biunciales fieri coeperunt, & ante annum 536. quo unciales prodierunt. Nomen Urbis *Luna* a curvitate nascentis Lunae facile derivavit, quam imitabatur ille maris sinus, in quo incolae portum constituerunt; pronum enim est credere, antiquos, cum Urbes conderent, a loci figura nomen aliquando desumpsisse, quemadmodum Dores cum Anconam fundarent, a curvitate littoris quasi ΑΓΚΩΝ *Ulna* nomen urbi indiderunt, sicuti & Drepani conditores a figura falcis ΔΡΕΠΑΝΗ nuncupationem mutuati sunt. Itaque Lunae vocabulum antiquissimum esse apud Italos arguimus, atque antecedere hujus urbis originem.

POPULONIENSIUM.

Hanc Volaterranorum Coloniam ex ruinis adhuc agnoscimus in promontorio, quod contra Ilvam insulam in mare protenditur, ubi nunc Plumbinum, sed in latere Occidentali. Hujus urbis

tres

tres nummos producimus ex Museo nunquam satis laudati Præsulis Marii Guarnaccii Tab. V. num. 3. 4. 5. quorum primi Minervæ caput, & noctuam ostendunt, & sextantali indicio notati sunt, omnes semiunciali pondere, & proinde pertinent ad assem unciarum trium. Postremus vero licèt nota valoris careat, minime dubito, quin illum prioribus adcenseam. In antica caput Vulcani pileolo coronato insignitum conspicitur, quale exprimunt aliquando Nummi Romanorum Consulares; in postica vero forceps., malleus, & linea, seu virga quatuor nummos continens, insignia sunt officinæ monetariæ. Urbem hanc militari studio clavam estollit Virgilius præ cæteris *Æneid.* X. 172.

Sexcentos illi dederat Populonia Mater
Expertos belli Juvenes.

Urbis nomen a populi frequentia *Populonia*, derivativo Thuscis frequentato, ut a bono *Bononia*. Puplus pro populo vox Thusca est, & frequentissima in nostris Tabulis Eugubinis.

VETULONIENSIUM.

In eadem maris ora non longe a Populonia locant Eruditi *Vetuloniam*, aliam ut puto Volaterranorum civitatem, quæ quia prius steitisset *Vetulonia* dicta est, ut differret a Populonia. Hujus urbis primum nummum quincussim vidimus in Tab. Dempsteriana LXI. cujus nominis fugientes literas restituimus supra Cap. VIII. Alterum vero literatum nummum ex Museo Oliverio producimus Tab. VI. n. 1. hisce literis subsistentibus:

V . T L . . . A

in quo Nummo cum octo spatia literas integri nominis exciperent, maxime dubito urbem hanc antiquitus *Vetlunam*, deinde vero *Vetluniam* inserta litera I fuisse nuncupatam. Stemmata hujus populi terra, marique clari sunt Rota, & Anchora. Anchoræ loco in pluribus nummis est columella quædam circa medium angustior, quam Cl. Bonarotus peritrochium esse conjecit, quo rudentes contrahuntur. At ex nummis 9. 10. & 11. Tabulæ V. apparet, nil penitus præseferre id symbolum, nisi ferrum bipennis, sive securis ad indicandum ejus urbis Magistratum potestate Fascium polluisse, quemadmodum & sella curuli, cujus indicium est Rota. In nummis 6. 7. 8. 9. 10. & 11. Tab. V. & in cæteris Tab. VI. litera initialis hujus populi aliquando est ℶ. Quandoque hæc litera

litera arcuatur in ↄ & ſemel accedit ad formam latinam V. In Tabula tamen V. notandi ſunt nummi 6. & 8. quos Cl. Sellarius ob notam ↄ tribuit Cortonenſibus, & quorum priorem nuper in Muſeo Oliverio conlocavi; nam & ſtylo & ſymbolis longe recedunt ab artificio Etruſcorum. Hos ego Punicos eſſe puto: nam etiam in cæteris illius Nationis numiſmatibus eadem nota ſæpe obſervatur.

OETALIENSIUM.

Nuper ex eodem Muſeo Oliverio nummum accepimus epigraphicum ſuboblcuræ tamen lectionis, in cujus antica parte rude admodum copiæ cornu expreſſum eſt, in poſtica forceps. Inſcriptio mihi ɪɪᴛᴀʟ literis latino more procedentibus *Oetaliam*, hoc eſt, Inſulam Ilvæ indicavit, cujus præcipue dotes ſunt ubertas, & copia metallorum. At longe aliter hunc nummum legit Cl. Poſſeſſor inverſo ordine more Etruſcorum:

I'ˌIↃVˋΠ

& propterea Icuvinis reſtituit. Rem profecto indeciſam relinquimus, donec alter ejuſdem notæ nummus afferatur. Hic nummus, quem producimus Tab. III. n. 2. quadrantis nota ſignatus eſt, pondere tamen unciali, & refertur ad aſſem unciar. quatuor. Unum circa ſymbola notatum velim, quod utrumque Icuvinis convenit, ob agri fertilitatem, & ferri, & æris fodinas in propriis montibus generoſas, e quibus non mediocrem proventum Urbini Duces, uſque ad Dynaſtiæ interitum percipere ſolebant, ut teſtatur Cimarelius, aliique illius temporis ſcriptores.



CAPUT

CAPUT IX.

NUmmos Etruscos literatos hucusque mihi notos enumeravi. Superest nunc, ut aliqua de Anepigraphicis adnotemus Tab. VII. seriem nummorum ejusdem artificii, qui sparsim in eruditorum Museis inveniuntur, præsertim vero in Oliverio ordinavimus. In horum antica parte caput Herculis rudites expressum corio Leonino ad instar torquis circa collum posito observatur. In uncia, quæ omnium magis obvia est, rostrum navis conspicitur, in sextante Delphin, in quadrante Tridens, in libra caput Equi. Symbola universa civitatem notant ad mare positam, cujus studia circa naves versarentur. Caput Neptuni hisce Symbolis magis quàm Herculis conveniret, sed Neptuno velamen e collo pendens minime tribuerem. Notandum vero est, hujus monetæ pondus excedere communem libram: nam tota hæc moneta est in ratione assis unciarum 14. 15. & 16. & propterea omnium antiquissima.

Rursus Tab. VIII. seriem alteram nummorum instruximus, in quorum antica parte eadem rotæ imago signata est, quæ in Vetuloniensibus, in postica vero caput Palladis, seu Genius urbis, bos, equus, canis, & rana. Cui populo nummos hosce tribuam, penitus ambigo, quod unum noto in semisse nota S Romana signata est haud levi indicio nummos Romæ percussos ad similitudinem Etruscorum, ut faciliori negocio in commercio essent. Sunt autem in ratione assis unciarum fere decem.

Ejusdem ponderis, & propterea ætatis est nummus singularis hinc capite leonis, inde equi obsignatus, qui Perusiæ repertus diu servatus est in Museo Nobilissimi Viri Diamantis de Montemellinu, unde ego dono acceptum intuli in Museum Cl. Oliverii, cum quo collatis studiis adlaboramus, ut aliquid communis in Patriam amoris monumentum relinquamus, posterisque exemplum præmittamus, ut aliquo liberalitatis officio Rempublicam ornent. Cætera, quæ protulimus numismata illiterata, majora expectant auxilia, ut suis quæque populis tribuantur. Romani fortasse non inani argumento majoris, semperque succrescentis potentiæ, quæ cæterarum, & præsertim Etruriæ urbium auctoritatem represserunt, universa numismata sibi attribuent, in quibus nota peculiaris alicui populo propria non repugnet.

Attigimus supra Romanos alienæ monetæ formam verosimiliter usurpasse, ne illius novitate commercium perturbarent inter rudes, montanosque populos, quibus una Etruscorum moneta fue-

rat familiaris. Conjecturam hanc confirmant Eruditi argumento quorundam nummorum percussorum in Campania cum epigraphe ROMANO, in quibus nummis operis stylus, & electio Symbolorum omnino Campana est, Bos currens, Pegasus, Canis, & caput equi. De his tamen nummis alia mihi suspicio oborta est, fuisse quidem in Campania, sed a Campanis cusos in eorum officinis, titulo tamen Romanorum. Et revera ex his, quæ præmisimus, constat Campanos etiam Romanis subjectos propriam monetam, & proprio nomine signasse, quin etiam & patria dialecto eam inscripsisse, idque etiam post annum 563. ex quo assis redactus fuit ad pondus semiunciale. Cur ergo Romani, qui Romæ tam numerosas habuere monetarias officinas, & integrum populum monetariorum, aliam de proximo introduxerint in Campaniam? Quod si id facere constituissent, an ne putamus populum dominatorem propria insignia, propriam dialectum abjecisse, ut subditorum populorum formas adoptaret? Siquid igitur sapio, putarem novissimis temporibus a Romanis præservatam quidem fuisse Campanis prærogativam cudendæ monetæ more patrio adhibitis propriis artificibus, qui diverso stylo a Romanis utebantur, sed cum Inscriptione *Romani nominis* quanquam concepta dialecto Campanorum. Et revera hujus formæ nummi pertinent omnes ad assem semiuncialem, quo Romani usi sunt usque ad Reipublicæ interitum, ad quæ posttema tempora referendos esse puto nummos omnes cum Inscriptione ROMANO.

Superest nunc disquirenda ratio grammaticalis, qua hæc urbium nomina *Romano*, *Theano*, *Kaleno*, *Pestano*, *Suessano* ita concepta sint contra legem latinæ linguæ; sunt enim gentilia nomina ab urbibus derivata, quæ in primo, seu secundo pluralis numero casu fuissent pronuncianda, quemadmodum in primo casu exprimitur nomen gentile IKVVINI, & in secundo ΠΙΣΑΤΡΙΩΝ, hoc est *Pisaurensium*; in qua difficultate, si hariolari licet, recurrendum est ad eosdem nummos anteriores Oscis literis inscriptos *Theanu*, *Kalenu*, *Nucrinu*, *Suessanu &c.* nam Campani, æque ac Etrusci litera O caruerunt, quam deinde ad emolliendam pronunciationem a Romanis acceperunt. Ne vero penitus divinare videar, præsto est auctoritas Plutarchi *in Romulo* dicentis locum quemdam fuisse Romæ, ubi Romulus, & Remus infantes fuerant expositi, qui adhuc sua ætate *Germanum* vocabatur; antiquitus vero *Cermano* nondum litera G introducta in Latium. Locum eundem Varro lib. IV. de L. L. *Germalum* vocat; *Cermalum* vero Festus. Hinc vero colligitur dictionem illam antiquam *Cermano*, quam Plutarchus præservavit, nihil aliud importasse, quam *Germanorum*, Exemplo itaque hinc expetito arguimus voces illas *Kaleno*, *Pestano*,

ſtano, *Sueſſano*, denique & *Romano*, more antiquo nihil aliud ſignificaſſe in nummis, quam *Kalenorum*, *Peſtanorum*, *Sueſſanorum*, *Romanorum*, & ſubintelligitur *Nummus*; quæ forma nummorum inſcribendorum optime reſpondet inſtituto e Græcia in Italiam tranſlato, quemadmodum obſervamus in plerisque nummis *Coloniarum*, *Græcarum*, *Anconitanorum*, *Piſaurtorum*, *Ariminaorum &c.* Firmat demum hanc meam ſuſpicionem nummus Larinenſium, in quo per Apocopen detractis extremis literulis, ut ſæpe occurrit in hiſce nummis inſcriptum legitur LARINOR. hoc eſt *Larinorum*.

Superſunt duo nummi literati quidem, ſed adeo obſcuræ lectionis, ut de illis nil certi producere audeamus. Priorem exhibet Tab. V. num. 2. cum capite Apollinis laureati, & Minotauro cum victoria deſuper advolante, qualem prorſus intuemur in nummis Neapolitanorum, aliorumque Campaniæ Urbium haud obſcuro argumento originis e Creta deductæ. Inſcriptio ſubiecta MILAM urbem denotat hujus nominis, cujuſmodi multæ fuerunt, ut Myle in Sicilia apud Clariſſimum De Amico in illius Regni *Lexico Topographyco* Tom. III. Part. II. pag. 84. Ejuſdem originis ſunt nomina urbium Melaniæ, pariter in Sicilia apud Strabonem, *Melana* in Brutiis, *Melitta* in Magna Græcia, *Melita* pariter in Brutiis, aliæque, quarum nomina temporis intervallo maxime perturbata ſunt.

Poſtremus in eadem Tab. n. 12. erudito commentario illuſtratus fuit a Clariſſ. Sellario. In antica caput Mercurii pileatum oſtendit, in poſtica Palladis noctuam, Inſcriptionem PVLTHESA. Peruſiæ communiter tribuunt, in quo non admodum convenio ob utriuſque vocabuli diſſonantiam. Addatur nummi tenuitas; unde arguitur, ad ea tempora pertinere, quibus nulla jam Peruſinis reliqua erat ſignandæ monetæ poteſtas; quapropter de hoc nummo juvat magis dicere, quid non ſit, quàm quod eſſe reputemus. Prodeſt tamen & iſta producere, ut ſi quando ejuſdem notæ plures appareant, & fortaſſe nitidiorea, ex omnium collatione aliquid luminis eruatur.

CAPUT X.

CUM urbium origines plerumque a nobis ignorentur, consequens est, symbola, quæ in primævis nummis obsignata sunt, in obscuro versari. Quis enim primorum colonorum mentem, atque ingenium assequi valeat, cùm in nummis veluti mysteria urbium & secreta populorum obsignarunt, quos penitus antiquitatis caligo memoriæ subtraxit? Ne verò hanc argumenti nostri partem potissimam omnino prætereamus, quatuor fontes adsignavimus, unde monetarum insignia deducta fuisse suspicamur, ex quibus etiam urbium nomina derivata esse affirmavimus in libello de *Nominibus Urbium, & locorum Italiæ*. Fons primus fuit religio, unde prodierunt in nummis capita Deorum Tutelarium, Fluviorum, & Geniorum cujusvis urbis, quemadmodum Athenienses caput Palladis in ære signarunt. Plerique Siciliæ populi fortunam propriæ Urbis &c. Item animalia diis sacra, quæ impensius colerent, ut Aquilam, Lupum &c. in nummis Tudertium. Talus hinc inde excisus in quibusdam nummis illiteratis pertinet ad sortes, quæ in quorundam Templorum sacrariis veluti oracula custodiebantur.

Altera origo Symbolorum deducta est ab eorum studiis, & artibus, quemadmodum anchoræ, curruum rotæ, equi currentes, bigæ Jeronycarum coronæ, urnæ fortium Athleticarum, cesti, clavæ geminæ, sagittarum mucrones, & lancearum.

Origo altera manavit a natura loci, ut pisces, conchæ, copiæ cornua, racemi uvæ, vasa vinaria, ranæ, testudines, spicæ frumenti, illisque insidentes, cicadæ, bruchi, &c.

Ultimum caput omnium difficillimum explicatu, sunt fabulæ, & fabularum Symbola, quæ plerumque pertinent ad origines populorum, & facta illorum præclariora, quorum pauca admodum nobis innotescunt. Ex horum numero sunt Campanorum nummi cum Minotauro, per quem declararunt, sese e Creta originem deduxisse. His subdimus nummos Jassensium cum Delphyne puerum vectante, & Tarentinorum cum Tarante alteri Delphyni insidente, quorum explicationem præservavit nobis Plutarchus in libro *De Solertia animalium*, & Aristoteles *De Politia Tarentinorum*. Sed hisce subsidiis ad nummos Etruscorum explicandos penitus destituti sumus.

Quia vero rem Nummariam Romanorum, quæ inter reliquas notior est, adhibuimus ad Etruscam illustrandam, opere pretium erit, paucula quædam de Symbolis Romanorum subnectere. Antiquis-

tiquissimæ, ut jam præmisimus, sub regno Servii fuere imagines pecudum, unde pecunia dicta est, in quo Græcos imitati sunt, seu, ut verius dicam, studia populi expresserunt, quæ tota erant in terra exercenda, & circa curam armentorum. Hujusmodi nondum vidimus: numismata enim hujus formæ, quæ præ manibus habemus, multo posteriora esse deducimus ex illorum pondere longe inferiore ponderi Serviano. Cæterum assis Romanus perpetuo signatus est cum capite Jani bifrontis, & prora navis. Jano, ut supra indicavimus, assem monetam maximam Romani assignarunt, quia semotis fabulis, quæ vulgarium hominum mentem occupabant, qui penitiorem doctrinam sectabantur, Janum Deum Maximum, & Primigenium reputabant.

Nec turbant Plinii verba asserentis, notam hanc inditam fuisse Romanis assibus, cùm duunciales facti sunt; non enim excludit extitisse etiam in moneta anteriori; & revera asses cum Jano gemino, & rate, licèt rarissimos adhuc habemus unciarum undecim in Museo Arigonio, & unciarum tresdecim, hoc est, libræ antiquæ in Museo Oliverio, ut in Tab. III. n. 1. Unciarum vero decem, sicuti & novem, & octo, & quatuor frequentiores sunt, licet non obvii. Plinius vero de nummis loquitur, qui sua ætate notiores erant: nam ponderosiores, quos numeravimus, ea ætate in terræ sinu delitescebant, unde serius prodierunt.

Jano gemino *rostrum* navis conjungit Plinius, qui in nummis Romanis nondum observatus est, sed tantum prora. Nudum rostrum exibent nummi illiterati cum capite Herculis, quorum unum producimus in fine Tabulæ VII. Sed Plinius partem proræ potissimam, nempe rostrum trino dente æreo armatum pro tota prora usurpavit, quemadmodum Ovidius poetice locutus puppim appellavit;

At bona posteritas puppim formavit in ære,

cum nusquam in nummis observata sit. In assibus antiquioribus nota numeralis unitatis intermissa fuit, quia ipsa nummi moles valorem præsignabat. Addita verò fuit, ubi pondus imminutum est, ne cum semissibus, & quadrantibus antiquioribus, aut trientibus confunderetur. Unicus nummus Oliverianus præcitatus ex omnibus, quos vidi, gravioribus supra caput Jovi notam hanc præfefert.

Partibus assis inferioribus juxta ordinem dignitatis Deos assignarunt, nempe semissem Jovi coronato, vel diademato cum nota S subjecta, quæ semissem designat. In his, qui bello Punico primo facti sunt in proportione ad assem duuncialem, aliquando caput Jovis tutulatum videtur. Id vero imperitiæ sculptorum, qui

qui formas incidebant, tribuendum est, qui in tumultuaria illa monetæ flatura capillitium horridius efformarunt. Cum enim artifices excavatos formarum alveolos experirentur, an ne ponderi præscripto responderent, iniquos deprehensos, ut ad equitatem reducerent, incremento capillorum errorem corrigebant. Qui vero multiplicem eorum nummorum copiam, & præcipue melioris notæ tractaverunt, tutulum illum penitus excludunt, quo Jupiter nunquam coopertus est.

Trientem Palladi Jovis Filiæ assignarunt, cujus caput casside græcanica, ut juris erat, adornarunt, diversa ab altera penitus Romana, quo caput Deæ Romæ insignitur. Quatuor globuli totidem uncias designant. Hujus Deæ aspectus quandoque truculentior est, ut sæpe ii, quibus hæc studia minus familiaria sunt, Martem referre licèt perperam, reputaverint. Longi tamen crines sub casside defluentes, quos nemo ex Düs, nisi Bacchus, & Apollo gestarunt, Deam omnino designant.

Quadrans Herculi addictus est, qui corio Leonino loco cassidis tegitur. In nummis vero in Campania cusis cum inscriptione ROMANO, ejus caput nudum est, colligatis tantum circa collum Leonis exuviis. Nota monetaria sunt globuli tres.

Sextantes Mercurium obsignatum præseferunt, semperque petasatum pileolo quadrato, aut rotundo, geminis globulis adjectis.

Uncia caput Romæ ostentat Romana galea contectum. Romanam diximus breviusculo frontali instructam, cùm contra Græcorum cassides, quas Festus *Sileas* vocat larvam illam vultus custodem adfixam habebant, quæ inter bellandum, & vultum protegeret, & horridiorem aspectum simularet. Nota hujus nummi globulus unicus est.

Vides hinc Divinitatis gradum pro diverso valore imminutum; in omnibus vero, si nummum vertas, prora illa intuetur, cujus mysterium omnino latet, sed tantummodo vulgari fabulæ alludit, qua Deum Janum navigio in Italiam advenisse ferebatur. Vidi tamen Pisauri apud Propolam omnium avarissimum, & eruditis omnibus infensissimum, uncialem optimæ notæ cum capite Romæ, in cujus aversa parte erat Lupa lactans Romulum, & Remum opere elegantissimo efformatam, longe diversi artificii ab iis tenuioris molis, quæ sub Constantino, vel ejus filiis Romæ prodierunt, sive sub Teodorico, qui nummi vulgares sunt. Nummulus iste ad Reipublicæ tempora pertinebat, nec pretio ullo eum mihi licuit comparare.

Recedunt ab hoc ordine denarii æ rei, quos ego in usum donariorum potius quam commercii factos fuisse puto, quorum unum in Museo Clariss. Oliverii intulimus cum capite Romæ

ga lea-

galeato ex una parte, ex alia vero consueta navigii prora, cujusmodi alter custoditur in Museo Caponiano, licet majoris ponderis, quin etiam & trieffis cum eisdem symbolis extat in Museo Arigonio. Immo ipsum Romæ caput in hisce nummis extra ordinem formatis suspicionem auget hæc numismata pro donatiis, quæ ipsa Roma militibus ob rem bene gestam largiretur, fuisse producta, ut in ipso nummo intuerentur Urbis imaginem, quam effuso sanguine propugnassent.

Subscriptio ROMA primum apparet in sextante Musei Oliverii, qui respondet assi unciarum 8 $\frac{1}{2}$ dein in alio sextante ejusdem Musei unciarum 7 $\frac{1}{2}$ in uncia Musei Arigonii, quæ est in proportione assis unciarum 6 $\frac{1}{2}$ in alia uncia ejusdem Musei Arigonii, quæ est in ratione assis unciarum 5. in decussi Musei Arigonii cum victoria in biga, qui respondet assi unciarum quatuor: nam hic Nummus pendet unc. 40. Cum vero assis redactus est ad pondus unciar. 2. semper in nummis apposita cernitur hæc inscriptio, neque amplius fuit prætermissa. Hinc pro certo teneas, nummos omnes anepigraphicos, qui respondeant assi unciarum duarum, aut infra, ad Romanos minime pertinere.

Aliquando inscriptio Romanorum nummorum literis inversis formata est more Etrusco A M O Я, quale monstrum eruditis quibusdam ingenium torsit. Ego vero mysterium omne in imperitiam sculptorum refundo, qui literas rectas in typo inciderunt, minime advertentes in ectypo inversas prodituras, quod etiam observavimus *in Tegularum, & Lucernarum Inscriptionibus*.

Quod reliquum est in nummis illiteratis, qui ad Etruscos, aliosque Italiæ populos antiquiores pertinent, nulla certa ratio inveniri potest, qua duce civitatibus propriis assignentur, nisi cum nummi isti antiquiores perfecte respondeant recentioribus literatis: nam urbes aliquæ veterem typum mordicus retinuere. Itaque cum caput equi exscisum videamus in quibusdam Campanorum, & Siculorum nummis epigraphicis, non inaniter divinavimus, nummos sine literis cum eodem signo ad eosdem populos pertinere, quemadmodum & Leontinis eos, qui Leonis caput exhibent, & Valentiæ Urbi nummi fulmine obsignati. Pegasum observamus in nummis Syracusanorum, & Panormitanorum, & Talum in nummis Himeræ. In quibusdam ex nummis Italicis gravioribus, in quibus nulla subest ratio, cur illos Romanis tribuamus, aliquando occurrit nota S penitus latini, cum ea ætate, ad quam nummi pertinent, Etruria, & Campania propriis characteribus uterentur.

Puta-

Putamus igitur nummos hosce nota semissis obsignatos, quorum unum notavimus in Museo Oliverio cum pegaso hinc inde expresso, alterumque ibidem cum capite Palladis ex utraque parte repetito, suntque in ratione assis unciarum 11. & 9 $\frac{1}{2}$; putamus, inquam, a Campanis percussos, cum octoginta fere annis ante bellum Punicum primum a Romanis fuere submissi, & licet characterem proprium retinerent, tamen ubi ageretur de tributis Romæ persolvendis, notam Romanam adhibuisse suspicor, sive ob facilitatem commercii, cum jam Italia fere tota Romano numismati assuevisset, seu quia præpotenti populo ita placuisset. Ut vero manifestiora fiant, quæ de Etruscorum Nummorum ponderibus sparsim tradidimus, placuit illorum elencum diligenter ordinatum per singulas ætates, in quibus decrementum passi sunt, subnectere, ut quoties lectori nummus aliquis hujus generis occurrat, examinato illius pondere, continuo intelligat, cui ævo sit referendus.



CHRO-

CHRONICON NUMMARIUM,

Sive ætas & pondus nummorum Italicorum, quotquot adhuc per nos obſervari potuerunt.

Prima Nummorum ætas ab illorum antiquiore in Italia uſu uſque ad annum Urbis C. *Regnante Servio.*

Pondus Aſſis	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
Unc. XX				Cap. Herculis dext. Tridenſ. ooo *Qui nummus omnium ponderoſior in Muſeo Paſſ. aſſervatur.*		
XIX $\frac{1}{2}$						
XIX						
XVIII $\frac{1}{2}$						
XVIII		Cap. Mulieris Cucullatæ HAT. Pegaſus. oooooo *Peruſiæ ap. R. P. Galaſſium Caſſinenſem.*	Cap. Mulier. dext. oooo Vas. HAT *Muſ. Arig. Nummus omnium inſcriptorum ponderoſior.*	Cap. Herc. dex. Tridenſ. ooo *Muſ. Paſſ. Muſ. Oliv.*	Cap. Her. dex. Delphin. oo *Muſ. Paſſ.*	Cap. Herc. dex. Roſtrum Navis. o *Muſ. Oliv.*

Pond. Af.	Affis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
XVII $\frac{1}{2}$				Cap. Herc. dex. Tridenf. ooo *Muf. Arig.*		Cap. Herc. dex. Roftrum Navis o *Muf. Paff.*
XVII						
XVI $\frac{1}{2}$				Cap. Herc. dex. Tridenf. ooo *Muf. Oliv.* *Muf. Arig.*		
XVI				Cap. equi dex. ooo Cap. equi fin. ooo *Muf. Arig.*		Cap. Herc. dex. Roftrum Navis o *Muf. Arig.*
XV $\frac{1}{2}$						
XV			Manus ceftu armata. oooo Duo clavæ TVTERE oooo *In Muf. Paff.*		Cap. Her. dex. Delphin. oo *Muf. Oliv.* Concha. oo Caducæus oo *M. Arig.* Cap. Caftor. dex. oo Cap. Caftor. fin. oo *Muf. Arig.*	
XIV $\frac{1}{2}$						Globus. o *M. Arig.*

Pond.Aſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
XIV	Cap. Herc. dext. Cap. Equi dex. *Muſ. Paſſ.*			Cap. Equi dex. ○ ○ ○ Cap. Equi ſin. ○ ○ ○ *Muſ. Arig.*	Cap. Herc. dex. Delphin. ○ ○ *Muſ. Paſſ.*	
					Concha ○ ○ Caduc ius ○ ○ *Muſ. Arig.*	
XIII $\frac{1}{2}$	Cap. Apol. dex. glans Cap. Apol. ſin. glans *Muſ. Arig.*				Cap. Merc. dex. ○ ○ Cap. Merc. ſin. ○ ○ *Muſ. Paſſ.*	Cap. Herc. dext. Roſtrum navis. ○ *Muſ. Arig.*
	Cap. Jani I Cap. Merc. ſin. I *Muſ. Arig.*				Concha ○ ○ Caducæus ○ ○ *Muſ. Arig.*	
XIII	Cap. Apol. dex. glans Cap. Apol. ſin. glans *Muſ. Arig.* *Muſ. Paſſ.*	Pegaſus dex. S Pegaſus ſin. S *Muſ. Arig.*	Cap. Equi dex. ○ ○ ○ ○ Cap. Equi ſin. ○ ○ ○ ○ *Muſ. Arig.*	Duo grana hordeacea. ○ ○ ○ Cap. Hirci ○ ○ ○ *Muſ. Arig.*	Cap. Herc. dex. Delphin. ○ ○ *Muſ. Paſſ.*	
	Bos dext. Spina. ○ ○ ○ ○ Quadripondius *Muſ. Paſſ.*	Porcus dex. S Vas. *Muſ. Arig.*	Manus ceſtu arm. ○ ○ ○ ○ Duo clavæ TVTERE. *Muſ. Medic.*	Duo grana hordeacea. ○ ○ ○ Manus dext. Falx. ○ ○ ○ *Muſ. Arig.*		
	Cap. Jani Ratis *Muſ. Oliv.*					
XII $\frac{1}{2}$	Cap. Jani I Cap. Merc. ſin. I *Muſ. Arig.*			Aper currens dex. ○ ○ Aper currens ſin. ○ ○ ○ *Muſ. Oliv.*		
	Cap. Apol. dex. Cap. Apol. ſin. *Muſ. Arig.*					

Secunda Nummorum ætas ab anno Urbis C. *ad* CCCCXC.

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
XII	Cap. Jani I Cap. Merc. ſin. I *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Oliv.* *Muſ. Arig.*	Cap. Martis ſin. S Cap. Mulier. ſin. S *Muſ. Arig.*	Cap. Pallad. ſin. o o o o Ratis dex. o o o o *Muſ. Oliv.*	Manus dext. o o o Manus ſin. o o o *Muſ. Olio.*	Cap. Merc. dex. o o Cap. Merc. ſin. o o *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Oliv.*	Talus Falx. o *Muſ. Paſſ.*
		Pegaſus dex. S Pegaſus ſin. S *Muſ. Arig.*	Fulmen Delphin. o o o o *Muſ. Oliv.* *Muſ. Paſſ.*	Manus dex. o o o Duo grana hordei o o o *Muſ. Paſſ.*		Cap. Herc. dex. Roſtrum navis. o *Muſ. Paſſ.*
		Cap. Martis ſin. S Cap. Mulier. ſin. Falx. S *Muſ. Arig.*	Manus ceſtu armata o o o o Duo clavæ TVTERE. *Muſ. Med.*			
XI $\frac{1}{2}$	Cap. Jani I Cap. Merc. ſin. I *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Olio.* *Muſ. Arig.*		Cap. Minervæ ſin. o o o o Ratis dex. o o o o *Muſ. Oliv.*		Concha. o o Caducæus. o o *Muſ. Paſſ.*	
	Cap. Jani I Ratis dex. I *Muſ. Arig.*				Cap. Caſtor. dex. o o Cap. Caſtor. ſin. o o *Muſ. Paſſ.*	

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
XI	Cap. Jani I Ratis dex. I *Muſ. Arig.*	Pegaſ. dex. S Idem ſin. S *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Arig.* *Muſ. Oliv.*	Cap. Miner. ſin. oooo Ratis dex. oooo *Muſ. Arig.* *Muſ. Oliv.*	Cap Herc. ſin. ooo Ratis dext. ooo *Muſ. Arig.*	Cap. Merc. dext. oo Ratis ſin. oo *Muſ. Oliv.*	Talus. o Talus. *Muſ. Arig.*
	Cap. Mulier Galeat. dext. Clava. Idem cap. ſin. Clava. *Muſ. Arig.*	Cap. Jovis ſiniſtr. S Ratis dex. S *Muſ. Arig.*	Fulmen. oooo Delphin. oooo *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Arig.* *Muſ. Oliv.*		Concha oo Caducæus. oo *Muſ. Oliv.* *Muſ. Paſſ.*	
			Caput equi dext. oooo Caput equi ſin. oooo *Muſ. Oliv.*			
			Fulmen. oooo Clava Delphin. oooo Clava *Muſ. Arig.*			
			Equus currens ſin. oooo Rota oooo *Muſ. Arig.*			
			Fulmen. oooo Clava oooo *Muſ. Arig.*			

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
X $\frac{1}{2}$	Cap. Jani Ratis dex. I *Muſ. Arig.* Cap. Mul. galeat. dext. I Rota I *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Oliv.* *Muſ. Arig.*	Cap. Martis ſin. S Cap. Femio. ſin. S Falx. *Muſ. Arig.* Cap. Martis ſin. S Cap. Mul. ſin. S *Muſ. Arig.*	Cap. equi dex. ○○○○ Idem ſin. ●●○● *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Oliv.* Cap. Miner. ſio. ○○○○ Ratis dex. ○○○○ *Muſ. Arig.* Lira ○○●○ Cap. Apri ○●○○ *Muſ. Arig.*		Cap. Merc. dex. ○○ Rat. ſin. ○○ *Muſ. Oliv.* Cap. Mercurii cum petaſo alato ſiniſt. ○○ Rat. dex. ○○ *Muſ. Oliv.*	Talus Talus *Muſ. Oliver.* Talus Falx. ○ *Muſ. Paſſ.*
X	Cap. Apol. dex. Glans Idem ſin. Glans *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Oliv.* Cap. Jani Ratis dex. I *Muſ. Arig.* Tripond. Delphin. Spina ○○○ *Muſ. Oliv.* Caput Leonis Caput Equi ſin. *Nummus ſingularis* *Muſ. Paſſ.*	Cap. Jov. ſin. S Rat. dext. S *Muſ. Oliv.* Pegaſus ſio. S Pegaſus dex. S *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Oliv.* Bos currens ſin. S Rota. *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Oliv.* Cap. Pall. ſin. S Cap. Junon. ſio. S Falx. *Muſ. Oliv.* Cap. galeat. dex. S Idem ſin. S *Muſ. Arig.*	Cap. Pall. ſin. ●○○○ Ratis dex ○○○○ *Muſ. Oliv.* Cap. Pall. ſin. ○○○○ Ratis ſin. ●○○○ *Muſ. Arig.* Fulmen. ○○○○ Delphin. ○○○○ *Muſ. Arig.* Manus ceſtu armata ○○○○ Duo clavæ. TVTERA *Muſ. Medic.*	Cap. Herc. ſin. ○○○ Ratis dext. ○○○ *Muſ. Oliver.* Tridens ○● Cicada ○○ T V. *Muſ. Paſſer.*	Concha ○○ Eadem averſa ●○ *Muſ. Paſſer.* *Muſ. Oliv.* Laoceæ Mucro T V. Vas. ○ *Muſ. Paſſ.*	

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
IX $\frac{1}{2}$	Cap. Ga- leat. dex. I Clava Idem ſin. I Clava *Muſ. Arig.*	Bos cur- rens ſin. S Rota *Muſ. Paſſ.*	Cap. Equi dext. oooo Idem ſin. oooo *Muſ. Arig.*	Cap. Her. ſin. ooo Rat. dext. ooo *Muſ. Oliv.*	Concha. oo Caducæus. oo *Muſ. Arig.*	
		Cap. Jovis ſin. S Rat. dext. S *Muſ. Arig.*	Fulmen oooo Delphin. oooo *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Arig.*	Grana duo hord. ooo Manus dext. ooo *Muſ. Arig.*	Cap. Merc. ſin. oo Ratis dex. oo *Muſ. Arig.*	
			Cap. Pall. dex. oooo Rat. ſin. oooo *Muſ. Arig.*	Manus dext. oooo Manus ſiniſt. oooo *Muſ. Arig.*		
			Fulmen oooo Delphin. Falx. oooo *Muſ. Arig.*	Manus dext. oooo Manus ſiniſt. cum falce oooo *Muſ. Arig.*		
			Equus curr. ſin. oooo Rota. oooo *Muſ. Arig.*	Aper. dext. ooo Idem ſiniſt. ooo KAM.		
			Manus ce- ſtu armata oooo Clavæ TVTΣΣΣ *Muſ. Med.*			

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
IX	Cap. Jani I Ratis dex. I *Muſ. Oliv.*	Cap. Jun. ſin. falx S Cap. Pall. ſin. S *Muſ. Oliv.*	Cap. Pall. dex. oooo Ratis dex. oooo *Muſ. Oliv.*	Cap. Her. ſin. ooo Ratis dext. oooo *Muſ. Oliv.*	Cap. Merc. dex. oo Ratis ſin. oo *Muſ. Oliv.*	Cap. Romæ ſin. o Rat. dext. o *Muſ. Paſſ.*
	Cap. Mul. galeat. I Rota *Muſ. Paſſ.*	Cap. Jovis ſin. S Ratis dex. S *Muſ. Oliv.*	Equus currens ſin. oooo Rota oooo *Muſ. Arig.* *Muſ. Oliv.*	Manus dext. ooo Falx Duo grana hord. ooo *Muſ. Arig.*	Teſtudo oo Rota oo *Muſ. Oliv.* *Muſ. Arig.*	
		Cap. Galeat. dex. Clava S Idem ſin. Clava S *Muſ. Arig.*	Fulmen oooo Delphin. oooo *Muſ. Oliv.*	Idem typus ſine falce *Muſ. Paſſ.*	Cap. Mer. dex. oo Ratis dex. oo *Muſ. Paſſ.*	
		Pegaſus dext. S Idem ſin. 2 *Muſ. Arig.*	Cap. Equi dex. oooo Idem ſin. oooo *Muſ. Oliv.* *Muſ. Arig.*	Aper curr. dex. ooo Idem finiſt. ooo *Muſ. Arig.*	Cap. Merc. ſin. oo Ratis dex. oo *Muſ. Arig.*	
		Cap. Mulier. S Falx. Cap. Gale. S *Muſ. Arig.*	Fulmen oooo Fulmen oooo *Muſ. Arig.*	Manus dext. ooo Eadem finiſt. ooo *Muſ. Arig.*	Manus dex. oo Duo grana hordei oo *Muſ. Arig.* *Puto tamen unum ex tribus globis excidiſſe.*	
				Canis finiſt. ooo Rota ooo *Muſ. Arig.*	Concha oo Ead. adverſa oo *Muſ. Arig.* *Muſ. Paſſer.*	
					Cap. Jani oo Clava VELATRI oo *Muſ. Arig.*	

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
					Cap. Caſt. dex. oo Idem ſin. oo *Muſ. Arig.*	
					Noctua oo Cap. Apri oo *Muſ. Arig.*	
VIII $\frac{1}{2}$	Cap. Mul. Galeat. dex. Clava I Idem ſin. Clava. I *Muſ. Oliv.*	Cap. Pall. S Clava Cap. Pall. S Clava *Muſ. Oliv.*	Cap. Pall. ſin. oooo Ratis dex. oooo *Muſ. Oliv.*	Cap. Herc. ſin. ooo Ratis dext. ooo *Muſ. Arigon.*	Cap. Merc. ſin. oo Ratis dex. oo *Muſ. Arig.*	Capit. Jani Clava oo VELATRI *Muſ. Arig.*
	Cap. Jani I Ratis dex. I *Muſ. Oliv.*	Cap. Jovis ſin. S Ratis dex. S *Muſ. Paſſer.*			Concha oo Eadem averſa oo *Muſ. Arig.*	
	Cap. Mulier. ſiniſt. I Gallus ſin. I *Muſ. Arig.*				Cap. Merc. dex. oo Ratis dex. oo ROMA *Muſ. Paſſer. Hic nummus maximus eſt inter Romanos inſcriptos.*	
					Cap. Polluc. oo dext. Idem ſin. oo *Muſ. Arig.*	
					Noctua. oo Cap. Apri oo *Muſ. Arig.*	

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
VIII	Cap. Jani I Rat. dext. I *Muſ. Paſſer.* *Muſ. Oliv.*	Cap. Jani VALATRI C *Muſ. Paſſer.* ——— Cap. Jov. ſin. S Rat. dext. S *Muſ. Paſſer.* ——— Cap. Pall. Clava dex. S Clava Idem ſin. S Clava *Muſ. Oliv.* ——— Cap. galeat. ſin. Clava S Idem dex. S Clava *Muſ. Arig.* ——— Lupus dormiens TVTARI C Lira. C *Muſ. Oliv.*			Cap. Merc. dex. o o Idem ſin. o o *Muſ. Paſſer.* ——— Concha o o ead. averſa o o *Muſ. Paſſer.* ——— Tridens o o T V Cicada. o o *Muſ. Oliv.*	Cap. Romæ ſin. o Rat. dext. o *Muſ. Arigon.*
VII $\frac{1}{2}$		Rota Peritrochium Ancorale o o o o o o I *Muſ. Medic.*	Cap. Pall. ſin. o o o o Ratis dex. o o o o *Muſ. Oliv.*		Cap. Merc. dex. o o Ratis dex. o o ROMA. *Muſ. Paſſer.*	

Pon.Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
VII	Aſtrum Luna * * * * I IKVVINI *Muſ. Medic.*	Rota Anchora o o o o o o *Muſ. Arig.*	Fulmen o o o o Idem fulmen. o o o o *Muſ. Paſſer.*	Cap. Jani VELATRI. Clava o o o *Muſ. Bonarot.*	Cap.Merc. ſin. o o Ratis dex. o o *Muſ. Arig.*	Rota. o Peritrochium. o ⊐ *Muſ. Paſſer.*
	Cap. Jani VELATRI I *Muſ. Paſſer.*		Cap. Pall. ſin. o o o o Ratis dex. o o o o *Muſ. Arig.*		Cap. Caſtor. ſin. o o Idem dex. o o *Muſ. Arig.*	
	Anchora I Rota VETLVNIA *Muſ. Paſſer.*		Cap. Jani VELATRI Clava o o o o *Muſ. Med.*			
VI $\frac{1}{2}$	Cap. Jani VELATRI I *Muſ. Barberin.*	Aquila C TVTERE. Cornu divitiæ. *Muſ. Paſſer.*	Cap. Pall. dex. o o o o Rat. ſin. o o o o *Muſ. Arig.*		Teſtudo o o Rota o o *Muſ. Arig.*	Cap. Romæ ſin. o Ratis dext. o ROMA *Muſ. Arigon.*
					Cap. Caſt. dext. o o Idem ſin. o o *Muſ. Arig.*	Brucus o *Muſ. Paſſer.*
						Racemus Inſtrumenta Sacrificii o *Muſ. Paſſer.*

Pon. Aff.	Affis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
VI	Cap. Jani Rat. finist. I *Mus. Arig.*	Spina ooo ooo Idem tipus & notæ in aversa parte *Mus. Oliv.*	Cap. Pall. finist. oooo Ratis dex. oooo *Mus. Oliv.* *Mus. Arig.*	Clava ooo *Mus. Oliver.*	Clava oo *Mus. Oliv.*	Rota o Anchora. o ך *Mus. Passer.*
	Cap. Jani VELATRI Dupond. *Mus. Arig.*	Cap. Jani VELATRI C Clava *Mus. Pass.*	Cap. Jani VELATRI oooo *Mus. Medic.*	Cap. Jani VELATRI ooo Clava *Mus. Medic.*	Globus. oo Globus. oo *Mus. Arig.*	Rota o . Ɔ *Mus. Oliv.*
	Spina oooooo Spina oooooo *Mus. Oliv.*	Cap. Jani VELATRI Clava *Mus. Medic.*				Cap. Romæ finist. Rat. dext. ROMA *Mus. Passer.*
						Rana o Testudo o *Mus. Arig.*
						Vas o *Mus. Arig.*
						Cap. Jani VELATRI. o Clava *Mus. Medic.*
						Rana. Testudo. o TV. *Mus. Passer.*
V $\frac{1}{2}$	Cap. Jani VELATRI I Delphin. finist. *Mus. Medic.* *Mus. Arigonium.*	Cap. Jani VELATRI. C Clava *Mus. Medic.*	Rota oooo Peritrochium. oooo ך *Mus. Passer.*		Cap. Jani oo VELATRI. oo *Mus. Medic.*	Vas. o Falx. o *Mus. Oliv.* *Mus. Arig.*
						Globus. o Globus. o *Mus. Passer.*

Pon.Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
V.	Janus VELATRI I. Delphin finiſt. *Muſ. Arig.*	Cap. Jani VELATRI. C *Dempſter.*	Caput Feminæ oooo Hercul. cum Centauro dimicans ROMA oooo *Muſ. Oliv.*	Caput Jani VELATRI. oo Clava *Muſ. Medic.*	Cap. Jani VELATRI oo *Muſ. Arig.*	Cap. Romæ dext. o Ratis dext. o *Muſ. Arig.*
	Cap. Jani VELATRI II Dupond. *Muſ. Med.*		Manus ceſt. arm. Clavæ. oooo TVTERE *Muſ. Oliv.* *Muſ. Paſſer.*		Cap. Mer. dex. oo Rat. dex. oo ROMA *Muſ. Paſſ.*	Protome Solis. Luna cum Stellis ROMA *Muſ. Arigon.*
	Anchora. V Rota VETLVN. Quinqueſſis. *Muſ. Bacci*					Cap. Romæ finiſt. o Ratis dext. o ROMA *Muſ. Paſſer.*
						Clava. o *Muſ. Paſſer.*
IV $\frac{1}{2}$	Cap. Jani Ratis ſin. I *Muſ. Paſſ.*	Rota Anchora oooooo *Muſ. Arig.*	Aquila oo oo TVTER. Cornu divit. *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Giovan.* *Muſ. Arig.*	Cap. Jani VELATRI ooo Clava *Muſ. Medic.*		
IV	Cap. Mul. galeat. dext. Ratis dex. X Decuſſis *Muſ. Capon.*	Cap. Jani VELATRI. C Clava *Muſ. Med.* *Muſ. Oliv.*	Rota Peritrochium oooo I *Muſ. Paſſer.*	Rana ooo Anchora ooo TV. *Muſ. Medic.*	Clava Spina oo *Muſ. Paſſer.*	Clava o *Muſ. Paſſer.*
	Cap. Romæ dex. III Rat. finiſt. III Trieſſis. *Muſ. Arig.*					Vas. o Lanceæ cuſpis. o TV. *Muſ. Paſſer.* *Muſ. Oliver.*

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
VI	Cap. Jani Rat. ſiniſt. I *Muſ. Arig.*	Spina o o o o o o Idem tipus & notæ in averſa parte *Muſ. Oliv.*	Cap. Pall. ſiniſt. o o o o Ratis dex. o o o o *Muſ. Oliv.* *Muſ. Arig.*	Clava o o o *Muſ. Oliver.*	Clava o o *Muſ. Oliv.*	Rota o Anchora. o Ꞁ *Muſ. Paſſer.*
	Cap. Jani VELATRI Dupond. *Muſ. Arig.*	Cap. Jani VELATRI C Clava *Muſ. Paſſ.*	Cap. Jani VELATRI o o o o *Muſ. Medic.*	Cap. Jani VELATRI o o o Clava *Muſ. Medic.*	Globus. o o Globus. o o *Muſ. Arig.*	Rota o . Ɔ *Muſ. Oliv.*
	Spina o o o o o o Spina o o o o o o *Muſ. Oliv.*	Cap. Jani VELATRI Clava *Muſ. Medic.*				Cap. Romæ ſiniſt. Rat. dext. ROMA *Muſ. Paſſer.*
						Rana o Teſtudo o *Muſ. Arig.*
						Vas o *Muſ. Arig.*
						Cap. Jani VELATRI. o Clava *Muſ. Medic.*
						Rana. Teſtudo. o T V. *Muſ. Paſſer.*
V $\frac{1}{2}$	Cap. Jani VELATRI I Delphin. ſiniſt. *Muſ. Medic.* *Muſ. Arigonium.*	Cap. Jani VELATRI. C Clava *Muſ. Medic.*	Rota o o o o Peritrochium. o o o o Ꞁ *Muſ. Paſſer.*		Cap. Jani o o VELATRI. o o *Muſ. Medic.*	Vas. o Falx. o *Muſ. Oliv.* *Muſ. Arig.*
						Globus. o Globus. o *Muſ. Paſſer.*

Pon.Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
V.	Janus VELATRI I. Delphin ſiniſt. *Muſ. Arig.* Cap. Jani VELATRI II Dupond. *Muſ. Med.* Anchora. V Rota VETLVN. Quinqueſſis. *Muſ. Bacci*	Cap. Jani VELATRI. C *Dempſter.*	Caput Feminæ oooo Hercul. cum Centauro dimicans ROMA oooo *Muſ. Oliv.* Manus ceſt. arm. Clavæ. oooo TVTERE *Muſ. Oliv.* *Muſ. Paſſer.*	Caput Jani VELATRI. oo Clava *Muſ. Medic.*	Cap. Jani VELATRI oo *Muſ. Arig.* Cap. Mer. dex. oo Rat. dex. oo ROMA *Muſ. Paſſ.*	Cap. Romæ dext. o Ratis dext. o *Muſ. Arig.* Protome Solis. Luna cum Stellis ROMA *Muſ. Arigon.* Cap. Romæ ſiniſt. o Ratis dext. o ROMA *Muſ. Paſſer.* Clava. o *Muſ. Paſſer.*
IV $\frac{1}{2}$	Cap. Jani Ratis ſin. I *Muſ. Paſſ.*	Rota Anchora oooooo *Muſ. Arig.*	Aquila oo oo TVTEE. Cornu divit. *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Giovan.* *Muſ. Arig.*	Cap. Jani VELATEI ooo Clava *Muſ. Medic.*		
IV	Cap. Mul. galeat. dext. Ratis dex. X Decuſſis *Muſ. Capou.* Cap. Romæ dex. III Rat. ſiniſt. III Trieſſis. *Muſ. Arig.*	Cap. Jani VELATEI. C Clava *Muſ. Med.* *Muſ. Oliv.*	Rota Peritrochium oooo T *Muſ. Paſſer.*	Rana ooo Anchora :ooo TV. *Muſ. Medic.*	Clava Spina oo *Muſ. Paſſer.*	Clava o *Muſ. Paſſer.* Vas. o Lanceæ cuſpis. o TV. *Muſ. Paſſer.* *Muſ. Oliver.*

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
IV	Cap. Jani I Ratis dex. I *Muſ. Paſſ.*					Cap. Romæ dext. o Rat. dext. o ROMA *M. Paſſer.*
	Victoria in biga ROMA X Ratis ſin. X Decuſſis. *Muſ. Arig.*					
III $\frac{2}{2}$	Cap. Jani I Ratis dex. I *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Arig.*	Spina ooo ooo Spina cum iiſdem notis. *Muſ. Oliv.*	Spina oooo Spina oooo *Muſ. Oliv.*	Caput. Herc. dext. ooo Bos currens infra Draco ooo *Muſ. Arigou.*	Lupa cum infant. oo Aquila Muſcam vorans. oo *Muſ. Arig.*	Rota. o Peritroch. o V *Muſ. Oliver.*
	Cap. Romæ dext. Lancea Ratis ſin. X Lancea *Muſ. Arig.* Decuſſis	Lupus dormiens TVTERE. C Lira *Muſ. Oliv.* *Muſ. Paſſ.*	Cap. Pall. oooo Rat. dext. oooo *Muſ. Arig.*	Cap. Jani VELATAI. ooo *Muſ. Medic.*		Cap. Romæ dext. o Rat. dext. o ROMA *Muſ. Paſſer.*
		Cap. Jovis ſiniſt. S Ratis ſin. S *Muſ. Oliv.*				Vas. o Falx. o *Muſ. Arig.*
						Rota. o Anchora. o Ꮖ *Muſ. Arig.*
						Rota. o Peritroch. o Ꮖ *Muſ. Paſſer.*

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
III	Cap. Jani I Ratis ſin. I *Muſ. Arig.* *Muſ. Oliv.*	Lupus dormiens. TVTERA. Lira. C	Manus ceſtu arm. o o o o Clavæ pares TVTERE o o o o *Muſ. Oliv.* *Muſ. Paſſ.*	Aſtrum & Luna. o o o Rota o o o *Muſ. Arig.*	Cicada. o o Tridens. o o TV. *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Oliv.*	Vas. o Lanceæ cuſpis. TV. o *Muſ. Paſſer.*
	Cap. Herculis I Cerberus PIS *Nummus Piſaurienſis in Muſ. Oliv.*	Cap. Jovis ſiniſtr. S Ratis dex. S *Muſ. Paſſ.*	Idem typus, ſed Clavis inverſis. *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Oliv.*	Rota o o o Peritrochium. o o o *Muſ. Arigon.*	Vas. o o Falx. o o *Muſ. Arig.*	Cap. Romæ dext. o Ratis ſiniſt. o Spica ROMA *Muſ. Arig.*
		Cap. Neptuni cum victoriola. Puer Delphino vectus. S *Muſ. Arig.*	Rota o o o o Peritrochium o o o o *Muſ. Arig.*	Rana o o o Anchora o o o T V. *Muſ. Paſſer.* *Idem apud Bonarotum.*	Rota o o Anchora o o *Muſ. Paſſ.*	Talus. o Idem averſus. o *Muſ. Arig.*
			Talus o o o o Talus adverſus o o o o Luna amphora *Muſ. Arig.*			
II $\frac{1}{2}$	Cap. Jani I Ratis ſin. I *Muſ. Oliv.*	Cap. Jovis ſiniſt. S Rat. ſiniſt. S *Muſ. Paſſ.*	Cap. Pall. ſiniſt. o o o o Ratis dex. o o o o ROMA *Muſ. Paſſ.*	Rana ● o o Teſtudo o o o T V. *Muſ. Arigon.*	Flos. o o Tridens o o T V. *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Bonarot.*	Rota o Stella & Luna o *Muſ. Arig.*
	Cap. Romæ dext. Ratis dex. X Lanceæ cuſpis. Decuſſis. *Muſ. Oliv.*	Cap. Jovis ſiniſt. S Ratis dex. S *Muſ. Oliv.*	Cap. Pall. dext. o o o o Ratis dex. o o o o ROMA *Muſ. Paſſ.*			Talus. o Idem averſ. o *Muſ. Arig.*
		Lup. dorm. TVTERA. Lira. C *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Oliv.* *Muſ. Arig.*				Vas. o Lanceæ cuſp. o T V. *Muſ. Paſſer.*

Tertia Nummorum ætas ab anno Urbis Cond. CCCCXC. *ad annum* DXXXVI.

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
II	Cap. Jani I Ratis dex. I ROMA *Muſ. Paſſ.*	Cap. Jovis ſin. S Ratis ſio. S *Muſ. Paſſ.*	Cap. Pall. ſin. o o o o Ratis dex. o o o o ROMA *Muſ. Paſſ.*	Cap. Herc. ſiu. o o o Rat. dext. o o o R O M A *Muſ. Paſſer.*	Brucus Tridens *Muſ. Oliv.*	Lanceæ cuſpis. ⊐ *Muſ. Arig.*
	Cap. Jani I Ratis ſio. I ſine Epigraphe. *Muſ. Paſſ.* *Nummi hujus ponderis cum Inſcriptione* ROMA *ratem ſemper habent dexteram, unumq. ſiniſtram. Secus in his qui Inſeriptione carent.*	Cap. Jovis ſin. S Rat. dext. S ROMA *Muſ. Oliv.* *Hi nummi cum Inſcriptione & caput & ratem ſemper dexteram habent. Sine Inſcriptione vero & ſiniſtram & dexteram idem in Triente quadrante & ſextante obſervatur.*	Cap. Pall. dext. o o o o Ratis dex. o o o o ROMA *Muſ. Paſſ.*	Talus o o o Idem averſ. o o o *Muſ. Arigon.*		Rota. o Anchora. o Ɔ *Muſ. Oliv.* *Muſ. Paſſer.*
						Rota. o Anchora. o ⊐ *Muſ. Paſſer.* *Muſ. Oliv.*
						Rota. Peritroch. o *Muſ. Paſſer.* Alia ibid. cum V

Pond.Af.	Affis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
I $\frac{1}{2}$	Cap. Jani I Rat. dext. I ROMA *Muf. Paff.*	Cap. Jovis dext. S Ratis dex. S ROMA *Muf. Oliv.*	Cap. Pall. oooo Ratis dex. oooo ROMA *Muf. Oliv.*	Cap. Herc. dext. ooo Rat. dext. ooo ROMA *Muf. Oliver.*	Cicada oo Tridens TV. oo *Muf. Paff.*	Cap. Romæ Turritum dext. Eques decur. dext. *Muf. Paffer.*
	Cap. Jani I Rat. dext. I *fine infcriptione nummus rariffimus* *Muf. Arig.*	Cap. Jovis dext. S Ratis dex. S ROMA *Muf. Paff.*	Manus cefiu arm. oooo duo Clavæ TVTERE oooo *Muf. Paff.*	Talus. ooo Idem averf. ooo *Muf. Arigon.*		Aquila o Cap. Sileni dext. o *Muf. Oliver.* *Muf. Paffer.* *Muf. Arig.* *nummus ubique obvius.*
	Idem typus cum epigraph. ROMA A. *Muf. Arig.*					

Quarta nummorum ætas ab anno Urbis DXXXVI. *ad annum* DLXIII.

Pon.Aff.	Affis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
I	Cap. Jani I Rat. dext. I ROMA *Nummus ubique obvius. In hujus ponderis affibus ratis semper dextera est, nunquam sinistra.*	Cap. Jani dext. S Ratis dex. S ROMA *Muf. Paffer. Nummus obvius*	Cap. Pall. dex. oooo Ratis dex. oooo *Muf. Paff.* ROMA *Nummus tritiffimus.*	Cap. Herc. dext. ooo Rat. dext. ooo ROMA *Muf. Paffer. Nummus vulgaris.*	Cap. Mercur. dext. oo Rat. dext. oo ROMA *Muf. Paff. & ubique paffim*	Cap. Romæ dext. o Canis dext. o ROMA *Muf. Arig.*
				Cap. Juvenis dex. Anchora. ooo *Muf. Oliver.*	Rota oo Anchora oo *Muf. Paff.*	
Octav. 7	Cap. Jani I Rat. dext. I ROMA *Muf. Oliv.*	Cap. Jov. dext. S Rat. dex. S ROMA *Muf. Oliv.*		Cap. Her. dex. ooo Rat. dext. ooo ROMA *Muf. Paffer.*		Cap. Romæ dext. o Rat. dext. o ROMA *Muf. Arig.*
Octav. 6	Cap. Jani I Rat. dex. I ROMA C. CASSI. *Muf. Arig.*		Cap. Pall. dex. oooo Rat. dext. oooo ROMA *Muf. Oliv.*		Cap. Merc. dex. oo Rat. dex. oo FABRI ROMA *Muf. Arig.*	Cap. Romæ dex. Canis dext. ROMA. *Muf. Paffer.*
Octav. 5	Cap. Jani I Ratis dex. I ROMA SAR. *Muf. Arig.* Aliud C. TER. LV. Aliud SCR. Aliud OPEIM Aliud SORA Aliud M. ATIL.	Cap. Jovis dex. S Rat. dext. S Q. METE. ROMA. *Muf. Arig.*		Cap. Herc. dex. ooo Rat. dext. ooo Cum Victoriola. ROMA. *Muf. Arigon.*		

Quinta nummorum ætas ab anno DLXIII. *usque ad Reipublicæ occasum.*

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
Unc. $\frac{1}{2}$	Cap. Jani I Rat. dex. I ROMA *Muſ. Oliv.* Idem Typus cum D. SILANVS IMP. Aliud L. RVBRI. Aliud L. CASSI. L. SALIN. *Muſ. Arig.*	Cap. Jovis dex. S Rat. dex. S ROMA. *Muſ. Oliv.* Ead. cum FABRINI. aliud VARO. *Muſ. Arig.*		Cap. Her. dex. ooo Rat. dext. ooo ROMA. *Muſ. Olver.*		
Oct. 3	Cap. Jani I Rat. dex. I ROMA DIBO Aliud C. VIBI. Aliud L. PISO *Muſ. Oliv.*	Cap. Jov. dext. S Rat. dext. S ROMA. *Muſ. Paſſ.*	Cap. Pall. dext. Cap. Equi Falx. ROMANO *Muſ. Paſſ.*	Cap. Her. dex. ooo Rat. dext. ooo ROMA. VARGVNT. *Muſ. Arigon.*		
Oct. 2.	Cap. Jani I Rat. dex. I ROMA. *Muſ. Paſſ.*	Cap. Jov. dext. S Rat. dex. S ROMA. *Muſ. Oliv.* Al. cum METE Aliud cum ROMA. S. *Muſ. Arig.*		Cap. Her. dex. ooo Rat. dext. ooo ROMA. *Muſ. Arigon.*		

Prospectus peculiaris nummorum Tudertium juxta ordinem ætatis & ponderis distributorum.

Prima ætas nummorum Tudertium qui annum Urbis C. *præcesserunt.*

Pon. Aff.	Affis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
Unc. XIII.	Bos dex. Spina. oooo Quadri-pond. fig. quadratæ *Muf. Paff.*		Manus cestu armata oooo Clavæ. oooo TVTERE *M f. Med. Hic nummus omnium inscriptorum ponderosissimus est; & propterea antiquissimus.*			

Secunda nummorum Tudertium ætas ab anno C. *ad* CCCCXC.

Pon. Aff.	Affis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
Unc. XII.			Manus cestu armata oooo Clavæ. oooo TVTERE. *Muf. Med.*			
Unc. XI						Vas. o Lanceæ cuspis o TV. *Muf. Paffer.*

Pon. Aff.	Affis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia
Unc. X	Delphin Spina ooo *Muf. Oliv.* *Trieffis quadratus*		Manus cestu armata oooo Clavæ. TVTERE. *Muf. Med.*			Vas. o Lanceæ cuspis T V. o *Muf. Oliver.*
Unc. IX					Cicada oo Tridens. oo T V. *Muf. Oliv.*	
IIX $\frac{1}{2}$					Cicada. oo Tridens. oo T V. *Muf. Oliv.*	Lanceæ cuspis. o T V. Vas. o *Muf. Arigon.*
VIII	Spina oooooo Spina oooooo Sepondius quadratus *Muf. Oliv.*	Lupus dormiens. TVTERE. Lira. C *Muf. Oliv.*				
VII $\frac{1}{2}$						Brucus o *Muf. Paffer.* *numm. oval.* Globus. o Globus. o *Muf. Paffer.*
VII						

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
VI $\frac{1}{2}$						Racemus o Culter. o *Muſ. Paſſer.*
VI		Aquil. ſin. TVTERE. C Cornucopiæ. *Muſ. Jovannel.* *Muſ. Paſſ.*		Clava. ooo Numm. oval. fig. *Muſ. Paſſer.*	Clava. oo Numm. oval. fig. *Muſ. Oliv.* *Muſ. Paſſ.*	
V $\frac{1}{2}$						
V			Aquil. ſin. TVTERE. oooo Cornucopiæ. oooo *Muſ. Arig.* *Muſ. Paſſ.*			Brucus o *Muſ. Paſſer.* Numm. oval.
IV $\frac{1}{2}$				Rana ooo Anchora ooo TV. *Muſ. Paſſer.*	Clava oo *Muſ. Paſſ.* *Nummus ovalis*	
IV					Clava Spina oo Nummus ovalis *Muſ. Paſſ.* Clava oo Nummus oval. fig. *Ibid.*	

Pon. Aſſ.	Aſſis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
III $\frac{1}{2}$		Spina oooooo Spina oooooo Semis quadratus *Muſ. Oliv.*				Vas o Lanceæ cuſpis. T V. o *Muſ. Paſſer.*
		Lupus dormiens TVTERE. X Lyra C *Muſ. Oliv.*				Clava. o Numm. oval. *Muſ. Paſſer.*
III		Lupus dormiens TVTERE. C Lyra. C *Muſ. Paſſ.* *Muſ. Guadagni*	Manus ceſtu armata oooo Clavæ. TVTERE oooo *Muſ. Oliv.*	Rana ooo Anchora ooo T V. *Muſ. Paſſer.*	Cicada. oo Tridens. oo T V. *Muſ. Oliv.*	Vas o Lanceæ cuſpis. o T V. *Muſ. Paſſer.*
			Idem typus, ſed clavis inverſis *Muſ. Oliv.*		Calix floris oo Tridens oo T V. *Muſ. Paſſ.*	
II $\frac{1}{2}$		Lupus dormiens TVTERE. Lyra. *Muſ. Oliv.*	Spina oooo Spina oooo Triens quadratus. *Muſ. Oliv.*		Cicada. oo Tridens. oo TV. *Muſ. Oliv.*	Clava o *Muſ. Paſſer.* *Nummus ovalis fig.*
			Manus ceſtu armata oooo Clavæ TVTERE oooo *Muſ. Paſſ.*		Calix floris oo Tridens. oo T V. *Muſ. Paſſ.*	


Tertia nummorum Tudertium ætas ab anno CCCCXC *Ad* DXXXVI.


Pon. Aff.	Affis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
II				Rana. ooo Anchora. ooo T V. *Muf. Paffer.*	Calix floris oo Tridens. oo T V. *Muf. Paff.*	
I $\frac{1}{2}$			Manus cestu armata oooo Clavæ. TVTERE oooo *Muf. Oliv.*		Cicada. oo Tridens. oo T V. *Muf. Oliv.*	Rana. Calix rosæ o P. *Muf. Paffer.*

Poſtrema nummorum Tudertium ætas ab anno DXXXVI. *ad* DLXIII.

Pon. Aff.	Affis	Semis	Triens	Quadrans	Sextans	Uncia.
I						Aquila finist. TVTERE Cap. Sileni. o *Muf. Paffer.* *Muf. Olover.* *Muf Arigon.* *Nummus obvius.*


Tab. I.


























1




2 3




4



5




Vnc. ix. Perusiæ ap. Rev. P. D. Frønc. M. Galassi Priorem Casinensem



Florentiæ in Mus. Mediceo et Eugubii ap. Cl. Io. Carli

Vnc. 6. den. 20
Vnc. 6. den. 21



Vnciar. 2. Den. 20
Eugubii ap. Cl. Io. Carli



Perusiæ in Mus. Montemellinio. et Pisauri in Museo Oliuerio Vnc 3. den 12


Tab V.



1 *Mus. Guarnaccii. Den. 7.*



2 *Ibid. Den. 4.*



3 *Ibid. Den. 12.*



4 *Ibid. Den. 12.*



5 *Ibid. Den. 12.*



6



9



12



7



10


N.° 6.7.8.9.10.11.
Ex dissertat. V. Cl.
Canonici Sellarii.
N.° 12. ap. eundem.



8




11



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
N.º 1. Mus. Oliueru. Vnc. 7.
N. 2. Mus. Arigon. Vnc. 2. d 12
N. 3. Mus. Oliu. Vnc. d 21.
N. 4. Mus. Oliu.
N. 5. Mus. Oliu. den. 14.
N. 6. Mus. Oliu. den. 12.
N. 7. Mus. Oliu. den. 13.
N. 8. Mus. Oliu.
N. 9. Mus. Oliu. den. 12.
N. 10 Mus. Oliu. den. 12.
N. 11. Mus. Oliu. d. 12.




Mus. Pass.
Unc. 1 1/4.

Mus. Passer
unc 5.
alia 4. 1/2. Pass.
et Arigon.

Mus Oliv. unc 4 1/4
Mus. Pass unc 3.




Mus. Oliv. unc. 1 1/4
alia Mus. Pass
Mus Arig. unc. 1. Ott. 3.

Tab. VIII.



N. 1 M. Pass. Ott. 3. N. 2 Mus. Oliu. Ott. 2. N. 3. M. Pass. Oliu. et Arig. Unc. 10. ½
N. 4 M. Pas. Oliv. Arig Unc. 5. N. 6. Ibid. Unc. 3. N. 7. Ibid. Unc. 2. Ott. 2.
N. 8. Ibid. Unc. 1. ½

DE NOMINIBUS,

PRÆNOMINIBUS, COGNOMINIBUS,

ET METRONYMICIS ETRUSCORUM.

HAbuerint ne Etrusci veteres communiter usum trium nominum, quemadmodum Romani consueverunt, affirmari non potest; nam & antiquissima ætate in ipsa Roma cognomina vel nulla fuerunt, vel rara. Accedit ipsa Etruscorum negligentia, qui plerumque illa in titulis sepulcralibus omiserunt, quippe qui ad solam familiæ instructionem, non ad cæterorum curiositatem explendam, multoque minus ad hæc studia nostra confovenda notas illas in mortuorum saxis exararunt. Attamen cum in plurimis etiam cognomina expressa videamus, tuto deducimus & ipsos aliquando cognomina adhibuisse, præsertim cum de illustribus viris ageretur. Qua tamen ratione discernamus cognomina a nominibus stabiliri non potest: nam hæc differentia pendet ab omnimoda notitia linguæ, in qua nos cæcutimus. Illud tamen generatim in hac re constitui potest, eam esse nominum naturam, ut semper ad alios relativa sint, quippe quæ non hominem significant, sed prosapiam, a qua homo prognatus est, sic cum nos *Postumium* dicimus, aliquem intelligimus, qui a Proavo quodam, cui *Postumus* prænomen fuisset, genitus est; quapropter regulam generalem constitutam videmus Familiarum nomina plerumque in *jus* terminare, quæ desinentia derivativum indicat, &, ut ajunt Grammatici, adiectivum. Sed ea lex difficiliter traduci potest ad Etruscos, qui sive ob linguæ disparitatem, seu potius ob variam indolem dialecti, sive ob inconstantissimam illam scribendi rationem, qua omnia sphalmatis obruerunt, diversas a latino desinentias habuerunt.

At nihilominus ubi eorum nomina ad trutinam revocamus, illaque ab ea asperitate, quam primo intuitu redolent, repurgamus, & quodammodo ad Genium latini sermonis accommodamus, multa sunt, quæ facile ad desinentiam, & formam adiectivi reducimus, ut, exempli gratia, in sequentibus Inscriptionibus:

TITE VESIM [*Dempsterus in Parerg.*]
LA SENTINATE LAFLINPLN [*Ibidem Tab. XXI.*]
LARTHA FVNESE TRESA [*Ibid. Tab. XLIV.*]
LARTHI RAPLI TVEMNAM PETEVA [*Ibid. Tab. LXVII.*]
ARNVA PETRVNI TETINAL. A. [*Ibid. Tab. LXXXIII.*]
LTH. VESINI SATRIAT. [*Ibidem*]

Quorum nomina, si ad latinam formam reducamus, *Vesium*, *Sentinium*, *Funesium*, *Raplium*, *Petronium*, *Vessinium*, sive *Vestinium* facile persuasum habemus ea esse gentilia.

In hac vero speculatione magis magisque acquiescimus, cum hæc eadem nomina apud Latinos deprehendamus, apud quos eandem vim obtinuerunt, ut experientia demonstrabimus; quapropter nulli jam dubitamus illa eadem nomina ad familias pertinuisse. Sunt e contra plura, quæ si latino usui accommodemus, non ita de facili desinentiam adiectivi patiuntur, ut cum exempli gratia *Cacum*, *Macrum*, *Rufrum*, & his similia invenimus. Quæ cum apud Latinos cognominis vim habuerint, eandem potestatem apud Etruscos obtinuisse, non imprudenter opinamur. Notissima adducimus, ut illorum exemplo difficiliora tentare audeamus; nam quidquid in hac re intelligimus, non regulis, sed experimento debeamus. Quapropter ut Viros doctos exemplo rerum faciliorum confirmemus, ut difficilioribus manum admoveant, Familiarum præcipuarum specimen subiicimus, quæ quia notissimæ Latinis sunt, usum Etruscorum facilius comprobarunt. In hoc vero negocio alterum beneficium Eruditis præstabimus; cum enim hæc nomina plerumque significativa fuerint, facile deducimus voces illas, seu themata primigenia, unde nomina confecta sunt, utrique linguæ fuisse communia, ut alio loco monuimus, unde potestas linguæ summopere amplificatur.

ARIMNIA.

Arimnum Thuscorum Regem, qui primus exterorum Jovis Olympici Thesaurum donario exornavit, memorat nobis Pausanias in *Eliacor. priore*. Inde & *Ariminum* Urbem nobilissimam, & Musis apprime caram nuncupatam suspicamur. *Arimniam* vero gentem ex eodem fonte appellatam suggerit nobis sequens inscriptio, quanquam ob solitam Etruscorum sculptorum sincopen deformatam.

RAVNTV ARMNI. VIL. LXXV. [*Corton. in Museo Guazzesio*]
Rantis Arimni, qui vixit annis 75.

ANIA

ANIA.

Aniæ gentis mentionem faciunt sequentia monumenta.

TANA . TVESNEI . LAR. ANIA . TETINASA . [*Mss. Etr. T. I. Tab.* CXCI.]

Tanæ Tuesniæ fecit Lar Anius Tetinia natus.

LARTHI ANI CAFATEM [*In Mss. Ansideio* .]

Larti Anio Cafatia nato.

Sive interim hæc gens ab *Anio Æneæ* filio, de quo mentio est apud Servium Æneid. III. vers. 80. sive ab *Anno* dicta sit, unde gens *Anneja*. Viris doctis considerandum remittimus. Illud certe constat ab Antiquorum Heroum propriis, ac personalibus nominibus nomina familiarum derivasse, ut a Cecade *Cæcilia*, a Sergesto *Sergia*, a Pompo *Pomponia*, a Fabo *Fabia*, & alia id genus.

ANTONIA.

Hanc gentem facile agnoscimus in sequentibus titulis.

LA SENTINATE ATHVNIAL. [*Dempsterus Tab.* LXXX.]

Larti Sentinatio Antonia nato.

AVLE. TESVM. ATVNI. [*In Schedis Gabriellii*]

Aulo Tesio, seu Vesio Antonia.

L. ATVNI. [*In Urna Volaterrana*]

TH. TETIPIA. HANTNI. TATIN. ALISA. [*In alia Clusina*]

Tana Tetipia, seu Tetinia nata, quod magis arridet, Antonii Uxor *Tetinia* nata, bonæ memoriæ. In qua inscriptiuncula notandum est filiam *Tetiniæ* matris nomine nuncupatam.

ALESIA.

Auctoritate prælaudati Servii in VIII. Æneidos vers. 285. satis constat, *Vejentes*, qui Etrusci erant, *Alesum Neptuni* filium fuisse veneratos, cui *Morrius* eorum Rex Salios dedicaverat. Ab ejus nomine familiam *Alesiam* denominatam putamus, ni forte ejus originem repetamus ab Urbe *Alesio* in Idruntinis, sive ab *Aleso* Siciliæ monte. Utcumque se res habeat familiam ejus nominis Etruscam testantur Inscriptiones duæ in urnis Perusinis.

FTLAE. INVC. AELASI [*Apud Nobb. de Crispoltis*]

Forte *Lt. Laeinne Aelesi* Larti Laeino, sive Latino (nam hæc gens celeberrima extitit apud Etruscos) Alesia nati.

AL. SENTINATE. ALESIAL. [*In hortis ad Divi Petri*]

Aulo Sentinati.

AILASI. ARCVNA. MPC. [*In Mss. Etrusc. Tab.* CLI.]

Alesii Arcuna nati.

Huc refero sincopatas voces *Alse*, & *Als*, quæ alibi occurrunt.

ANCARIA.

Id nomen celebre est & apud Latinos. En Etrusca testimonia ex eorum sepulcro apud Perusinos defosso excerpta.

LARTH ANCARI VVILANA [*Ex Ciattio Perusia Etrusc.*]

Larti Ancario Ovilnia, seu Ovilania nato.

LARTHI ANC. ANCARIM. [*Ex Eodem*]

lego Larti Ancario Ancarii filio, sive Ancaria nato.

SEVI ANCARI VVILANA [*Ex Eodem*]

Servii Ancarii, Vuilana nati, qui prioris Larthis frater fuit.

TANA ANCARI VESIM [*Apud Nobb. Vinciolos*]

Tana Ancaria Vesii Uxor, seu Vesia nata.

His addo domestica testimonia ex duabus pateris fictilibus in agro Tuderte Perusinis contermino defossis, quas Tom. I. *Mus. Etrusc.* Tab. XII. & XIII. evulgavit Cl. Gorius.

ANK. VVNES. ANCARIATE. VEIIAR.

ANCAR. VESIAa.

Quæ Inscriptiones, quia ex ipso typo recenti adhuc argilla impressæ apparent, nullum adhuc mihi facessunt negotium, quam quod officinæ nomen continent, quod in posteriore planum est *Ancarius Vesiæ* filius, seu *Vesia* natus, in priore geminum nomen deprehendo *Ancarium Vunesia*, sive *Furesia*, quæ gens sæpissime occurrit, & *Ancarium Vesia*, qui idem ille est, ni valde fallor, qui in altera memoratur.

ATATIA.

Hanc decerpo ex sequenti inscriptiuncula.

ATVSNEIS ATHATEM [*In Urna Perusina*]

Atunii, seu Antonii Atatia nati.

CAINIA.

De hac mentio occurrit in Urna Volaterrana, ut *Heti Caiual.*

TANA CAINA NVEIMI [*Mus. Etrusc. Tom. I. Tab.* CLVII.]

TANIA IVMPVIS [*In Urna Clusina Tab.* LIV. *apud Dempster.*]

Tana Pompeja Cainii.

Huic nomini affinia sunt altera *Cailiniæ* & *Caimliniæ* gentis.

CECINIA.

Id nomen producimus ex urna Volaterrana

F. CACHENEI . . . LS. TINAL.]

Cecinii Lartis filii Latinia, seu similis nominis matre natus.

AV. TITE. VESI. VEL. CACHEIMNI. [*Apud Dempst. Tab.* XXXVII.]

Aulo Titi Vesii fecit Velius Cecinius.

Id

Id nomen a cæcitate factum minime inficiarer, cum cæteroquin cæcum inter cognomina Etrusca reperiamus.

CAFATIA.

Gens *Cafatia* memoratur in celebratissima hac nostra Pisaurensi Inscriptione bilingui.

CAFATES. LR. LR. NETMVIS. TRVTNVT. FRVNTAC

cui respondet superior latina

.. FATIVS. L. F. ST. ARVSPEX. FVLGVRIATOR.

Putavit Cl. Oliverius, qui *num.* 25. Marmorum Pisauriensium id monumentum illustravit, *Cafatium* esse nexum ex prænomine, & nomine simul junctum, quod minime nego, quandoque in hisce Inscriptionibus sæpe sæpius inter scripturæ monstra reperiri. At præter quam quod gentem *Cafatiam* inter Latina nomina invenimus apud Fabrettum *Inscription.* Cap. V. *n.* 12. & inter cæteras Etruriæ Urbium, quas Cl. Gorius publicavit in *Sylloge Aretinarum*, sequentia marmora clare evincunt, hanc apud Etruscos floruisse.

ATVENEIC. CAFATEM. [*Perusiæ apud Nobb. Anfideios*]
CAFATIAV AVAC FSEI [*In columella Mus. Etr. T. I. Tab.* LIX.]
LARTHI .VECNEV. ETAVES .CAFAT. [*Ibid. Apud Nobb. Anfideios.*]
LARTHI. AVI. CAFATEM [*Rursus ibidem*]

quarum sensus est:

„ Atusnius, sive Antonius Cafatio.
„ Cafatiæ Avaxei Uxoris.
„ Larti Vecnejo Octavo Cafatia.
„ Larti Avio Cafatia.

CESIA.

Hanc ego notatam intelligo in hac Inscriptione.

AV. CAISIA. ILPIA [*Ex Schedis Gorianis*]

Aulo fecit Cesia Elpis.

CESTIA.

Apud Tarquinienses extat adhuc rotundus cippus in modum aræ exscalptus, qui donario alicui sustinendo videtur fuisse addictus, notata in ipso dedicatione, seu potius nomine illius, qui donarium dedicavit.

MARCAS. ENTIES. CHESTES.

Ego Marcus Entii Cestii.

CILNIA.

Ex plurimis *Cilniæ* gentis monumentis, nuper in Etruria effossis, quæ redolent primævam latinitatem, & adhuc in Etru-

ria

ria balbutientem, quam etiam Etrufcam linguam appellabimus, jam in Latium degenerantem, id unum ex lamella fepulcrali Mufei Bonarotii feligemus.

CILMANM . E . PRETH . NSA .

Cilnio Prætenfia nato.

Litera E intermedia facile *Enfium* Patris prænomen indicat, ut in priore *Enfiti Ceftii*.

ELIA.

Eliam gentem indubitanter agnofco in titulo Perufino apud Nob. Conftant.

EILIA CAVVE VANI .

Elia Cavve Vanii uxor: *Cavve* agnominis loco eft, nifi mendum fubfit in interpunctione: nam Vevania, & Vevaco invenio.

THANA . HELI . MARCNIM . L . [*In Urna Clufina*]

Tana Helia Marci filia.

THANA HELI ATIAR CLAN . [*In alia apud Paolotios*]

Tana Elia Atia nata.

HELI TVTNASA [*In alia Clufina in Epifcopio*]

Heli Tutnafia nati.

HELIA SETVMNET PAP . [*in alia ibidem*]

Elia Secunda Papia nata.

FATIA.

Sequens Infcriptio Perufina apud Nobb. Gratianos *Fatiam* feu *Faciam* prodiit.

TANIA . FACVI . C . VSITEM . VES . TRESA L . MEC .

quam intricatiffimam fuo loco explicabimus.

HELVIA.

Nihil planius hac Infcriptione, quæ ex Schedis Gabriellii excepta eft, HELVIA MARCEI NARI.

HERENNIA.

Ad hanc gentem Thufcis afferendam mire conducit fequens infcriptio

CAI HERENNII TETINATIAL . [*Florentia in Urna*]

LARCIA.

Gens & ifta a prænomine nuncupata. En ipfam memoratam in pluribus monumentis.

AVLEM LARTIAL . [*In tegula Mufei Veronenfis*]

Aulus Lartius. Canam Lartiam fæpius fuo loco memoratam videbimus.

LA-

LATINIA.

Hæc fortaffe ex iis eft, quæ nomen ab origi ne contraxerunt.

TANA. LATINAL. RATVMSNAL. [*In Urna Clufina*]

Quæ poftrema vox mihi forte *Ratumenal* fuggerit, quo nomine Romulus Urbis portam nuncupavit.

TANA. TETVNEI. LIRIA. LATINAL. TATVNIAM. {*Politiani apud Nobb. Buccelios*}

Tanæ Tetunei Liria Latinii.

ARNVA PETENI LATINAL. [*Florentia apud Bonarotum*]

Arnua Petrunii uxor Latinia nati.

ARNT. VEL. LATINI. VESTRIN. ALISA. [*Ibidem in Mufeo Ceretano*]

Arunti Velitis Latinii Veftrena nati memoriæ.

LARTI AV LATINEI [*Ibid. in Mufeo Gherardefchio*]

Larti Auli Latinii filio.

SE LVTI NEI LARTHI [*Tufcanella in Cathedrali*]

Sexto Latinio Lartiæ filio;

LAUTNIA.

Hujus mentio plurima eft in marmoribus. In Hypogeo Perufino legitur inter cætera:

LAVTNEMCLE. *Lautna* nato.

SETVIA. VELC. VTPAI. LAVTNA. [*Muf. Etrufc. Tom. I. Tab. CXCI.*]

Servia Velcii Lautena nati.

TVEMNA LAVTNI [*Dempfter. Tab. LXXXV.*]

Turni Lautnii.

LELIA.

In urna fequenti manifefta eft hujus familiæ mentio.

A. LELI. [*Florentia apud Nobb. Jacominios.*]

LERPIRIA.

Ad hanc refero Infcriptionem, quæ in Mediceo fimulacro incifa legitur, quam tamen fuo loco fufius explicabimus.

LPIREÆ LESPI. &c.

Quam Lerpiriæ Lerpirii interpretari poffe auguror.

LINIA.

Ad hanc reducuntur fequentes urnæ Volaterranæ.

PIL. LIII. LEINE.

Vixit LIII. Linius, five Linia.

L. AVLNA. LARTIAL. CAI. LINAL.

L. Auli filius Lartia natus Cajo Linio fecit, feu e contra hic illi.

MA-

MANIA.

En & hanc familiam

.AV TITI VESE MANISS. CLAN.[*Perusiæ apud Nobb. Crispoltios*]
Aulo Ti Vesii Mania nato.

MEMMIA.

In cippo sepulcrali, in quo Vir armatus sculptus est apud Dempsterum legitur:

LARTI. AMMEM.
Larti Amemio, sive Memmio.

MUTIA.

Hæc etiam clare se prodit in fragmento sequenti
.... MANAL MVTIAI [*Perusiæ apud eosdem Crispoltios*]

NARIA.

Ex monumento in Elvia adducto, gens Naria clare deprehenditur. HEVIA MARCEI NARI.

ORATIA.

Excitatur hæc familia ex inscriptiuncula in urna marmorea Tuderti effossa, quæ modo diruta in Perusino asservatur.
VETETIA VRATIAN
Vetetia Oratii.

PETRONIA.

Indubitata hujus familiæ testimonia habemus in sequentibus monumentis, quorum priora diligentiore scalpro celata sunt, reliqua vero imperitum artificem redolent; nam consuetis sphalmatis scatent.
VEL. PETRVNI. VELVM. EPINAL. [*Clusii in Episcopio*]
Veli Petronii Velii filii Epinia nati.
VEI TETRVNI VELVM VITINAL. [*Ibid. in æde Corporis Christi.*]
AENVA. PETRNI. LETINAL. [*Apud Bonarrot. ad Dempster.*]
LARTI. RAPLI. TVRMNAM. PETRVA. [*Perusiæ apud Meniconios*]
Larti Raplio Turnus Petronius, seu Turni filius Petronia natus.
IANA. PETRV. [*Ex Schedis Gabrieliis*]

POMPONIA.

In promptu sunt ejus gentis Inscriptiones.
EA PVMPVNI [*In Mus. Coratio*]
LRT. PVLE. TAVINEI. PVM. [*Aretii in Mus. Baccio*]
Larti Publii, seu Pauli Tavinei Pomponia nati.

PUBLI-

PUBLILIA.

Nomen ne *Publiliæ* gentis, an Publii prænomen in hisce urnis Clusinis agnoscam, nescio.

THV. PVPLI. LTH. SETVMNAL

Tana Publilia Lartis Setumnii

LTH. PVPLI. L. AVLMTN.

Laiti Publilio Lucii filio Aulmnia

VELIA. SETVMNSI. PVL.

Velia Secunda Publilia nata.

SALVIA.

Hæc gens sibi ascribit urnam Perusinam apud Nobb. Eugenios.

SAELVI CAPNASTV

Salvi Capenatis.

TARQUINIA.

Hinc, ni male augutor, deprehendo in Inscriptione, quam in Schedis retulit Gabriellius.

THANA ELIM TARCNIM

Tana Elia Tarquinii.

TREBONIA.

Ex eisdem Schedis excerpsimus & hanc Inscriptionem.

THANA. SEICIA. TREPV.

Tana Secia Trebonii.

TITE. SCIRESA. TREPVNIAMVI. [*In Mus.Etrus. Tom. I. T. CXCIII.*]

Titi Sciresii Trebonia, ni forte Trebomiani cognomen subsit.

VIBIA.

Eædem schedæ *Vibiam* gentem nobis suggerunt in hac sequenti Inscriptione.

TRAN. VIPI. TETIM.

forte Tana Vibia Tetinii.

VELIA.

Ex *Ciatto* excerpsimus hunc titulum:

AV. VELI. CVEANIAL.

Aulo Velio Cutania. At *Velius* sæpe prænominis vice est, ideoque prænomen Patris poterit significare.

CÆSINIA.

METRES CEISINIES [*In Crypta Cornetana*]

Matri Cæsiniæ

LAETH. CEISINIS

Larthi Cæsinio.

ANEMIA.

ANAMMEM CLAN [*Mus. Etrusc. Tab. I.*]
Anemia natus.

TARQUINIA.

TANA HELIM TARCHIM. [*Ex Schedis Gabriellii*]
Thana Aelia Tarquinii uxor.

PETRONIA.

VEIA PETRVNI VELUM VITINAL [*Ex Schedis Gabriellii*]
Veja Petronia Velii Vitinii Uxor. *Vejus*, & *Velius* loco prænominis tam in viris, quam in fœminis sæpe occurrunt in his monumentis.

THANA PETRVV.. [*Sched. Gabriellii*]
Tana Petronia.

RUFIA.

LARTHI NVMSI RAVFIAL. [*Mus. Buccelli*]
Larthi Numisio Rufia nato.

THANA NACARN RAVFIAL [*Mus. Buccelli.*]
Thana Nacarnia Rufia nata.

LATINIA.

THANA LATINI RATVMSNAL. [*Urna Clusii*]
Thana Latinia Ratumenia nata.
Ratumena, nomen Veientis Aurigæ, a quo Romana porta nomen sortita est juxta Festum in *Ratumena*.

LIVIA.

THA LEIVIAI ·· ELA CEACHE AVIL. LXXXIII. [*Pisauri in Mus. Oliv.*]
Thana Livia Marci Gracchi uxor vixit annis LXXXIII.

TITIA.

LARTHI TITI CNEI [*Aretii in pariete*]
Larti Titio Gnei Titii filio.

ASLANIA.

L. AS LANI LARTHAL CAILINAL [*Volaterræ apud Nobb. Jacominios*]
L. Aslani Larthia Cailina nati.

POMPONIA.

AR. PVMPVNI [*In Mus. Coratio*]
forte Au. Pomponi.

CIL-

CILNIA.

L. CILNIA ERA TITVR. [*Cortona in Ecclesia Cathedrali*]
Lar Cilnius Era Tituria natus.

TETINIA.

ATH TETINIA ARNTNI TETIN ALISA. [*Clusii apud S. Mustiolam*]
Latthi Tetinio Aruntis Tetinii bonæ memoriæ.

SETUMNIA.

AELIA SETVMNEI PVP. [*Clusii in Æde SS. Corporis Christi.*]
Aelia seu Velia Setumnia Puptii uxor.
THA PUPTI LARTH SETVMNAL. [*Ibidem*]
Thana Puptia Larthis Setumnii uxor.

CÆSIA.

LV. CAISIA ILPIA [*Senis apud Nobb. Manninios.*]
Lucia Cæsia Elpia, sive Elpis.

DE PRÆNOMINIBUS ETRUSCORUM.

Usum prænominum viguisse apud Etruscos manifestissime ostendunt illorum Inscriptiunculæ sepulcrales, ex quibus ea, quæ sequuntur, excerpsi. Quo tempore apud ipsos hic mos invaluerit, incertum est, cum penitus ignoremus, in quam ætatem hæc monumenta refundamus. Multa sane ex iis tantam affinitatem cum Latinis spirant, ut maxime dubitari possit, ea pertinere ad illa tempora, quibus a Romanis oppressi sunt: nam tempore Etruscæ libertatis linguam latinam exulasse penitus credo a sepulcris Etruscorum.

Hæc tamen prænomina cum latinis maxime consonant, quod ego non servituti attribuo, sed locorum affinitati, quin immo crediderim potius Romanos adhuc rudes usum prænominum accepisse ab Etruscis, qui jamdiu, & Imperio, & politioribus institutis in Italia floruerunt, qui cum præsertim literarum studio longe ante Romam pollerent, necesse erat, ut homines ejusdem familiæ prænominis discrimine distinguerentur in actis publicis, Magistratibus, Sacerdotiis, atque contractibus; quæ diligentia minime momenti est in Populo rudi, cujus unicum votum foret agricultura, ac militia. Igitur ex titulis sepulcralibus, quos adhuc observavi, sequentia prænomina selegi.

AEL. AELI. *Aelius* apud Latinos gentile nomen apud Etruscos vim prænominis sæpe obtinet, præfiturque nomini gentilitio.

AR. ARI. ARR. Id quoque in usum prænominis usurpatum est, quanquam apud Romanos abierit in nomen familiæ; quod minime mirum est: nam nomina familiaria nihil profecto sunt, quam derivativa a nomine personali illius, a quo gens singula derivavit; quemadmodum apud Romanos gens *Appia*, *Mania*, *Marcia*, *Nummeria*, *Quintia*, *Titia*, &c.

ATH *Atii* prænomen manifestissimum conspicitur in Inscriptione *Tegulæ Perusiæ* repertæ nunc in *Museo Veronensi*.

ATH. VETIV. ATH. VIPINAL.

Atius Vetius Atia Vipina natus.

A. AV. AVL. *Auli* prænomen obvium est in nostris Titulis.

AP. APE. APF. Id etiam frequentissime in illis occurrit.

C. CA. CAI. Obvium est in Inscriptionibus Etruscorum.

CNE. CNEI. *Gnei* prænomen in hac voce agnosco, & revera video antiquiores ex latinis illud expressisse per literam C.

FASTI. Persæpe nobis occurrit. Fautorum facili mutatione dixere Latini.

HER. *Herti* habent Tabulæ Eugubinæ. Prænomen *Her* concisum addidit Fabrettus noster *Elencho Prænominum Latinorum*, apud quos rarissime occurrit, sæpius vero in marmoribus Etruscorum.

LA. LAR. LARTHI. Nil frequentius hoc prænomine in nostris titulis, ut aliquando dubitaverim, ad formulam pertinere, ut præseferret, quod apud Romanos invocatio Deorum Manium; nam Lares apud Etruscos idem significabant, quod apud Latinos Manes, umbras necupe majorum melioris meriti. Nihilominus diuturniore experimento cognovi Etruscos hanc invocationem in Titulis sepulcralibus nunquam agnovisse, & voculam illam nil nisi prænomen mortui importare.

L. LV LVC. LVCI. Prænomen *Lucii* sine ambiguitate designat, & ipsum frequentissimum.

MAN. MANE. Hic habeto prænomen *Manii*.

M. MA. MAR. MARC. MARCAS. Sub hisce notis nemo non agnoscit prænomen *Marci*.

MEC. Vim prænominis obtinet in hac inscriptione Clusina.

MEC. TVAENASA, & in aliis plurimis, quam notam interpretor *Metium*, vel *Mecium*.

P. PV. PVP. *Publium* explico: Nam Etrusci literam B pronunciabant P.

RAN. RANTAS. En aliud prænomen penitus Etruscum, cujus significatio a PEΩ fluo derivari potest. Prænomen id non raro invenitur in nostris marmoribus.

S. SETI.

S. SETI. *Sextum* indicari non dubito; nam numerorum nomina Romani ab Etruscis acceperunt: quod multis argumentis evincitur.

T. TI. TIT. TITE. En prænomen *Titi* vulgarissimum apud Etruscos.

THV. THVN. Mihi indicant prænomen *Tunni*, cujus plurima exempla adduci possent, præsertim ex inscriptione Tabulæ LXX. apud *Dempster*. de qua suo loco.

THEVA. Nisi forte male exscriptum sit pro THANA. vim prænominis aliquando usurpat.

TVR. TVRN. TVRMNA. En Tibi prænomen *Turni*, de quo idem Fabrettus.

VEL. VELI. VELI. Inter prænomina Etruscorum adcenseo fultus auctoritate inscriptionum. Hæsi diu dubitans, an titulum dignitatis, seu officii militaris præseferret a *Vela* Urbe, sive *Velitibus*. Cum vero alioqui nondum constet, Etruscos dignitatum titulos in Monumentis inscripsisse, probabilius mihi videtur hanc notam prænomen indicare.

Præter ea, quæ hucusque adnotare potuimus, prænomina virorum sunt etiam prænomina fœminarum, quæ Mulieres Etruscæ frequentiora habuerunt, quam quod Latinæ. Omnium obvium fuit THANA, & quandoque THANIA, vel integre descriptum, vel per breviarias notas TH. sive THA. Id præseferebat celebrata Latinis scriptoribus *Tanaquil*, seu *Tana Aquilia*, cui nomen conversum fuit latina lingua in *Heram Aquiliam*, de qua permutatione multa præmisimus in *Lucubrationibus Roncaliensibus*: unde colligitur *Thanam* idem significare ac Heram, sive dominam, titulum dignitatis, qui abiit in prænomen.

ARA. Hoc etiam prænomine sive a Latinis accito, sive Etruscæ originis utebantur Mulieres Etruscorum,

LARTHIA. Alterum prænomen non infrequens.

VELIA. sæpe occurrit in eadem significatione.

ELIA

FASTIA

VEIA

CAIA

LVCIA prænomina sunt præfixa nominibus gentilitiis fœminarum. De hac postrema argumentum desumimus ex Inscriptione Senensi apud Nobb. Manninios LV. CAISIA. ELPIA. Lucia Cæsia, Elpia, sive Elpis.

Ultimum, quod hactenus observaverim, est ATH fortasse *Atta*, quo nomine dignitatis ergo juniores vocabant Senes.

Ex hisce exemplis facile suspicari potest, prænomina masculina universa etiam fœminis fuisse attributa. Plura in id argumentum con-

congerere potuissem ex Schedis meis, in quibus inscriptiones universas Etruscas, quæ mihi occurrerunt, exscripsi, sed cum incertis auctoribus, & plerumque non admodum versatis in hoc genere antiquitatum excerptæ sint, missas feci; id unum in animo habens, ut specimen potius hujus studii in publicum proferam, quam Thesaurum, quem ordinandum aliis reservo, lustratis potissime, ac diligenter recognitis monumentis inscriptis; cum perversa illorum exemplaria, ac oscitanter excepta perturbent potius id studium, quam promoveant.

DE COGNOMINIBUS ETRUSCORUM.

Occurrunt sæpe sæpius in hisce Etruscorum titulis nomina quædam, quæ nec familiam exprimunt, nec in prænominum censu computari possunt: quapropter inter cognomina ablegamus, ex quibus seligenda nobis visa sunt, quæ eandem vim cognominis apud Romanos habuerunt, quæ nobis proponenda visa sunt, veluti indubitata quædam hujus consuetudinis specimina, ut quodam veluti gradu ad ea, quæ cæteroquin incognita forent, ascendamus.

CECINNA.

Huc refero monumenta Perusina.

AV. TITI. VESI. VEL. CACHEINAL.

AV. TITE. VESI. VEL. CACHEINNI.

quæ ad duos fratres referri possunt *Titi Vesii* filios, quibus *Velius Cecinna* titulum posuerit, nisi pro *Cecinna Cecinam* gentem subesse intelligamus, ex qua communis mater *Velia Cecinia* nata sit.

CÆCUS.

Id cognomen resultat ex inscriptione Buccelliana alibi relata.

LAR. APINI. CAECVS.

Lar Apinius Cæcus.

ELPIS.

Cognomen græcum ex servili nomine frequentissimum in latinis Inscriptionibus. Id notavimus in inscriptiuncula:

AV. CAISIA. ILPIA.

Aulo fecit Cæsia Elpis.

GRAC-

GRACCUS.

Inscriptio Pisaurensis apud Nobilissimum Oliverium habet:

TA. LEIVIAI. MA. CHRACHE AVIL. XLIII.

Tanæ Liviæ Marci Gracchi vixit An. XLIII.

AV. CNEVNA. CRACNAL. [*Volaterris in Urna.*]

Aulo Ceneunio Gracca.

LARTHI. CRACNEI. LARISAL. FIL. XXI. [*Ibid. in Urna*]

Lartis Gracchi Larisia vixit annis XXI.

Legitur CAI CRECE [*In Urna Perusina apud Nobb. Meniconios*] quod inde detortum est.

GLAUCUS.

In Urna Buccelliana videre est:

LARTHI. VETVM. CLAVCEM.

Larti Vetio Clauco.

Gens *Vetia*, *Veturia*, *Vetnia*, aliæque id similes, quibus decurtatum id nomen referamus, sæpe occurrunt.

HERCULES.

Urna Volaterrana habet:

LS. EICNA S. ERCLAL.

Lartis Eicnii Sexti filii Ercla nati. Ercle legimus in patera Etrusca; forte inde Eracles, aut quid simile formatum est.

MEMNA.

L. MEMNA [*Ex Schedis Marmocchini*]

A. Memna.

CÆCUS.

LAR APINI CECV [*Mus. Buccelli.*]

Lar Apinius Cæcus.

GRACCUS.

THA LEIVIAI MA CRACHE [*Urna Mus. Oliverii*]

Thanæ Liviæ Marci Gracchi.

GALLUS.

LARTH CALLVM [*Viterbii*]

Larthi Gallo.

LARTE LARNEI CALE [*Mus. Buccelli*]

Larti Larnio Gallo.

TREBONIANUS.

TITI SCIRESA TREPVNIAMMVE [*M. Etrusc. Tab. 153. T. 1.*]

Tito Sciresio Treboniano.

NI-

NIGELLA.

THANA NIKALA [*Tuderti in Urna*]
Tana Nigella.

CAPRILIS.

TVRNAL AVLE F CAPRILIV [*Clusii in Æde SS. Corporis Christi*]
Turnus Auli F. Caprilis. Nota F latina hic primum occurrit in Inscriptionibus Etruscis indubitanter Filium denuncians, ex quo colligimus, id marmor ad ea tempora pertinere, quibus latina lingua Etruriam nostram invaserat.

CRAPILA SEIANTIAL ATH [*Ibidem*]
Caprilis Sejantia natus.

LUCINA.

Cognomen istud manifestum se offert in alia Urna Volaterrana.

EVL. AN. SETREM. LAVCINAL. PIL. LXX.

Aulo Antonio Sexti filio Lucina nato vixit an. 70. In dedicatione quoque simulacri apud Dempster, Tab. 43. legitur:

MI. CANA. LARTIAL. NVMTRAL. LAVCIN. MIL.

de qua inscriptione fusius suo loco egimus.

METELLUS.

In limbo vestis Auguris Perusini manifeste legitur:

AVLEMI. METELIM. VE. VESIAL.

Auli Metelli Velii Vesii. Et in sepulcro Cuelniorum:

THANA METELNE. CVALNE.

Et rursus

AV CVELNA METHNAL

Aulo Cuelnio Metellia nato; qui facile superioris Tanæ filius fuit.

MACER.

Cippus Tuders in Julia gente adductus clarissimum hujus cognominis testimonium affert.

IV. MAICER.

MI CANA LARTIAM VAL. ELCHINDI MAICHE [*In statua Volaterr.*]
Ego Cana Lartia Valeri, seu Volcri, aut Volusii Elchinii Macri.

NIGELLA.

Hoc muliebre cognomen ex Urna marmorea Tuderti effossa, modoque diruta, in Agro Perusino adservatur, clare deducitur.

TANA NICHALLA.

ORE-

ORESTES.

In fragmento ſtatua fictilis, quam Cl. Guazzeſius illuſtravit, hæc notæ ſuperſunt.

CNEI VESTE.

Gneius Oreſtes.

PAPPUS.

In urna Oliveriana hæc epygraphes legitur:

CNEI. ILV. PAPA. AVIL. XXIII.

Gneius Ilius, ſeu Elius Pappus, ni potius legendum putes Papa. natus, vixit XXIII.

RUFUS.

Id cognomen varie ſcriptum legimus.

EPEA. RVVFE. ARNTHAL. AVILS. XVIII. [*Viterbii in Urna*]

Epea Rufi Aruntis vixit XVIII.

FASTI. RVFRV &c. [*Muſ. Etruſc. Tom. I. Tab. LXXXII.*]

ARNTH. VIPINN. RVFRE. [*In Muſ. Buccelliano.*]

Arunti Vipinii Rufu.

LARTH. NVMSI. RAVFIAL. [*Ibid. in Urna.*]

Larti Numeſio Rufa.

THANA. NACARN. RAVFIAL. [*Ibid. in Urna*]

Tana Nacaria Rufa nata.

SEVERUS.

Subobſcura eſt lectio ſequentis Urnæ:

SEFRI CAPNASTV. [*Peruſiæ apud Nobb. Angelettos.*

quam Severi Capenatis intelligo.



DE METRONYMICIS ETRUSCORUM.

Consuevere Etrusci, cum mortuorum nomina saxis inscriberent, paternum nomen defuncti plerumque prætermittere, cujus loco frequentissime maternum substituebant, cujus moris vix exemplum invenias apud Græcos, & Latinos: Græci enim in lingua tantum poetica Metronymica introduxerunt, ut *Thyoneus*, *Semeleius*, *Latois*, *Deoida*, *Dorida*, & alia hujusmodi. Ad exemplum istorum Etrusci, qui græca poemata familiarissima habebant, ut ineluctabilibus argumentis sæpe demonstravimus, Metronymica introduxerunt honoris causa; atque ut majorem dignitatem atque auctoritatem in Filios matribus familias conciliarent, ut illi vel mortui profiterentur, qua matre nati essent, atque educati. En in promptu testimonia ex eorum titulis latine scriptis:

1. C. PVSLILIVS P. F. ART. VIBIVNIA NATVS [*Polit. ap. N. Avignonesios*]
2. C. TITIVS LVCI FILIVS MAMILIA NATVS [*In Mus. Buccellio*]
3. VEL SPEDO TOCERONIA NATVS [*Ibidem*]
4. L. CAVIVS SPEDO SEPTVMIA NATVS [*Ibidem*]
5. C. PVBLILIVS P. F. ARN. VIBINNIA NATVS. [*Ibidem*]
6. A. PAPIRIVS A. F. SATELLIA NATVS. [*Ibidem apud Nob. Doricos*]
7. L. PAPIRIVS. A. F. AR. N. [*Ibidem*]
8. SEX. PAPIRI. SEX. F. MARCI NATI. [*Ibidem*]
9. A. PAPIRIVS N. F. ALFIA. NATVS AN. XXXXIIII. [*Ibidem*]
10. A. PAPIRIVS .. NONIS .. IVS ALFIA NATVS AN. XXXXIIII. [*Ibid.*]
11. L. VIINIITII VILII ANIA N.

Hæc exempla ad saturitatem adduximus, ut inde constantem ejusdem Populi consuetudinem arguamus.

At quandoque, immo sæpius, nomen matris tantum adiectum observatur, omisso adiectivo, quod facili negotio subintelligi poterat, ut in hisce exemplis;

1. VEL SPEDO CESIAS [*Politiani in Mus. Buccell.*]
2. AMATIANIE SAVIA. [*Ibidem*]
3. A. CECINA SELCIA ANNOS XII. [*Volaterris apud Nob. Falconcinios*]
4. SATELLIA C. F. VELIZZA [*Politiani apud Doricos*]

THENIA. SIVNIAII.
ARRIA. THANA.
VILISA. CARILIA.

Matrem vero in his, & similibus indicari non dubitamus, non solum edocti superiore argumento, verum etiam quia gemina familiarum nomina uni, eidemque mortuo apponi non poterant, nisi u-

num

num paternum genus, alterum vero maternum significaret; quæ mihi potissima ratio est, cur secundum nomen inter metronymica referendum putem. At duplici modo Etrusci matris nomen expresserunt: nam aliquando eidem particulam *Clan* subdiderunt, quæ natum significat, ut ostendi in tractatione de *Tegulis Buccellianis p.* 138. *& seq.* aliquando vero particulam prætermiserunt, illam ex usu subintelligentes, non secus ac in latinis supra demonstravimus.

Cum vero particulam *Clan* prætermitterent, nomen matris in *Al* terminabant *Latinal*, *Varnal*, *Cesnal*, *Vesial*, *Velcial*, & his similia. Putavi aliquando eam terminationem sextum casum indicare, quem Grammatici ablativum vocant, potissime quia aliquando in *Alu* hæc nomina desinunt, ut *Velcialu*, *Vipinlu*, *&c.* quæ forma quodammodo respondet ablativo Latinorum tertiæ, ut ajunt, declinationis, ad quam pertinent *Fecial*, *Tribunal*, *Vectigal*, *Baccanal*, *Saturnal*, quæ in sexto casu *Feciali*, *Tribunali*, *Vectigali* proferenda sunt, cui exemplo comparabam *Vipinial*, *Vesial*, & hisce affinia. At urgebat e contra uniformis illa ratio, quam Etrusci secuti sunt, quum difficile mihi videretur, Etrusca nomina fœminina omnino ejusdem declinationis fuisse, ut eandem paterentur in sexto desinentiam, omniaque in *Al* abirent; quapropter in mentem subiit nomina illa ex substantivis facta adiectiva, ut derivationem filiorum a matre exprimerent; quæ nomina placuit metronymica appellare, quia ad matrem indicandam ita derivata essent. Exempli gratia, si nos substantiva fœminarum nomina *Agnetem*, *Catharinam*, *Margaritam*, *Justinam* in adiectiva convertamus, *Agnesium*, *Catharinium*, *Margaritenum*, *Justineum* diceremus. At antiquioribus Latinis hæc mutatio in *al* magis probata fuit; cum enim aliquid ad cervicem pertinens, dicere vellent, non cervicium, sed *cervical* dixerunt, & quæ ad puteum spectarent *puteal*, & quæ ad tribunum, *tribunal*, & quæ ad vecturam, *vectigal*: itaque videtur, Etruscos, cum filium, exempligratia, *Agnetis*, *Catharinæ* &c. dicere vellent, *Agnesial*, *Catharinial* dixisse, quod idem fere erat, ac si dixissent *Agnesium*, *Catharinium*, seu potius *Agnetalem*, *Catharinalem*.

Quod vero per conjecturam veluti de longe indicavimus, opportunum erit longo exemplorum cathalogo comprobare, in quibus id perpetuo observabimus, nomina, quæ in *Al* desinunt, diversam familiam ab eo, qui primo loco nominatus est, indicare, quod ideo accidit, quia matres suum proprium nomen in mariti familiam inducerent. Inscriptiones igitur proferamus.

LARTHI. EILEI. VESENIAL. [*Pisauri in Mus. Oliv.*]
Larti Elio Vesenia nato.

AV. VENI. CVRANIAL. [*Perusia ex Ciatto*]
Auli Venii, seu Venii Curania nati.

LARTHI · TVSE · LIASM · TALS · EISVAL CLAN · [*Perusia ibidem*]

CIANTI PRETELIAL [*Ibidem ex eodem*]

Cianti Prætelia nati.

ATH VETIV IVPINAL. [*Perusia apud Nobb. de Pinna*]

AV AELI CVRANIAL. [*Perusia ex Schedis Gorii*]

Aulo Aelio Curanis nato.

LT. RVITNA FRVMNAL [*Romæ ex Dempster. Tab. LIV.*]

Larti Ruitnio Frumnis N.

AVLEI NARSEI FRVMNAL [*Clusii apud Dempster. Tab. LXXI.*]

Auli Narsei Frumnia nati.

LA SENTINATE ATVNIAL. [*Perusia ex Dempster. Tab. LXXX.*]

Lar i Sentinati Antonia nati.

ARNTA. PETRNI. TETINAL. A. [*Politiani apud Dempst. T.* LXXXIII.]

Arunti Petronio Tetinia.

VEL. IAST. LASAL. [*Clusii in tegula*]

Velio Jiastio Lasia.

MARC ELAIEI TITIAL [*Clusii ex Dempstero Tab.* LXXXIV.]

Marci Elii Titia.

FASTI SVNTINATI VARCNAL. [*Perusia apud Dempsterum*]

Fasti Sentinati Varcnis.

LAR SENTINATE LANIN RVNAL. [*Perusia ex Gorio*]

Larti Sentinati Lanirunis.

AVLEM CATINAL ALS. [*Perusia ex eodem*]

Aulo Catin a N.

AVLVL SVTININIA AV CALISNAL. [*Perusia apud Baleon.*]

Aulo Sutino Auli filio Calisna nato.

AV. SENTINATE. ALESIAL. [*Perusia in hortis ad D. Petri*]

Aulo Sentinati Alesia nato.

AVLE MVREIN FRVITIEIIAL [*Perusia ex Schedis Bonarotianis*]

Aulo Marinio Fruitinia.

VEL. LASARA. VELEINAL [*Perusia apud Ausid.*]

Velio Lasio Velsinia N.

FASTI SENTINATI LARCTIAL [*Perusia apud Eugenios.*]

Fasti Sentinatio Lartia.

LR. SPLAVTINE. ETIANAL. [*Perusia in hortis ad Annunciatam*]

Lartis Plautino Etiania.

NASA AFVNES VARNAL. [*Perusia apud Crispoltios*]

Nasia Funesii uxor Varnis N.

LR. TVPLIAI LAVRNAL. [*Perusia in hortis ad D. Petri*]

Larti Turpilii Laurnia.

LARTI ENENI MVRVNAL. [*Florentiæ apud Baronem de Stosch*]

Larti Ensinii Muronia.

CAI ERENII PETINATIAL [*Florentiæ in Mus. Bonarot.*]

Cai Erenni Petinatia nati. LT.

LT. FRAVNEI TIITASA ATINATIAL [*Romæ in Muſ. Gualterio*]
Larti Fraunejo fecit Titia Atinatia Nata.
LARTS ANEMI VASINAL [*Cortonæ in Academia*]
Lartis Anemii Vesinia.
LT. TI. ALFIAL. [*Ibidem apud Nobb. de Coratia*]
Larti Titi filio Alfia nato.
ARVATEI CAIAL [*Eugubii*]
LARTHI VESTINI SATRIAL
Larti Vestinii Satria.
VEL PETRVNI VEIVM APINAL
Velio Petronio Velii filio Apinia.

Quia vero, ut ostendimus, Etrusci jam latinizantes quandoque solum Matris nomen expresserunt, nati vero adjectivum, quod subintelligebant, prætermiserunt, ut in exemplis, quæ secundo loco adduximus, observatur, ita prorsus, ut a posterioribus ad antiquiora regrediamur, cum propria fortuna uterentur, & patriam linguam retinerent, aliquando non Metronymicum adhibuerunt cum desinentia in *al*; sed Matris purum nomen expresserunt, ut puto, in sexto casu, qui in *a* desinebat, ut latina nomina primæ formæ. Quod rationibus fulcire non possumus, exemplis pro rei angustia confirmemus.

LARTHI ANCARI VVILANA [*Perusia ex Ciatto*]
Larti Ancarii Vuilania nati.
SE VI ANCARI VVILANA [*Perusia ex eodem*]
Servii Ancari Vuilània nati.
THANA VRINATI TVTNASA [*Perusia ex Gorio.*]
Tanæ Urinati Tutnasia nati.
LARTA FVNESE TRESA. [*Clusii apud Dempster. Tab.* XLIV.]
Larthi Funesio Tresia.
VELIA NVAISIA VFANISA [*Florentia apud Dempster. Tab.* LXXXVII.]
CILMANM PRASTENSIA [*Ibid. ex Dempst. Tab.* LXXXVII.]
PRASTSNSA.
SSTI VESII. AV AMAISEA [*Perusia apud Coſtanz.*]
Sexti Vesii Auli filii, seu Velii Amaesia.
FASTI SSNTINATI ACIA [*Ibid. apud Eugenioe*]
LARTHI VECSKINI AVLESA [*Florentia in Muſ. Medicæo*]
Larti Vescinio Aulesa.
FASTIA AFVNEITIS CVSNISA. [*Clusii apud Samuelioe*]
Fasti Funesii, seu Fastia Funesii Cusnitia nata.
HELI TVTNASA. [*Clusii ex Schedis Bonarotianis*]
Elii Tutnasia nati.
SERVIA VELCH. VTPAI LAVTNA [*Politiani in Muſ. Buccelli.*]
Servia Velcii Utpai Laurenia.

TANA

THANA SENTINEI APICESA [*Ibidem*]
Tana Sentinii Apicesia nati.
LARTHI PMAEI PEVLVIA [*Ibidem*]
Lartis Pompei Fulvia.
LARTH. CVELNE PAPA. [*In Sepulcr. Cuelniorum*]
Larti Cuelnio Papia nato.



TABULÆ
EUGUBINÆ

CUM NOTIS

JO: BAPTISTÆ PASSERII

PISAURENSIS NOB. EUGUBINI

Et Regiarum Academiarum Londinensis, Olomuciensis, Panormitanæ, & Italicarum Furfuratorum, Cortonensis, & Instituti Bononiensis

SOCII.



ESTE. PERSCLO. AVEIS. ASERIATER. ENET POEI. ANGLA. ASERIATO
EFSTESO. TREMNV. SERSE. ARSFERT. VR NACO. DERSVA
DEICO. MERSTO. PEICA. MERST. A. MER SOANSTIPLATV
EF. ASERIO. PARFA. DERSVA. CVRNACO. VEIF. MERSTAF
ANGLAF. ESONA. MEHE. TOTE. IIOVEIN DIANGLA
ASERIATO. EST. ERSE. NEIP. MVGATV. ANGLA. ANSERIATO
IVST. SVE. MVIETO. FVST. OTE. PISI. A
VERFALE. PVFE. ARSFERTVR. TREBEIT. O ANGLVTO
HONDOMV. PORSEI. NESIMEI. ASA. DEV VS. AVIEHCLEIR
EST. EINEANGLVTOSOMO. VAPEFEAVIEH DEVEIATODCOME
TVDER. EINE. TODCEIR. TVDERVS. SEI

TVDEROR. TOTCOR. VAPERSVS TOAVIECL SIRSLOME
SMVRSIME. TETTOME. MILETINAR. TE . CARSOME
VESTISIER. RANDEME. RVFRER. TETTO TOME. PADELLAR
HONDRA. ESTO. TVDERO. PORSEI. SVBR VA. SERITV. SVBRA. ESTO
TVDERO. PEICO. MERSTO. PEICA. MERS NV. SERSE
COMBIFIATV. ARSFERTVRO. NOMNE. C ERSTO. PEICA. MEERSTA
MERSTA. AVEIF. MERSTA. ANCLA. EESO EI. ESISCO. ESONEIR. SEVEIR
POPLER. ANFERENER. ET. OCRER. PIHA TREBLANIR. PORSI. OCRER
PEHANER. PACA. OSTENSENDI. EO. ISO. RISCO. TESONOCIR. SVRVR
VERISCO. VEHIEIR

PRE. VERIR. TESENOCIR. BVF. IOVINA. ARVIO. FETV. VATVO. FERINE. FETVPONI
FETV. TASES. PERSNIMV. PROSE. PRE. VERIR. TREBLANIR
POST. VERIR. TESENOCIR. SIF. ER. IIOVINA. PONI. FEITV. PERSAE. FETV. ARVIO. FETV
SVRVR. NARATV. PVSI. PRE. VE. DESTR EHABITV. PROSESETIR. FICLA
STRVSLA. ARSVEITV. APE. SOSIE. CONEGOS. FETV. FISOVI. SANSI
OCRIPER. FISIV. TOTAPER. IO SVBOCOFISOVISANSI. OCRIPER. FISIV
TOTAPER. IIOVINA. ERER. NOE. FISI. TOTE. IIOVINE. ERER. NOMNE
ERAR. NOMNE. ARSIE. TIOM SVBOCAV. SVBOCOFISOVI. SANSI. SVRONT
PONI. PESNIMV. MEFASPEFA. FA. FISOVINA. OCRIPER. FISIVTOTAPER. IIOVINA
ERER. NOMNEPER. ERAR. NONE. OCRER. FISIE. TOTAR. IOVINAR. DVPVRSVS
PETVRPVRSVS. FATOFITO. PER FONS. PACER. PASE. TVA. OCRE. FISI. TOTE. IIOVINE
ERER. NOMNE. ERAR. NOMNM. IOVINAM. FISOVIE. SANSIE. SALVOSERITV
OCRER. FISI. ER. TOTAR. IOV. SALVA. SERITV. FVTV. FONS. PACER. PASE
TVA. OCRE. FISI. TOTE. IIOVIOM. ESA. MEFA. SPEFA. FISOVINA. OCRIPER. FISIV
TOTAPER. IIOVINA. ERERNOV. FISOVIE. ERITE. TIOM. SVBOCAV. PESCLV
SEMV. VESTICATV. ATRIPVRSENO. SCALSETO. VESTISIAR. ERVS. CONECOS
PIRSTV. ENOMEFA. VESTISIES OMOLTV. COMATIR. PERSNIHIMV
CAPIR. PIRDITA. DVPLA. AIT

III.


SVRVRONT. PESNIMVMO. S . ERAFONT. VIA. PORA
BENVSO
FONDLIRE. ABROF. TRIF. FET POPLVPER. TOTAR. IIOVINAR. TOTAPER
IIOVINA. VATVO. FERINE. ESETIRMEFA. SPEFA. FICLA. ARSVEITV
SVRONT. NARATV. PVSE. ST. ENOM. ERVS. DIRSTV
RVBINE. PORCA. TRIF. ROFA . POPLVPER. TOTAR. IIOVINAR. TOTAPER
IOVINA. PERSAIA. FETV. ERIR. TREBLANIR. TASES. PERSNIMV
PROSESETIR. STRVSLA. FIC LV. RVSEME. VESTICATV. PRESTOTE. SERFIE
SERFER. MARTIER. POPVPL ADRIR. RVSEME. ESO. PERSNIHIMV. PRESTOTA
SERFIA. SERFER. MARTIER R. TOTAPER. IIOVINA. ERER. NOMNEPER
ERAR. NOMNEPER. PRESTC . ATERO. TOTE. TARSINATE. TRIFO. TARSINATE
TVRSCE. NAHARCE. IABVSC VSCER. NAHARCER. IABVSCER. NOMNER
NERVS. SITIR. ANSIHITIR. SERFIA. SERFER. MARTIER. FVTV. FONS
PACER. PASE. TVA. POPLE MNE. ERAR . NERVS. SIHITIR. ANSIHITIR. IOVIES
HOSTATIR. ANOSTATIR. PR OM. TOTAR. IIOVINAR. SALVA. SERITVV
TOTAM. IIOVINAM. PRESTC TOTAR. IIOVINAR. TOTAR. IIOVINAR.
NOME. NERF. ARSMO. VIR ER. PASE. T. VA. POPLE. TOTAR. IIOVINAR
TOTE. IIOVINE. ERER. NO . TIOM. ESIR. VESCLIR. ADRER. POPLVPER
TOTAR. IIOVINAR. TOTAP TA. SERFIA. SERFER. MARTIER. TIOM

TABULA IV.

O O O O

PISI. PANVPEIFRATREXS. FRATRVSATIERSIER. PVSTEREC. SVESO. FRATRECATE. PORTAIA. SEVACNE. FRATROM
ATIERSIO. DESENDVF. PIFI. REPER. FRATRECA. PARSEST. EROM. EHIATO. PONNE. IVENGAR. TVRSIANDVHERTEI
APPEI. ARFERTVR. ATIERSIR. POPLOM. ANDERSAFVST. SVE. NEIP. PORTVST. ISSOC. PVSEI. SVBRA. SCREHTO. EST
FRATRECIMOTAR. SINS. A. CCC

Apud Dempsterum pars adversa Tab. VII.



TABULA V.

ESTE: PERSKLVM: AVES: ANXERIATES: ENETV:
PERNAIES: PVSNAES: PREVERES: TREPLANES:
IVVE: KRAPVVI: TREBVF: FETV: ARVIAVSTENTV:
VATVVAFERINE: FEITV: HERIS: VINV: HERIPVNI:
VKRIPER: FISIV: TVTAPER: IKVVINA: FEITV: SEVVM:
KVTEF: PESNIMV: AREPESARVES:

PVSVERES: TREPLANES: TREFSIF: KVMIAF: FEITV.
TREBE: IVVIE: VKRIPER: FISIV: TVTAPER: IKVVINA:
SVPASVMTV: ARVIAVSTENTV: PVNIFETV:
KVTEF. PESNIMV: ARE[illegible]ARV[illegible]ES: (1)

VI:
PREVERES: TESENAKES: TREBVF: FETV: MARTE: KRAPV
FETV: VKRIPE: FISIV: TVTAPER: IKVVINA: ARVIV: VSTENTV:
VATVVA: FERINE: FETV: PVNIFETV: KVTEF: PESNIMV:
ARPES: ARVES:
PVSVERES: TESENAKES: TREF: SIF: FELIVF: FETV:
FISESABI: VKRIPER: FISIV: TVTAPER: IKVVINA:
PVNI: FETV: SVPA: SVMTV: ARVIV: VSTENTV: MEFA:
VESTIBA: VSTETV: FIIVVI: FETV: VKRIPER: FISIV: FETV:
KAPIR: PVRTITAF: SAKREF: ETRAF: PVRTITAF: ETRAF:
SAKREF: TVTAPER: IKVVINA: KVTEF: PESNI[illegible]MV: AREPES: ARVES:
PREVERES: VEHIIES: TREF: BVF: KALERVF: FETV: VVFIVNE:
KRAPVVI: VKRIPER: FISIV: TVTAPER: IKVVINA:
VATVVA: FERINE: FETV: HERI: VINV: HERI: PVNI:
ARVIV: VSTENTV: KVTEF: PESNIMV: AREPES: ARVES:
PVSVERES: VEHIIES: TREF: HAPINAF: FETV: TEFRE: IVVIE:
VKRIPER: FISIV: TVTAPER: IKVVINA: PVSTE: ASIANE: FETV: XEREF: FETV:
PELSANA: FETV: ARVIA: VSTENTV: PVNIFETV: TABEX: PESNIM
V: ARIPER: ARVIS: API: HABINA: PVRTIIVS: SVPVM: PESVNTRV:
FETV: ESMIK: VESTIBAM: PREVE: FIKTV: TEFRI: IVVI: FETV: VKRI
PERFISIV: TVTAPER: IKVVINA: TESTRVKV: PERI: KAPIRE: PERVM: FEIT
V: API: ERELPVRTIIVS: ENVK: SVPVM: PESVNTRVM: FEITV: STAF
LI: IVVESMIK: VESTIBA: AFIKTV: VKRIPER: FISIVTVTAPER: IKVVINP
A: FEITVNERTRVKV: PERI: KAPIRE: PERVM: FEITV: PVNI: FEITV:
API: SVRVF: PVRTITIVS: ENVK: HAPINARV: ERVS: TITV: XEREF:
KVMVLTV: XEREF: KVMATS: PESNIMV:

(1) Tribus in locis videntur deleta litera ad corrigendam scripturam.
Apud Dempsterum pars adversa Tab. IV.



TABULA VI.



VVKVKVM: IVVIV: PVNE: VVEF: FVRFATH: TREP: VITLVF: TVRVF:
MARTE: HVRIE: FETV: PVPLVPER: TVTAS: IVVINAS: TVTAPERIKVVINA:
VATVVA: FERINE: FETV: PVNI: FETV: ARVIA: VSTENTV: KVTEP: PESNIMV:
AREPES: ARVES: VVKVKVM: KVRETIES: TREF: VITLVP: TVRVP: HVNTEBE:
FI: FEITV: PVPLVPER: TVTAS: IIVVINAS: TVTAPER: IIVVINA: VATVVA:
FERINEFETVARVIA: VSTENTV: TENXITIM: ARVEITV: HERIS: VINV: HERIS:
PVNI: FEITV: KVTEF: PERSNIMV: ARIPES: ARVIS: INVKVKAR: PIHAX: PVST:
SVEPV: ESVMEK: ESVNV: ANTER: VAKAXEVABETVMISEAVIF: AXERIÅTV:
VERVFE: TREPLANV: KVVERTV: RESTEF: ESVNV: FEITV

PVNE: PVPLVM: AFERVM: HERIES: AVEF: ANXVRIATV: ETV: PERNAIA
F: PVSTNAIAF: PVNE: KVVVRTVS: KRENKATRVM: HATV: ENVMEK:
PIR: AHTIMEM: ENTENTV: PVNE: PIR: ENTELVS: AHTIMEM:
ENVMEK: STEPLATV· PARFAM: TESCAM: TEFE: TVTE: IKVVINE:
VAPEFEM: AVIEKLVFE: KVMPIFIATV: VEA: AVIEKLA: ESVNVME: ETV:
PRINVVATV: ETVTV: PERKAF: HABETVTV: PVNIBATE: PVNE: MENES:
AKERVNIAMEM: ENVMEK: ETVRSTAMV: TVTATARINATE: TRIFV:
TARINATE: TVRSCVM: NAHARKVM: NVMEM: IAPVXKVM: NVMEM:
SVEPIS: HABE: PVRTATVLV: PVE: MERS: EST: FEITV: VRV: PERE: MERS: EST:
PVNE: PRINVVATVS: STAHEREN: TERMNESKV: ENVMEK: ARMANV:
KATERAMV: IKVVINV: ENVMEK: APRETV: TVRES: ET: PVRE: PVNI: AMPREFV
VS: PERSNIMV: ENVMEK: ETATV: IKVVINVS: TRIIVPER: AMPREHTV:
TRIIVPER: PESNIMV: TRIIVPER: ETATV: IKVVINVS: ENVMEK:
PRINVATVS: BIMV: ETVTV: ERAHVNT: VEA: BIMV: ETVTV: PRINVVATVS

FVNTLERE: TRIF: APRVF: RVFRV: VTE: PEIV: FEITV: BERFE: MARTI:
VATVVV: FERIME: FETV: ARVIV: VSTENTV: PVNI: FEIV:
TABEX: PESNIMV: AREPE: ARVES:

RVPINIE: ETRE: PVRCA: RVFRA: VTE: PEIA: FETV: PRESTATE:
BERFIE: BERFE: MARTIES: PERAIA: FEITV: ARVIV: VSTENTV:
KAPI: SAKRA: AITV: VESKLV: VETV: ATRV: ALFV: PVNI: FETV:
TABEX: PESNIMV: AREPER: ARVES:

TRA: SATE: TREF: VITLAP: PEITV: TVSE: BERPIE: BERPE: MARTIES:
PERAIA: FEITV: ARVIV: VSTETV: PVNI: FETV: TABEX: PESNIMV:
AREPER: ARVES: PVNE: PVRTINBVS: KARETV: PVFE: APRVF:
FAKVRENT: PVXE: ERVS: TERA: APE: ERVS: TERVST: PVSTRV:
KVPIFIATV: RVPINAME: ERVS: TERA: ENE: TRA: SAHATA: KVPIFIAIA
ERVS: TERA: ENV: RVPINAME: PVSTRV: XVVERTV: ANT: AKRE:
KVMATE: PESNIMV: ENV: KAPI: SAKRA: AITV: VESKLV: VETV:
ENV: SATAME: KVVERTV: ANTAKRE: KVMATE: PESNIMV: ENV: ESVNV:
PVRTITV: FVST:

PVSTERTIV: PANE: PVPLV: ATERAFVST: IVEKA: PERAKRE: TVSEIV:
SVPER: KVMNE: ARFERTVR: PRINVVATV: TVF: TVSE: TVTV:
HVTRA: FVRVSEHMENIAR: HATVTV: EAFIVEKA:
TRE: AKERVNIE: FETV: TVSEIVVIE: ARVIV: VSTETV:
PVNI: FETV: PERAIAFETV: TABEXPESNIMV: AREPE: ARVES:
KVESTRE: TIE: VSAIE: SVESVVVVBISTITISTETEIES:

Apud Dempsterum Tab: IV.

[redacted]

TABULA VII.

PVNE: KARNE: SPETVRIE: ATIIERIE: AVIEKATE: NARAKLVM:
VVRTVS: ESTVESVNV: FETV: FRATRVSPER: ATIIERIE: EV: ESVM:
ESV: NARATV: PERE: KARNE: SPETVRIE: ATIIERIE: AVIEKATE:
AIV: VRTV: FEPVRE: FETV: PVXENEIPERETV: VESTIBESABB:
SAKRE: IVVEPATRE: BVMPERAKNE: SPETVRE: PERAKNE: RESTATV:
IVVIE: VNVERIETVSAKRE: PELSANV: PETV: ARVIV: VSTENTV:
PVNI: FETV: TABEX: PESNIMV: AREPE: ARVES: PVNEPVRTIIVS:
VNV: SVRVPESVTRV: PETV: TIKAMNE: IVVIE: KAPIRE:
PERV: PREVEFETV: APE: PVRTIIVSVRV: ERVS: TETV: ENV: KVMA
LTV: KVMATE: PESNIMV: AHTV: IVVIP: VVEPERAK: NEM:
PERAEMFETV: ARVIV: VSTENTVPVNI: FETV: AHTVMARTI: ABRVNV:
PERAKNE: FETV: ARVINVSTETV: FASIV: PRVSEBETE: ARVEITV:
PERAE: FETV: PVNIFETV: TRA: EKVI: NE: FETV:
ABETVS: PERAKNE: FETV:

HVNTIA: KATLE: TIBEL: STAKAX: EST: SVME: VSTITE:
ANTER: MENXARV: BERSIARV: HERIIEI: FABIV: ARFERTVR: AVIS:
ANXERIATES: MENXNE: KVRBLASIV: FABIA: TIBIT: HVNTIA: FERTV:
KATLV: ARVIA: STRVHBLA: PIKLA: PVNE: VINV: MALV: MALETV:
MANTRAHKLV: VESCLA: SNATA: ASNATA: VMEN: FERTV: PIR: ASB:
ANTENTV: ESVNV: PVNI: FEITV: HVNTE: IVVIE: AMPENTV: KATLV:
SAKRE: SEVAKNE: PETRVNIAPER: NATINE: FRATRV: ATIIERIV: ESVNV:
PERAE: FVTV: KATLES: SVPA: HAHTV: SVFAFIAF: SVPAP: HAHTV:
BERVS: APLENIES: PRVSEBIA: KARTV: KREMATRA: APLENIA: SVTENT
V: PERV: MERITV: ARVIA: PVNI: PVRTVVITV: VESTIKATV: AHTREPVRA
TV: PVSTIN: ANBIF: VINV: NVVIS: AHTREPVRATV: TIV: PVNI: TIV: VINV:
TEITV: BERVA: FREHTEF: FERTV: PVRE: NVVIME: FEREST: KREMATRVF:
SVMEL: FERTV: VESTIBIA: PERVME: PERSNIHMV: KATLES: TVVA: TEFRA:
TERTI: ERVS: PRVSEKATV: ISVNT: KREMATRV: PRVSEKTV: STRVHBLA:
FIKLA: ARVEITV: KATLV: PVRTVVITV: AMPERIA: PERSNIHMV: ASEBETA:
KARNE: PERSNIHMV: EENPERSVNTRA: PERSNIHMV: SVPA: SPANTEA:
PERTENTV: VESKLES: VVFETES: PERSNIHMV: VESTIKATV: AHTREPVRATV:
ARPELTV: STATITATV: SVPA: PVSTRA: PERSTV: IEPRV: ERVS: MANI: KVVERTV:
SIINAMAR: ETV: TVVE: REKAPIRVS: PVNE: FERTV: BERVA: KLAVLAF: A
ANFEHTAF: VESKLV: SNATVASNATV: VMEN: FERTV: KAPIRE: HVNTE:
IVVIE: VESTIKATV: PETRVNIAPERT: NATINE: FRATRV: ATIIERIV: BERVS:
SEVAKNIS: PERSNIHMV: PERT: SPINIA: ISVNT: KLAVLES: PERSNIHMV:
VESKLES: SNATE: ASNATES: SEVAKNIS: SPINIAMA: PERSNIHMV: VESTIKATV:
AHTREPVRATV: SPINA: VNTV: VMNE: SEVAKNI: PERSNIHMV: MANF: EASA:
VVTV: ASAMA: KVVERTV: ASAKV: VINV: SEVAKNI: TABEX: PERSNIHMV:
ESVF: PVSME: HERTER: ERVS: KVVEITV: TERTV: VINV: PVNE: TERTV:
STRVHBLAS: FIKLAS: SVFAFIAS: KVMALTV: KAPIRE: PVNES: VEPVRATV:
ANTAKRES: KVMATES: PERSMHNIV: AMPARIHMV: STATITA: SVBAHTV: ESVNV:
PVRTITV: FVTV: KATEL: ASAKV: PELSANS: FVTV:

KVESTRETIEVSABESVESVVVEBISTITETEIES

Apud Dempsterum Tab. V.



TABULA VIII.

SEME: NIES: TEKVBIES: SIM: KAPRVM: VPETV: TEKVIAS:
FAMERIAS: PVMPERIAS XII: ATIIERIATE: ETRE: ATIIERIATE:
KLAVERNIIE: ETRE: KLAVERNIIE: KVREIATE: ETRE: KVREIATE:
SATANES: ETRESATANE: PEIERIATE: ETREP: EIERIATE: TALENATE:
ET: RETALENATE: MVSEIATE: ETREMVSEIATE: IVIESKANE:
ETREIVIESKANES: KASELATE: ETREKASELATE: TERTIEKASELATE:
PERAXNANIE: TEITVARMVNE: IVVE: PATRE: FETV: SI: PEBA
KNE: SEVAKNE: VPETVVE: VEIETV: SEVAKNE: NARATV: ARVIV:
VSTETV: EVNARATV: PVXE: FABE FETE: SEVAKNE: HERI: PVNI:
HERIVINVFETV: VAPVTV: SABI: AMPETV: KAPRV: PERA: KNE: SEVA
KNE: VPETV: EVEIETV: NARATV: BIVE: AMPETV: FESNERE: PVRTV
ETV: IFE: FERTV: TAFLE: EPIRPER: TV: KAPRES: PRVSEBETV:
IFE: ARVEITV: PERSVTRV: KAPVTIS: MEFA: VISTIBA: FETAFERTV:
SVISEVE: FERTV: PVNE: ETRE: SVI: SE: VE: VINVFERTV: TERTIE:
SVISEVE: VTVRFERTV: PISTVNIRVFERTV: VEPESVTRA: FERTV:
MANTRAKLV: FERTV: PVNE: FERTV: PVNE: FESNAFE: BENVS:
KABRVPVRTV: VETV: VAPVTV: SABI: IVVE: PATRE: PREPESNIMV:
VEPESVTRA: PESNIMV: VESKLES: PESNIMV: ATRE: PVRATV:
ARPELTV: STATITATV: VESKLV: PVSTRV: PESTV: RANV:
PESNI: MV: PVNI: PESNIMV: VINV: PESNIMV: VNEPESNI
MV: ENVERVSTETV: VITLV: VVPRV: PVNEHERIES:
PABV: ERVHV: TIBLV: SESTV: IVVEPATRE: PVNE: SESTE:
VRFETA: MANVVE: HABETV: ESTV: IVKV: HABETV:
IVPATER: SABE: TEFE: ESTVVITLV: VVPRV: SESTV:
PVRTIFELE: TRI: IVPERTEITV: TRIIVPER: VVFRV: NARATV
FEIV: IVVEPATRE: VVBIIAPER: NATINE: FRATRV: ATIIERIV:
PVNE: ANPENES: KRIKATRV: TESTRE: EVXE: HABETV: APEAPEL
VS: MEFE: ATENTV: APEPVRTVVIES: TESTRE: EVXE: HABETV:
KRIKATRV: ARVIV: VSTETV: PVNIFETV:

Apud Dempsterum pars adversa Tab. V.

TABULA IX.

ESVK: FRATER ATIIERIVR:
EITIPES: PLENASIER: VRNASIER: VHTRETIE
T. T. KASTRVRIIE: ARFERTVR: PISI: PVLPE:
PVST: EIKVASESE: ATIIERIER: ERE: DI: ESUNE:
KVRAIA: PREHABIA: PIRE: VRAKV: DI: ESVNA:
SI: HERTE: ET PVRE: ESVNE: SIS: SAKREV:
PERAKNEV: VPETV: DEVESTV: PVRE: TERTE:
ERV: ELANTVR: HERTE: ET: PIHAKLV: PVNE:
TRIBRIBV: FVIEST: AKRVTV: REVESTV:
ELANTV: HERTE: ARFERTVR: PISI: PVLPE:
FVST: EREK: ESVNESKV: VEPVRVS: FELSVA:
ARPVTRATI: FRATRV: ATIIERIV: PREHVBIA:
ET: NVRPENER: PREVER: PVSTI: KASTRVVVF:
FRATER: ATIIERIVR: ESV: EITIPES: PLENASIER:
VRNASIER: VHTRETIE: K. T. KLVVIIER: KVLNAH
KLE: ATIIERIE: VKRE: EIKVASESE: ATIIERIER :
APE: APELVST: LVNEKLV: HABIA: NVLER:
PREVER: PVSTI: KASTRVVVF: ET: APE: PVRTITV:
FVST: LVNEKLV: HABIA: NVLER: TVPLER:
PVSTI: KASTRVVV: ET: APE: SVBRA: SPAFV: FVST:
LVNEKLV: HABIA: NVLER: TRIPLER: PVSTI:
KASTRVVV: ET APE: FRATER: BERSNATVR: FVRENT:
EHVELKLV: FEIA: FRATREKS: VTE: KVESTVR:
SVE: REHTE: TVRATV: SI: SVE: LESTRV: KARV:
FRATRV: ATIIERIV: PVRE: VLV: RENVRENT:
PRVSIKVRENT: REHTE: KVRATV: ERV: EREK:
PRVFE: SI: SVE: LESTRV: KARV: FRATRV: ATIIER
IV: PVRE: VLV: BENVRENT: PRVSIKVRENT:
KVRATV: REHTE: NEIP: ERV: ENVK: FRATRV:

Apud Dempsterum Tab. III.

TABULA X.

1 EHVELKLV: FEIA: FRATREKS:
2 VTE: KVESTVR: PANTA: LVTA:
3 ARFERTVRE: SI: PANTA: LVTA: FRATRV:
4 ATIIERIV: LESTRV: KARV: PVRE: VLV:
5 BENV.RENT: ARFERTVRE: ERV: PEPVRKVRE
6 NT: HERIPI: ETANTV: LVTV: ARFERTVRE:
7 SI:

8 CLAVERNIVR. DIRSAS. HERTI. FRATRVS. ATIIERSIR. POSTI. ACNV
9 FARER. OPETER. P. IIII. AGRE. TLATIE. PIQVIER. MARTIER. ET. SESNA
10 HOMONVS. DVIR. PVRI. FAR. EISCVRENT. OTE. A. VI. CLAVERNI
11 DIRSANS. ERTI. FRATI▮R. ATIERSIVR. SEHMENIER. DEQVRIER
12 PELMNER. SORSER. POSTI. ACNV. VEF. X. CABRINER. VEF. V. PRETA
13 TOCO. POSTRA. PAHE. ET SESNA. OTE. A. VI. CASILOS. DIRSA. ERTI. FRATRVS
14 ATIERSIR. POSTI. ACNV. FARER. OPETER. P. VI. AGRE. CASILER. PIQVIER.
15 MARTIER. ET SESNA. HOMONVS. DVIR. PVRI. FAR. EISCVRENT. OTE. A. VI
16 CASILAT. E. DIRSANS. ERTI. FRATEER. ATIERSIVR. SEHMENIER. DEQVRIER
17 PELMNER. SORSER. POSTI. ACNV. VEP. XV. CABRINER. VEF. V▮S. ET
18 SESNA. OTE. A. VI.

Pars aversa Tab. IX. præcedentis; apud Dempsterum pars aversa Tab. III.
Duobus in locis videtur deleta litera ad corrigendam scripturam.

TABULA XI.

ESVNV: FVIA: HERTER: SVME:
VSTITE: SESTENTASIARV:
VRNASIARV: HVNTAK: VVKE: PRVMV: PEHATV:
INVK: VHTVRV: VRTESVVNTIS
FRATER: VSTENTVTA: PVRE:
FRATRV: MERSVS: FVST:
KVMNAKLE: INVK: VHTVR: VAPERE:
KVMNAKLE: SISTV: SAKRE: VVEM: VHTVR:
TEITV: PVNTES: TERKANTVR: INVMEK: SAKRE:
VVEM: VRTAS: PVNTES: FRATRVM: VPETVTA:
INVMEK: VIA: MERSVVA: ARVAMEN: ETVTA:
ERAK: PIR: PERSKLV: VRETV: SAKRE: VVEM
KLETRA: FERTVTA: AITVTA: ARVEN: KLETRAM
AMPARITV: ERVK: ESVNV: FVTV: KLETRE TVPLAK:
PRVMVM: ANTENTV: INVK: BIHBERA: ENTENTV:
INVK: KAXI: FERIME: ANTENTV: ISVNT: FEREHTRV:
ANTENTV: ISVNT: SV: FERAKLV: ANTENTV: SEPLES:
AHESNES: TRIS: KAXI: ASTINTV: FEREHTRV: ETRES: TRIS:
AHESNES: ASTINTV: SVFERAKLV: TVVES: AHESNES:
ANSTINTV: INENEK: VVKVMEN: ESVNVMEN: ETV: AP
VVKV: KVKEHES: IEPI: PERSKLVMAR: KAPITV: VVKE: PIR
ASE: ANTENTV: SAKRE: SEVAKNE: VPETV: IVVEPATRE:
PRVMV: AMPENTV: TESTRV: SESEASA: FRATRVSPER:
ATIIERIES: AHTISPER: EIKVASATIS: TVTAPER: IIVVINA:
TREFIPER: IIVVINA: TIBLV: SEVAKNI: TEITV:
INVMEK: VVEM: SEVAKNI: VPETV: PVEMVNE:
PVPRIKE: APENTV: TIBLV: SEVAKNI: NARATV
IVKA: MERSVVA: VVIKVM: HABETV: FRATRVSPE
ATIIERIE: AHTISPER: EIKVASATIS: TVTAPER
IIVVINA: TREFIPER: IIVVINA: SAKRE
VATRA: FERINE: FEITV: ERVKV: ARVVIA: FEITV: VVEM
PERAEM: PELSANV: FEITV: ERERFK: TVA: TEFRA
SPANTIMAR: PRVSEKATV: EREK: PERVME: PVRTVVITV:
STRVBLA: ARVEITV: INVMEK: ETRAMA: SPANTI: TVVATEFRA:
PRVSEKATV: EREK: EREBLVMA: PVEMVNE: PVPRIKE:

Apud Dempsterum Tab. II.



T A B. XII.

PVRTVVITV: ERARVNT: STRVHBLAS: ESKAMITV: AVEITV
INVMEK: TERTIAMA: SPANTI: TRIIATEFRA: PRVSEKATV:
EREK: SVPRV: SESE: EREBLVMA: VESVNE: PVEMVNES:
PVBRIBES: PVRTVVITV: STRVHBLA: PETENATA: ISEK:
ARVEITV: ERERERVNT: KAPIRVS: PVEMVNE:
VESVNE: PVRTVVITV: ASAMAR: EREBLAMAR:
ASEBETES: KARNVS: ISEBELES: ET VEMPESVNTRES:
SVPES: SANES: PERTENTV: PERSNIMV: ARPELTV:
STATITATV: VESKLES: SNATES: ASNATES: SEVAKNE:
EREBLVMA: PERSNIMV: PVEMVNE: PVPRIKE: VESVNE:
PVEMVNES: PVBRIKES: KLAVLES: PERSNIHMV:
PVEMVNE: PVBRIKES: ET: VESVNE: PVEMVNES:
PVBRIKES: PVSTIN: EREBLV: INVK: EREBLV: VMTV:
PVTRESPE: ERVS: INVK: VESTIBIA: MEFA: PVRTVPITE:
SKALBETA: KVNIKAX: APEHTRE: ESVF: TESTRV: SESE
ASA: ASAMA: PVRTVVITV: SEVAKNE: SVKATV:
INVMEK: VESVEBA: PERSVNTRV: SVPV: EREBLE: HVLE:
SEVAKNE: SKALBETA: KVNIKAX: PVRTVVITV: INVNTEK:
VESTIBIA: PERSVNTRV: TVRSE: SVPER: EREBLE: SEVAKNE:
SKALBETA: KVNIKAX: PVRTVVITV: INVMEK: TEHTERIM:
ETV: VELTV: EREK: PERSVNTRE: ANTENTV: INVMEK:
ARBLATAF: VASVS: VPESTNE: SEVAKNEF: PVRTVVITV:
INVMK: PRVXVRE: KEBV: SEVAKNE: PERSNIHMV:
PVEMVNE: PVBRIBE. INVMEK. KLETRA: VESKLES.
VVFETES: SEVAKNIS: PERSIHMV: VESVNE:
PVEMVNES: PVPRBES: INVMEK: SVEPIS: HERI:
EXARIAF: ANTENTV: INVMEK: ERVS: TABEX:
TERTV: INVMEK: KVMALTV: ARKANI:
KANETV: KVMATES: PERSNIHMV: ESVKV:
ESVNV: VPETV: TAPISTENV: HABETV: PVNE:
FREHTV: HABETV: AP: ITEK: FAKVST: PVRTITV:
PVTV. HVNTAK: PIRI: PRVPEHAST: EREK:
VRES: PVNES. NEIRHABAS:

O

Apud Dempsterum Tab. I.

TABULARUM
EUGUBINARUM
HISTORIA, & ARGUMENTUM.

AGer Eugubinus amplitudine, ac fertilitate conspicuus Perusinorum finibus ex parte Australi definitur, Nucerinorum ab Oriente, Tifernatium ab Occidente, & Forosempronienfium ab Aquilone ; nam qui modo extra sunt Pirgenses atque Callienses vel nulli erant, vel Eugubinorum nomine censebantur. Bifariam dividitur ab Apenninorum jugo, qua flectitur ad meridiem in amplissimam planiciem, aquarum venis irriguam, protenditur, in cujus margine, & sub extremo Apennini clivo Civitas sita est, quam deinde genuino nomine *Iguvium* appellabimus. Pars vero borealis montana est, sed tamen frugifera, frequentibusque valliculis intersecta, uberrimisque pascuis, ac fontibus refertissima. Hunc montium tractum potissime nobilitat via, a primis temporibus constituta ad utramque Italiæ partem adeundam, & utriusque maris superi, & inferi commercium frequentandum. Dirupta undique montium cacumina, atque ima vallium aggeribus elevata, substructionesque operosissime labilibus in locis constitutæ, quæ deinde Flaminio Consule ad exemplar majestatis Romanæ amplificatæ sunt, manifestissime ostendunt primævos Italiæ colonos maximi fecisse tramitem hunc, qui unicus est in ea parte ad montium asperitatem superandam. Hujus viæ opportunitas ea juga habitatoribus frequentavit, unde & pagi, & vici plures emerserunt, quos inter *Schigia*, quam vocem Cl. Muratorius a græco Σχίζω deducit, quod significat *scindere*. Antiquum ne nomen sit, an potius a barbaris derivatum, quibus *Scheit* idem importat, indecisum relinquo.

Hic primùm consedisse puto, sedemque constituisse colonos illos, qui ex Oriente profecti, atque in Italiam per mare superum appulsi, commodum iter nacti, qua nunc via Flaminia est ad altiora, & tutiora loca assequenda, hanc primam sedem firmissimam & pastorali vitæ opportunam velnti sibi occurrentem opperierunt; neque unquam putarim ad loca aperta descendisse, nisi cùm aucto populo vim sibi inesse sensissent ad injuriam repellendam. Maximum deinde negocium mihi facessit ad hanc suspicionem confirmandam habuisse Iguvinos in ea montium parte sacrarium omnium augustissimum, quanquam prærupto in loco, ac maxime incommodo, & septem millibus

 passi-

TABULARUM
EUGUBINARUM
HISTORIA, & ARGUMENTUM.

Ager Eugubinus amplitudine, ac fertilitate conspicuus Perusinorum finibus ex parte Australi definitur, Nucerinorum ab Oriente, Tifernatium ab Occidente, & Forosempronienfium ab Aquilone ; nam qui modo extra sunt Pirgenses atque Callienses vel nulli erant, vel Eugubinorum nomine censebantur. Bifariam dividitur ab Apenninorum jugo, qua flectitur ad meridiem in amplissimam planiciem, aquarum venis irriguam, protenditur, in cujus margine, & sub extremo Apennini clivo Civitas sita est, quam deinde genuino nomine *Iguvium*, appellabimus. Pars vero borealis montana est, sed tamen frugifera, frequentibusque valliculis intersecta, uberrimisque pascuis, ac fontibus refertissima. Hunc montium tractum potissime nobilitat via, a primis temporibus constituta ad utramque Italiæ partem adeundam, & utriusque maris superi, & inferi commercium frequentandum. Dirupta undique montium cacumina, atque ima vallium aggeribus elevata, substructionesque operosissime labilibus in locis constitutæ, quæ deinde Flaminio Consule ad exemplar majestatis Romanæ amplificatæ sunt, manifestissime ostendunt primævos Italiæ colonos maximi fecisse tramitem hunc, qui unicus est in ea parte ad montium asperitatem superandam. Hujus viæ opportunitas ea juga habitatoribus frequentavit, unde & pagi, & vici plures emerserunt, quos inter *Schigia*, quam vocem Cl. Muratorius a græco Σχίζω deducit, quod significat *scindere*. Antiquum ne nomen sit, an potius a barbaris derivatum, quibus *Scheit* idem importat; indecisum relinquo.

Hic primùm consedisse puto, sedemque constituisse colonos illos, qui ex Oriente profecti, atque in Italiam per mare superum appulsi, commodum iter nacti, qua nunc via Flaminia est ad altiora, & tutiora loca assequenda, hanc primam sedem firmissimam & pastorali vitæ opportunam veluti sibi occurrentem opperierunt ; neque unquam putarim ad loca aperta descendisse, nisi cùm aucto populo vim sibi inesse sensissent ad injuriam repellendam. Maximum deinde negocium mihi facessit ad hanc suspicionem confirmandam habuisse Iguvinos in ea montium parte sacrarium omnium augustissimum, quanquam prærupto in loco, ac maxime incommodo, & septem millibus

passibus a civitate dissitum, cum undique late pateret campus ad Sacra Populi constituenda. Hunc vero locum religioni non aliter servatum fuisse puto a Populo, dum meliore fortuna uteretur, quamquod a primis Populi ductoribus selectus esset, ubi primas sedes constituissent, atque auguria captassent prosperioris fortunæ; quæ cùm e voto successisset, locus ille veluti Deo plenus in maximo honore semper habitus est, donec error mentes hominum occupavit; neque alibi Comitia Populi habita sunt, quàm in ea religionis sede, ut suo loco demonstrabimus.

Templum ibi non aliud ab initio constitutum fuisse reor præter *Eximiam Quercum* Jovi consecratam, Fanum pariter, atque Numen. Nempe religio, seu melius levitas antiquissimorum populorum eo processit, ut ubicumque procerrima arbor occurrisset, Deum illi inesse, atque ibi habitare crederent. Plin. lib. XII. cap. I. *Hæc fuère numinum templa, priscoque ritu simplicia rura; etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant*. Hæc fuit religio Græcorum, ut non uno in loco recenset Pausanias, & præsertim in *Arcadicis*, hæc Celtarum, ut refert Maximus Tyrius Ser. 38. *Simulacrum Jovis est apud Celtas quercus alta:* quam vanitatem merito reprobat Arnobius lib. I. & alibi, illasque exscisas IV. Sæculo, ac sequente ab Ecclesiæ Patribus sæpe memorat immortalis Baronius. Mansit arboribus religio etiam sæculis opulentioribus, sed prope truncos extructa sunt Templa, in quibus splendidius sacra celebrarentur, ac luculentiore apparatu pro temporum dignitate. Ita pariter eo in loco Templum eximium viæ Flaminiæ imminens, & toto orbi notissimum ab Iguvinis extructum fuit. Id vero splendidissimum fuisse oportet, quod duplici argumento facile comprobatur præter ruinas adhuc superstites prope *Schigiam*, unde marmora speciosissima, & maculis insignia eruta fuisse scio, & aliquando vidisse memini. Primum argumentum eruitur a testimonio Claudiani, qui in *Panegyrico* pro VI. Honorii Consulatu, iter describens Imperatoris ab Urbe Ravenna Romam usque, quasi per saltus pauca, sed celebriora viæ Flaminiæ loca commemorat, *Fanum Fortunæ*, *Saxa Pertusa*, *nostrum id Templum Jovis*, *Clitumni Fontes*, *Narniam*, *Tibrim*, *& Romam*.

Versu 500
Latior hinc Fano recipit Fortuna vetusto,
Despiciturque vagus prærupta valle Metaurus,
Qua Mons Arte patens vivo se perforat arcu,
Admittitque viam secta per viscera rupis.
Exuperans DELUBRA JOVIS, *Saxoque minantes*
Apenninigenis cultas pastoribus aras.
Quin & Clitumni sacras victoribus undas.

Alterum est, quod in *Tabulis Peutingerianis* locus ille notatus sit cum epygraphe IOVIS. PENNINVS.

Præ-

Præter loci celebritatem notanda est etiam ejusdem Templi perseverantia: nam VI. Honorii Consulatus recidit in annum Christi 404, cui etiam ætati referuntur *Tabulæ Peutingerianæ*. Sed minime dubito haud multo post a Sanctissimis Patriæ nostræ Episcopis exscisum fuisse, ingentesque lapides ad substruendam proximam viam Flaminiam fuisse divulsos, quorum adhuc Testimonia huc, & illuc dispersa, ac dilapsa conspiciuntur. Hic IOVEM sub titulo APENNINI cultum fuisse colligitur ex Claudiano; manifestissime vero evincitur ex Inscriptione in basi marmorea ineunte hoc sæculo ibi reperta, cui donarium aliquod infixum fuerat. Hæc diu stetit Eugubii in Bibliotheca Nobilis, & eruditi Viri Marcelli Franciarinii; a quo dono acceptam Clarissimus Scipio Maffejus Museo Veronensi commendavit, dolentibus tamen Civibus monumentum id emigrasse. En exemplar Inscriptionis:

IOVI
APENINO
T. VIVIVS . CAR
MOGENES
SVLPICIA . EVPHRO
SYNE . CONIVX
V. S. D. D

Sortes quoque in hoc potissimo Iguvinorum Sacrario, atque, ut opinor, antiquissimo servatas fuisse, & a credulis tentari solitas, minime dubito, quemadmodum in fere omnibus, ac frequentioribus Delubris, natura hominum futuri semper curiosa. Firmat meam hanc opinionem locus Trebel. Pol. in Claud. Cap. 10. *Quum in Apennino de se consuleret, responsum hujuscemodi accepit &c.* Sortes quoque *Apenninas* Romæ in Templo Solis translatas testatur Vopiscus in *Firmo* cap. 3. Mecum quoque in hac re sensit idem Cl. Maphejus in sua *Verona Illustrata*, ubi ad Tab. LXXIX. hanc Inscriptionem explicavit. Error ne amanuensium subsit iis in locis, an alterum etiam fuerit ab hoc nostro Templum *Jovis Apennini*, unde Sortes detractæ sint, libens prætermitto, cum ceteroquin, & potissime ex infra dicendis manifesta sit Iguvini Templi celebritas. Hujus religio omnino in causa fuit, ut constante Imperio via Flaminia præruptissimo in loco, & periculi pleno sumptu maximo, atque continuo servaretur, quasi injuria *Jovi* inferenda esset, si eo posthabito via divertenda foret, qua tutior & prona erat, & facilis per Civitatem Eugubii stationi aptissimam. Optimum verò consilium olim a superstitione impeditum, ætate nostra, & me potissime curante, iterum excitatum, sæculi, in quo vivimus desidia penitus exanimavit.

Hæc de hujusmodi Sacrario præmittenda erant ad rectam intelli-

gentiam *Tabularum Eugubinarum*, quæ ad illud pertinebant; namque non longe ab ejus maceriis inventæ sunt ab incola memorati loci *Schiezia*, dum terram everteret, quo in aliqua hostili direptione, ut assolet, abditæ fuerant, vel conclamato jam Idolorum cultu, cùm sententia de Templo evertendo lata esset, ab Æditus, vel Flamine pertinacius veræ pietati resistente contutatæ fuerant, ne in Christianorum manus destruendæ devenirent. Hæc post decem fere sæcula iterum innotuere anno 1456. eodem, quo ars typographica feliciter instituta est, atque in potestatem Populi Eugubini redactæ sunt, interveniente solemni emptionis Instrumento, cujus exemplar sumptum ex secretiore Civitatis Tabulario libenter subiicimus.

Ex Libro Reformationum Civitatis Eugubii ab anno 1453. ad 1457. pag. 132.

Eisdem [1] *anno, Indictione, & Pontificatu, die vero 25. Augusti. Actum Eugubii in sala superiori Palatii Residentiæ Magnificorum DD. Confalonerii, & Consulum dictæ Civitatis, præsentibus Ser Petro Ferodi, & Baptista Fulginea Lutii Testibus mihi Cancellario notis ad hæc habitis, vocatis, & rogatis.*

Paulus [2] *Gregorii de Sig.* [3] *habitator Eugubii per se, suos Heredes, & Successores, & vice, & nomine Presentina* [4] *Filia olim Francisci Vici Maggi, & D. Angela Uxoris d. Pauli, pro qua Presentina dictus Paulus de rato promisit &c. dedit, tradidit, vendidit, cessit, & concessit Magnificis DD. Confalonerio, & Consulibus dictæ Civitatis, & mihi Guerrerio Cancellario infrascripto recipientibus pro dicto Communi Tabulas* [5] *septem ebarneas variis literis scriptas, latinis videlicet, & Ægyptiis* [6] *ad habendum, tenendum, & possidendum &c. & quod dicto Communi deinceps placuerit faciendum &c. Et hoc fecit dictus Paulus nominibus ut supra, quia præfati magnifici DD. & Antonius Guidutii Sindicus, & Procurator dicti Communis substitutus a Francisco Nicolai, pro ut de dicta substitutione &c. dicitur apparere manu Ser Jacobi Matthæi de Urbino olim Cancellarii, cujus consensu, licentia, & voluntate præfatorum Magnificorum DD. vendidit, tradidit, cessit, & concessit, consignavit, assignavit, stabilivit, & firmavit dicto Paulo recipienti pro se, & vice, & nomine Presentina Gabellam* [7] *Montium, & pascuorum communis dictæ Civitatis Eugubinæ consentien. Vendi etiam ejus fructus, redditus, & proventus pro biennio proxime futuro, incoan. die prima mensis Januarii, proximi futuri anno 1457 &c. & hoc fecit dictus Antonius Sindicus antedictus pro pretio, & nomine pretii dictarum Tabularum, qui Antonius, & Paulus nominibus ut supra fecerunt hinc indefinitionem, quietationem, & pactum perpetuale de alterius non petendo unus alteri, & alter alteri &c. renunciantes &c. ad pœnam dupli &c. juraverant &c. promiserunt &c. obligaverunt &c.*

Ad clariorem hujus formulæ intellectum notas aliquas addendas putavimus.

Eis-

(1) *Eisdem anno*. Præcedunt enim Instrumenta anni 1456. Tempus hujus Instrumenti manifestius resultat ex fine illius. *Proximi anni futuri* 1457.

(2) *Paulus Gregorii*. Ex apostilla adjecta in margine manu ejusdem Notarii eruitur cognomen hujus venditoris. *Emptio certarum Tabularum facta pro communitate a Paulo Schano*.

(3) *De Sig*. Hæc syncopes ansam præbuit aliquibus criticis attribuendi originem harumce Tabularum Signinis, Senogaliensibus, aliisque Populis, quibus Siglæ aptari poterant: Sed infeliciter; nam centies repetitur in illis Iguvinorum nomen, pro quibus Sacra præscribuntur, & preces funduntur. Constantissima opinio est, quam a majoribus accepi, Tabulas prope *Schiziam* fuisse repertas, cujus loci nomen Notarius per breviarias notas exprimens *Sigiam* descripsit. Et revera ipsum e *Schizia*, seu *Sigia* fuisse oriundum colligitur ex concessione gabellæ pascuorum, quæ in montibus *Schiziæ* a Communitate Eugubii possidebantur.

(4) *Presentina*. Hinc eruitur Paulum Scanum non fuisse Tabularum repertorem, sed illas pertinuisse ad hæreditatem Francisci vici Maggi, eoque defuncto ad Presentinam, & Angelam ejus filias, & ipsas, ut opinor, oriundas ex *Schizia*; Quarum ultima cum Scano nupsisset, ipse & jure dotali, & nomine cognatæ dominium Tabularum transtulit in potestatem Populi Eugubini.

(5) *Tabulas septem ebarneas*. Hinc exploditur vana opinio duas ex hisce Tabulis Venetias fuisse transmissas; nam eodem numero, quo fuerunt acquisitæ, adhuc in secretiore Tabulario conservantur, quidquid dicat Conciolus noster in præfatione ad Statutum Eugubii, qui optimus Jurisconsultus, & in magnis tribunalibus fere semper extra patriam versatus, nec Tabulas vidit unquam, nec instrumentum, quod præmisimus, & vulgi famam sequutus, asseruit anno 1444 inventas esse prope mœnia Civitatis nulli idoneo auctori confisus. Puto tamen aliquas ex iis interiisse, aut adhuc latere, quem defectum suo loco notabimus. *Ebarneas* pro *æreas* nuncupavit Notarius noster, lapsu condonando; nam & Pomponius XII. legum Romanarum Tabulas ait fuisse *eboreas*, cum ex Livio, & Dionysio constet æri fuisse incisas.

(6) *Literis latinis & Ægyptiis*. Quis non condonabit errorem hunc Notario ejus temporis, cum ætate hac nostra vir alioqui doctissimus evulgato libello contendere præsumpserit, Inscriptiones Etruscas omnino esse Gothicas?

(7) *Gabellam Montium, & Pascuorum*. Maximi fænoris erat tunc temporis iste proventus; importabat enim veram locationem annuam omnium illorum Montium, qui circa *Schiziam* sunt, illis nondum ad culturam redactis. Ex quo colligitur quanti fecerint Eugubini hæc monumenta, licet obscurissima, & cum nulla adhuc suspicio suborta esset, illa ad res veterum Iguvinorum pertinere.

Tabu-

Tabulæ, quas describimus, constant ex ære fusili purissimo, ac deinde ad firmitatem malleato. Literæ satis profunde viriculo crassiore incisæ sunt, quarum aliquæ abrasæ apparent ad corrigendos lapsus incisoris. Quinque ex his charactere Etrusco scriptæ sunt, duo vero omnium majores latino procedente a sinistra in dexteram. Una vero ex quinque Etrusce inscriptis additamentum continet in fine latinis literis exharatum, ut manifeste apparet ex illius exemplari apud Dempsterum, & est in ordine tertia. Qua lingua scriptæ sint, disputarunt olim plerique Eruditi, quorum alii Etruscam, alii Umbram, alii Pelasgam appellarunt. At desunt nobis universa argumenta, quibus id nomen definiamus; quemadmodum in tanta Monumentorum ejusdem ætatis orbitate desunt nobis exemplaria, quibus sermonem hunc comparemus. Characteres Etrusci respondent quidem cæteris, quos in urnis in tota Etruria obviis observamus. De lingua vero nihil firmiter statuere possumus. Iguvium certe intra Etruriæ Urbes non censebatur, nec illius legibus erat addictus, ut propemodum solo sui Imperio obediret. Credibile tamen est ob propinquitatem cum Perusinis linguam Etruscam ibi obtinuisse. Nos vero linguam hanc tutissime *Iguvinam* appellabimus; cum certum sit Tabulas hasce ad res Iguvinorum pertinere. Quæ vero latinis literis scriptæ sunt omnium ampliores, diu post cæteras scriptas esse judico; nam dialectus longe diversa est, & ad latinam non nihil accedit. In hac adoptatur litera O. quæ in Tabulis etrusce scriptis semper profertur per V. Ita pariter litera F. quæ in superioribus desideratur; occurrit in his litera G. in *Gomia* & *Grabovie*, quæ litera anno Urbis CCCCXCIV. nondum nota erat, ut colligitur ex inscriptione columnæ Rostratæ C.Duilii, quæ ad hunc annum referenda est. Ordo etiam scripturæ antiquioris vergentis a dextera in sinistram inversus est a sinistra in dexteram processu commodiore, præpotente jam Romana Republica, quæ Italiam fere totam moribus suis conformavit. Quid ni? vidi apud Goltzium atque Parutam nummos plurimos magnæ Græciæ, & Siciliæ inverso ordine inscriptos a dextera in sinistram more Orientalium, & Antiquiorum Græcorum, ut constat ex Pausania, quos antiquiores dijudico: dein vero earundem urbium nummos more latino a sinistra in dexteram inscriptos, haud dubio indicio morem Romanum una eademque ætate per totam Italiam fuisse adoptatum, præsertim in Monumentis publicis, ac perpetuo mansuris, ubi jam omnia abire in Romanam potestatem cernerentur. Hanc vero scripturæ mutationem accidisse circa annum Urbis nostræ CCC. credendum est; nam ex hisce Tabulis latine scriptis multa eruuntur, ex quibus suspicemur eas conscriptas esse anno ejus Civitatis sæculari CCC. ibique expiationes, & sacrificia, & Deorum supplicationes contineri. Quin & illæ nil aliud continent quàm expositionem, atque paraphrasim alte-

rius

rius formulæ antiquioris, qua forte Iguvini usi fuerant in præcedentibus fæcularibus, ut suo loco declarabimus.

Scriptores, qui de iis sermonem fecerunt omnino discordant in illarum denominatione. Cl. Bonarotus in differt. ad Dempster. S. 46. continere putavit: *Communes in populis finitimis pactiones, vel circa fines, vel circa alia, quæ inter vicinos intercedere solent*. Alii putarunt continere fædera, quæ plerumque æreis Tabulis incidebantur, cujusmodi exemplum habemus in Machabeorum I. Gorius harum unam appellavit *Carmen Orthium* lamentabile; Bourguetius *Litanias Pelasgas*; Franciscus Montanus noster *Tabulas legum*, cum se frequenter vidisse profiteretur *æra Legum*, non *æra* pactum. Contra tamen insurgit Pausanias in *Arcadicis*, qui in Portitu Templi *Deæ Dominæ* inter sigilla Tabulam vidit: *In qua scripta sunt* initiorum cæremoniæ. Et revera cum in his Tabulis aliqua ex parte declaratis nihil aliud inveniatur, nisi sacrificiorum præscriptio, victimarum distributio, populi expiatio, fulminum procuratio, & alia hujuscemodi mihi omnino ad jura Pontificalia pertinere videntur. Occurrunt præterea in his plurima Deorum attributa partim nota, partim obscura, quemadmodum descripta fuisse in libris Pontificum, quæ Indigitamenta nuncupabantur, testatur Servius Georgic. l. 21. *Nomina hæc Numinum in Indigitamentis inveniuntur, idest in libris Pontificalibus. Qui & nomina Deorum, & rationem ipsorum nominum continent*. Alio quoque vocabulo *Axamenta* dicebantur ab *Axare*, id est, nominare, ut ait Festus; nam in illis, & præcipue quibus Salii utebantur, nomina Deorum expressa erant, adeo obscuris vocabulis, ut *vix Sacerdotibus suis satis intelligenda essent*, ut ait Quintil. l. 6. 11. Jure ergo mihi visum est Tabulas hasce nuncupari posse *Indigitamenta Pontificalia Veterum Iguvinorum*.

Demum quod spectat ad ordinem Tabularum non alium servandum censui, præter illum, quo usus sum anno 1740, cum prima mea in idem argumentum tentamina mihi proposui inter Epistolas Roncalienses, quæ in *Collectione Calogeriana* publicatæ sunt, licet alio ordine dispositæ fuerint in *Additionibus ad Dempsterum*. Primo enim loco excutiendas duxi Tabulas latinis literis exaratas, quarum lingua uti recentior, aliquantulum accedit ad latinam. Hoc veluti gradu perscrutandam duxi antiquiorem & difficiliorem, sequutus Justiniani Augusti consilium *a facilioribus esse inchoandum*. Pauca pro certis afferere non verebor, plura pro dubiis; plurima intentata prætermittam; omnia vero proponam veluti conamina ad rem Patriam illustrandam, cujus amor aliquando exilia etiam ingenia ad ea conducit, quæ exteris alioqui doctissimis denegantur. Zoilos fortasse multos, & Pseudo-Aristarchos inveniam, qui mihi succenseant: Sciant tamen, quicumque futuri sint, optimum censuræ genus esse, & humano generi utilissimum, mihique acceptissimum meliora producere. MO-

MONITUM.

CUM quinque ex nostris septem Tabulis ex duplici latere scriptæ sint, reliquæ vero duæ ex uno, ut omnes duodecim paginas constituant, placuit illas duodenario numero separare ad faciliorem textuum allegationem. Ita methodum secuti sumus, quam nobis præscripsimus in Roncaliensibus, in quibus indicem quoque verbalem huic ordini accomodavimus. Cum vero ipsæ Tabulæ adeundæ sint, quemadmodum extant apud Dempsterum, sequenti indiculo utendum erit.

Ordo noster.	Ordo apud Dempsterum.
Tab. I. ESTR. PRRSCLO. *Latina.*	Tab. VI. a tergo. *Id latus erat prætermittendum.*
Tab. II. PERVRRIR. TRSSRNOCIR. *Latina.*	Tab. VI. in fronte. *Id latus erat posponendum.*
Tab. III. SVRVRONT. PRSNIMVMO. *Latina.*	Tab. VII. in fronte.
Tab. IV. PISI. PANVPRI. *Latina.*	Tab. VII. a tergo.
Tab. V. RSTR. PERSCLVM. *Etrusca.*	Tab. IV. a tergo: *sed erat præferendum.*
Tab. VI. VVCVCVM. IVVIV. *Etrusca.*	Tab. IV. in fronte; *id latus erat posponendum.*
Tab. VII. PVNE. CARNE. *Etrusca*	Tab. V. in fronte.
Tab. VIII. SEME. NIRS. *Etrusca.*	Tab. V. a tergo.
Tab. IX. RSVC. FRATRR. *Etrusca.*	Tab. III. in fronte.
Tab. X. ET. VELCLV. *Etrusca.*	Tab. III. a tergo.
Tab. XI. RSVNV. FVIA. *Etrusca.*	Tab. II.
Tab. XII. PVETVVITV. ERARVNT. *Etrusca.*	Tab. I.

DE

DE DIIS,

ET SACRIFICIIS IGUVINORUM

SYNTAGMA.

CUM in his Tabulis aliqua ex parte explicandis sedulam operam impenderem, sæpe admirabar restrictissimum fuisse numerum Deorum, quos majores nostri coluissent; cum enim in hisce laminis æreis tam solemniter scriptis Ritualia universa Populi consignata fuisse credibile sit, nullum præter Jovem, & Martem Custodes, paucosque Deos silvestres nominatos invenio, quibus segetum curam, atque agrorum commissam fuisse reputabant. Errabant igitur, sed communi tunc errore, & præ ceteris innocentius. Nullæ hic Fabulæ Divinorum connubiorum, nullæque Deorum propagationes, quas veterum Poetarum somnia induxerunt sub obtentu primùm Allegoriæ, subinde vero imposturæ, ut Religio, quæ omnibus communis, veluti lex morum esse debebat, in arcanum degeneraret. Etruria Mari obiecta maxime patuit inventis peregrinis. At pars nostra montana priscam simplicitatem a fontibus nondum penitus corruptis mordicus conservavit. Juppiter apud nostros omnino celebs; nam nulla hic mentio fit, ut semper apud alios, Sororis, & Conjugis, & propterea infecundus, cum subditis quibusdam potestatibus suspicionem nobis ingerit Iguvinos agnovisse æternam quamdam mentem perfectissimam, nullius indigam, non tamen otiosam, sed creatarum rerum moderatricem, & subditarum potestatum dispositricem, quarum creationum originem ignorarent, sed a primo fonte productam Nomen ipsum Jovis, sive, ut ipsi pronunciabant IVVE, suspicionem hanc nostram confirmat; constans enim est eruditorum sententia nomen id Græcis ignotum processisse a nomine Dei ineffabile IEHOVA ex Oriente propagatum, cujus significatio importat antonomastice *existentem*, hoc est, existentem per semetipsum, quæ notio omnes penitus perfectiones includit, & fabulas universas eliminat.

Inter cætera vero attributa, quibus Iguvini nostri *Jovem* cumularunt, unum est in primis ignotum universis gentibus, sub quo sæpe in his Tabulis invocatur, est VNTSBE. synonimon nominis ineffabilis, quod identidem significat *existentem*, de quo Tab. VI. lin. 4. quæ omnia me movent, ut suspicer Religionem veterum Iguvinorum fuisse Ethnicorum omnium simplicissimam, immunemque a fabulis, quæ tam dire mentes hominum, & subinde mores depravarunt: ubi vero existentiam Dei æternam mente concipimus, ridiculum est effingere

Deos alios in tempore genitos fuisse sibi pares, & competitores, quibuscum pugnare, & pro pace cælesti regna partiri conveniret. Siquæ vero inferiores potestates deinde extiterunt, earum originem nullo modo comprehendere valet mens humana, quàm per viam creationis, ut in officiis essent, & supremæ menti subjectæ.

Inter has vero conceperunt *Iguvini* malignas etiam extitisse quasdam potestates, atque hominibus infestas, quarum originem ignorabant, sed tamen patiebantur supremi Dei administras, veluti ultrices malorum, quarum vim retundi posse credebant sacrificiis quibusdam expiatoriis, quæ si Deo summo directa fuissent, omnia recte tunc processissent: sed valde dubito aliqua ex iis sacris malignis potestatibus fuisse dedicata, præsertim sacrificium canis, quod Hecati numini Inferno adscriptum erat.

Hinc duo recte desumuntur, primùm errasse antiquos, dum crederent principium mali independens esse a principio boni, ut peculiaribus sacris illud conciliari oporteret. Quid in hoc autumaverint *Iguvini*, definire non valeo, & an sacrificium *Ambarvalle*, & *Perisehylachismus*, hoc est, sacrificium canis Deo dirigeretur, an Furis: quod vero certum est, *Iguvini*, qui Deum ultorem malorum reputabant, quo nomine sæpe audit in his Tabulis, illum profecto, & omnino bonorum operum retributorem esse crediderunt. Quod vero genus retributionis esse putarent animabus corpore functis, & propterea immortalibus, dissertatione peculiari *De Philosophia Etruscorum* suo loco exequemur. Excusare fortasse videbor plus æquo Gentem meam communi errore involutam; sed detur amori patrio hæc indulgentia, ut saltem credam minus cæteris aberrasse. Cæterum vix inducor, ut putem, sapientes viros, & quæ recte viverent ex antiquis, pluralitatem Deorum intra conscientiam suam admisisse ratione simul, atque natura penitus repugnante, & putidas fabulas recusante. Solus ille Fons Luminis perfectissimus, quid de illis ordinaverit, conscius est, nihilque nobis relictum, nisi salutis nostræ sollicitudo.

Quibus vero attributis *Iguvini* Jovis nomen invocarent juvat exponere, quòd non modo confert ad illorum antiquam linguam ex parte intelligendam, verùm etiam maxime conducit, ut assequamur, quid de Deo senserint, & quàm longe abierint a Fabulis aliarum Gentium, quæ Divinitatis imaginem turpissime extenuabant.

In primis, ut diximus, illum HUNTRBA nuncupabant, ex quo illum ex se ipso existentem agnoscebant.

IUPATER. sæpe in his Tabulis nuncupatur, quasi JA PATER, *Pater omnium Dominus, & Gubernator*. JA est Sycopes nominis ineffabilis.

ARSIR. hoc est, sylvestris, ne tanta pars terræ, quæ pecori simul, ac humano generi alimenta suppeditabat, sine numine, & tutela esset.

ACHR-

ACHERVNIAMEM. five *Acheruuium* dicebant a voce *Cerus*, nempe Creator.

AHTV. quod importat *feritorem*, five *altorem*.

HOSTATIR. & ANOSTATIR. a verbo *hostire*, quod idem prorsus importat. ANOSTATIR erat reduplicativum hostatoris, quasi superferitor, seu iterum feritor impiorum, quos prima plaga non coerceret.

ACERSONIVS. manat ex eodem fonte *Cerus*.

SERFE. valet *servator*, unde sæpe recurrit in his Ritualibus intercalare rhythmicum SERFIA SERFER. *Serva servator*.

KAPIAV. Nomen arcanum, quo Ethnici Deorum potissimos *Cabiros* vocabant, de quo videnda, quæ diximus suo loco.

KVRSDIER. quas *Curetius* a Curetis. Hæc vox apud Etruscos principatum notabat.

ESO. ESONA. ESVNVMEN. Derivant a voce Etrusca, quæ absolute *Deum* significat.

FISIV. Epithetum Jovis custodis fugitivorum, qui ad asylum confugientes tuti erant; nam plerumque fugitivorum concursu novæ Urbes succrescebant. Huc pertinet FIIVVI. nempe per syncopen *Fisius Jupiter*.

FOSSEI. a φῶς lumen, quasi *Lucetius*, vel auctor lucis.

FASV. & FASIV. a fando nuncupatur, quod usum loquelæ infantibus tribueret. Hæc officia Romani admodum ridicule in plures Deos diviserunt, quos exsibilat maximus Augustinus *de Civit. Dei*. Iguvini parciores erant in Deorum multiplicatione.

FERHTSV. Latini dixere *Feretrium* a feriendo.

ORASOVEI. & KRAPVVI. notat potentissimum.

NOMNS. idem est, ac Nomius, sive Pastor metaphorice quasi Rector. Dicam simplicius *Deus Pastorum*.

NERF. & NERVS. notat fortitudinem quasi *Deus fortis*.

OCRER. valet Montanus ab *Ocris* Mons. Id attributum consonat cum cognomine *Apenninus*.

OCRERFISY. Compositum ex duobus attributis *Ocry* & *Frisy*.

OSER. ab ὄρος Mons, idem est, ac Juppiter Mons, quemadmodum dicebatur etiam Juppiter lapis. Veteres enim non modo consecrabant simulacra, quibus deinde Numen inesse reputabant, sed etiam Montes, quos integros Numine plenos somniabant. Hinc mons *Argæus*, & *Cassius*, aliique pro Diis ex integro colebant, quemadmodum & lucos. Hinc sæpe suspicatus sum montem illum, in quo templum Jovis supra Urbem nostram situm erat, maximaque apud omnes veneratione colebatur pro Deo habitum fuisse, saltem ex ea parte, quæ finibus quibusdam distinguebatur, de quibus in Tabula decima. Audio præterea non uno ex loco rudera veterum ædificiorum circa templum Jovis defossa esse; unde in suspicionem veni præ-

 ter

ter Templum ſacella alia circumſtetiſſe, quemadmodum in monte Argæo.

OSE. ab Ὅγιος ſanctus.

PACERRAI. importat *pacificum*, ſive *pacis cuſtodem*.

PASE. a pauſa. Romani pacem Deam, & *Pauſum* ſibi compoſuerunt ex attributis. Pax erat actus pacificationis, ſed pauſa duratio pacis, & quietis.

PRESEI. Epitheton vaſtatoris, quod impios perderet.

PRAIAAPIAE. idem ac excellens *Cabirus*.

PRESTOTA. a præſtando, ſive tribuendo officium providentiæ, unde Dii *Præſtites*.

RESTATV. Expiator malefactorum, quos impietatis pœnituiſſet.

FRAACLV. & SVFERACLV a feriendo, & iterum feriendo.

SANSIE. idem quod *Sancus*, *Sangus*, & *Sanctus* voces Sabinis communes, quibus Herculem indigitabant, a ſanciendo, ut *Martiano* placet nuncupatum, hæc notio legis naturæ, & pactorum obſervantiæ inſtitutorem importat.

SITIA. & ANSINITIR a *Soter* ſervator, & cuſtos.

TRESEIT. quaſi *Tribulis*, quo nomine cum Latini appellarunt, quod in ſingulis tribubus coleretur, veluti concordiæ cuſtos inter contribules.

TEFRE. a *cinere*, quod in cinerem ope fulminis omnia converteret, Fulminator dictus eſt. Quandoque TEFA per ſyncopen, & TREFI per metatheſim ſcriptum legitur.

TVSE. quaſi *Tyſius* a Θύω ſacrifico, quaſi dicas *ſacratus*.

TIKAMNE. dator ſortunæ a *Tiche*.

VRAKV. quaſi Orcius juramenti cuſtos, & vindex.

VVFIVNE. attributum omnium obſcurum, niſi deducatur a Φόνος homicidium, ob dejectos Titanas. Omnium vero terribiliora ſunt epitheta, quæ Jovi tribuuntur in Tab. II. lin. 59. & ſeq. ut plurimum expetita a gravioribus aeris perturbationibus, quibus homines flagellantur; ut TREMITV a tremore incutiendo, vel terræmotu excitando.

HONDV. ab inundatione, ſive a pluvia.

OLTV. ab ulciſcendo.

TVRSITV. quaſi *Thurius* bellator, aut in bellum exiliens.

NIMCTV. a nive ſpargenda.

NEPITV. a nebula, ſive nubibus congregandis.

SONITV. quaſi tonans, quæ omnia epitheta ſparſim apud Græcos, & Latinos inveniuntur, apud neminem vero ſcriptorum, nullumve monumentum ita ſimul collecta, ut in noſtris hiſce Ritualibus, quorum quidem vocabulorum interpretationem indiculo noſtro præeunte ſuis in locis invenies. Martis epitheta parciora ſunt, ut ENNO pro Enyalius, FONER, ab homicidio, TVRSA, & inde compoſita, quaſi

Thu-

Thurius, &, ut legitur in patera Etrusca THVRAN, de quo attributo Jovi etiam concesso, paulo supra disseruimus. Hinc colligimus, Martis divinitatem multo Jovi inferiorem habitam fuisse; nam pleraque Martis attributa Juppiter sibi usurpabat, cui omnia penitus tribuebantur: unde non inaniter reputamus *Iguvinorum* Religionem, quantumvis falsam a politheismo maxime abhorruisse, cæterasque potestatea uni subditas, & ab Illo promanatas crediderunt.

A Diis transeamus ad sacrificia. Ex primæva institutione sanguinolenta fuerunt, ut quadam imagine corporis nostri animalium nobis proximiorum vita piacularis Deo funderetur. Tenuioris fortunæ homines messium primitias, & poma substituerunt, & liba. Dein thure, & vino expeditissime sacrificatum est. Victimæ ubique variæ, sed apud Italos vix aliquando volatilia jugulata; at ex quadrupedibus, *ovis*, *capra*, *porcus*, *& bos*. Tantum vero habitum discrimen sexus, ætatis, coloris, atque pasturæ, ut ex quatuor istis speciebus infinitæ propemodum differentiæ processerint, suis quæque nominibus distinctæ, ut nisi cognosceremus ad quatuor tantum capita victimas esse redigendas, infinitas fuisse crederemus. Silentium scriptorum, qui paucis nominibus exceptis cætera neglexerunt, has nobis tenebras induxit, cum præsertim Libri omnes, qui ad disciplinam Pontificalem pertinebant, circa quartum salutis nostræ Sæculum penitus interierint, nec aliud ultra habemus in hoc genere, quam Tabulas Eugubinas, quibus intelligendis nihil est, quod suppetias ferat.

In his igitur quatuor species enunciatæ animantum manifestissime præscribuntur.

De Ove.

OVEI. AVEIS. OVI. OTE. VVEF. VVFEF.
ANGLA. ANGLOME. ANGLAF. ANGLVTO.
ARVIO. ARVAMEN. HERIEI. pro ARIES.
HABINA. & APINA. Latinis *Ambegna*, *ovis inter duos agnos*.
APICA. PEIQVA. PEIQVO. PEIQ. *ovis ventre glabro*.
VATVO. Ovis pedibus introrsum conversis.

De Capra.

KAPRV. KAPRVM. RAPEES.

De Porco.

PORCO. SVE. SIF. SI. KAPRE. BERRVS *pro verre* ABRVNV. ABROF. *pro apro*; SVISEVA *pro sue ferociore*. VERISCO, sive *parvo verre*.

De Bove.

BVF. BVE. BVM. IVVENGAR. IVVEKAR. TORV. VITLV.

Differentiæ victimarum.

ANXERIATES. hoc est, intonsæ, quod præsertim circa oves, agnos, & agnas præscribebatur.

STAKAX. quod nempe esset de his, quæ domi, sive in cavea nutriuntur.

PERARRI, ex palantibus, quæ pascuntur in campis, & agris.

PIQVIER. Genus pascui pecori addictum, ut in montibus incultis; unde victimæ aliquot seligendæ erant, ne Diis rusticis cicures traderentur.

PVRTIFELE. Victima lactans.

MANTRACLV. Genus victimæ sumendæ a mandria.

MVGATV. & MVIETV. a mulgendo, quæ lactentes essent, & abacto fœtu adhuc mulgerentur.

GOMIA. & KVMIA. Victima opima, & bene nutrita.

FILIVE. FELIV &c. a fellando, victima lactens.

KALERSV a Γάλα lactans.

FERINE. nempe victimæ ferociores, & minime cicures, ut boves feri, hirci, porci &c.

Colores victimarum.

ROFRV. *Rufru.*

RVSEME. *Ruffus.*

ATRV. *Niger.*

Succedunt nomina victimarum, de quibus adhuc significationem expectamus.

APE.
APELVS.
APELVST.
INATES. ASNATES.
ASIANE.
CVRNACO.
DESVVA. & DERSVVA.
ERV. & EREC.
EREBLE.
ISEBELES.
NEIP.
PISI.
PVRTITA.
PELSANA. & PELSANS.
PESONDRO. & PESONDRISCO.
TIBLV.
VESTIBA.
XEREF.
VKAR.

De Cane.

Succedit sacrificium *Catuli*, quod a Græcis appellabatur *Perischilachismus*, ut suo loco demonstrabimus, ab Etruscis vero conciso nomine in faciliorem pronunciationem PERSCLO dicebatur. Hæc cæremonia, ni fallor, ad sacrificia non pertinebat, ideoque Catulus inter

ter victimas non est computandus, quidquid secus putaverint Romani, corruptis semper in deterius superstitionibus eo usque, ut Infernas Potestates victimis placandas esse censuerint. Nihil horum fecisse primævos Etruscos, præsertim Montanos crediderim, cùm nullum hujus impietatis vestigium in tota illorum antiquitate reperiam. Suspicor potius illorum *Persclum* nihil aliud importasse, quàm imprecationem malorum omnium, quæ Populo obventura erant in caput canis, qui dissecatus circumferebatur finibus agrorum, ne tempestatibus quaterentur, aut noxiis cæli perturbationibus læsi contingeret. Ritum hunc a Tuscis propagatum ait Columella *De cultu Hortorum* lib. X.

Et tempestatem Thuscis avertere sacris.
Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas
Sanguine lactentis Catuli placatur, & extis.

Cæterum de Catulo frequens mentio est in Tabula VII. ubi occurrit KATLE, KATLES, KATLV &c. Tuscos vero ex Oriente hanc observationem transtulisse puto; inde etenim argumenta non pauca desumuntur circa execrationem alicujus animalis, in cujus vitam populi peccata transferebantur, & dira omnia imprecari solebant.



DE

DE MAGISTRATIBUS

Et Sacerdotiis primitivæ Reipublicæ Iguvinæ, quorum in his Tabulis frequens mentio est.

PRimitivam appello Rempublicam Iguvinam, quæ dominatum Romanorum anteceſſit, ſtetitque a prima Populi origine, donec fortiori valuit obſiſtere, ad differentiam ſtatus liberi, quem reparavit, excuſſo Græcorum Imperio ſub Leone Iſaurico Induperatote, ſibique conſtantiſſime cuſtodivit uſque ad finem Sæculi XIV. cum ex SC. nemine penitus reclamante ſpontanea deditione ſeſe patrocinio Comitum Feretriorum commendavit.

Populum diſtinctum video in Urbanum, & Ruſticum. Urbanus in tres claſſes dividebatur. Prima erat Nobilium, qui Previri nuncupabantur PRAVERIR. quaſi Præcedentes. Secunda Popularium, POPLER. Tertia demum Triplariorum, TRIPLER. hoc eſt Plebejorum, qui a triplici nummo, quem in ærarium conferebant, quaſi *Triobolares* dicebantur.

Ruſtici in novem Tribus, quæ proprio nomine diſtinctæ erant, dividebantur. Nomina Tribuum ita deſcribuntur in Tabulis. *I.* ATIERIATE. *II.* KLAVERNIE. *III.* KVREATE. *IV.* SATANES. *V.* PEIERIATE. *VI.* TALENATE. *VII.* MVSEIATE. *VIII.* IVIESKANE. *IX.* KASELATE. Hæ rurſus diviſæ erant in Veteres, & Novas, mediante particula ETRE. Demum ultima Kaſelatium multiplicata erat in Veterem, Novam, & Tertiam; nam omnium copioſior erat. CASELATE. ETRA CASELATE. TERTIE. CASELATE.

Hæc fuerat antiquiſſima Populi Rutalis diſtributio, cùm adhuc Populus charactere Etruſco uteretur, ut conſtat ex Tabulis antiquioribus eo ſcripturæ genere exaratis. Cùm vero forma ſcripturæ mutata eſt in Latinam, quod, ut videbimus, circa annum a Roma condita CCCCLXIV. contigiſſe ſuſpicamur, ut infra in fine Tab. IV. conſcriptæque ſunt duo majores Tabulæ latinis litteris, tunc nulla amplius occurrit mentio memoratarum Tribuum, ſed quatuor tantum recenſentur *I.* TARSINATER. TRIFOR. *II.* TARSINATER. TVSCER. *III.* NAHARCER. *IV.* IAEVSCER. unde ſuſpicor circa ea tempora novam Populi ordinationem factam fuiſſe, & qui prius in XIX. Tribus diſtinctus erat, in IV. tantùm fuiſſe cenſitum. Ex antiquioribus prima Tribus *Atieriatium* nobilior putabatur; nam ex ea compoſitum erat Collegium *Fratrum Atieriatum*, quod fere reſpondebat Collegio Fratrum Arvalium, cui maximam in ſacrificiis auctoritatem Romulus aſſeruerat;

nam

nam in ipsis antiquioribus Tabulis sæpissime præscribuntur expiationes, & sacra ab ipsis Fratribus exequenda, præsertim cùm Ambarvalia celebrarentur. Primævo tempore annuus Poemon constituebatur velut caput Reipublicæ, sic dictus, quasi Pastor, seu Rector, qui aliquando cum Poemone anni præteriti, etsi functus esset officio, in aliquibus tamen sacris victimas offerebat. Hujus potestas fere consonabat cum auctoritate Lucumonum Etruscorum, quos perperam Reges appellamus, cùm ea ætate dispotica hæc potestas humano generi ignota esset, nisi cum per tyrannidem usurparetur. Sequenti tamen tempore Duumviratum introductum video ad instar Consulum Romanorum. Populus Rusticus in Tribus divisus Seviros habuit, SEVAIR. nempe sex Montanus, sive Supernas, & totidem Populus Infernas, qui planitiem incolebat, sæpe enim occurrit videre SEVEIR. POPLER. ANFERENER. & OCRER. nempe Montani, qui jura Tribuum, quæ vocantur TRIBRISV. & TRIBISINE. tuerentur. Singulæ vero Tribus habebant Natinatorem NATINE. hoc est, negotiorum gestorem Populi sibi commissi.

Super omnes Præpositus erat KVASTVR. nempe Questor, qui censum Reipublicæ colligebat, & in ærarium inferebat; atque, ut puto, præerat Officinæ Monetariæ, cujus monumenta, licèt rarissima, apud nos inveniuntur.

Inter Sacerdotia præcedit Collegium Fratrum Atieriorum, quos Arvalibus comparamus.

De Saliis Jovis aperta fit mentio in Tab. I. 14. II. 38. quibus præerat Præsul, sive PRESALIAA, de quo Tab. I. 12.

Nonii Saliis comparantur, cujus tamen instituti fuerint ex hisce Tabulis minime liquet.

Fratrias, FRITE aliunde desumimus. Utrum vero intelligendum sit de Fratribus Atieriis, an de aliis consortiis, definire non valemus.

DIRSANS. ut ex contextu colligi potest, idem erat ac Curio, hoc est, Sacerdos Curiarum.

Erat etiam Sacerdos quidam annuus VPATER. PERACNEV. qui sacra curaret.

Denique ERUS, hoc est, sacer Minister, sive Hierophanta, qui cum sine ullo atributo, seu limitatione sæpissime nominatus sit, summum Sacerdotem, sive Pontificem Populi fuisse puto.

Forrasse OPETER. annuus illi subiectus erat, ejusque vicarias partes suscipiebat; OPETAR dictus ab ope, sive auxilio Pontifici præstando. Hæc & plura ex Tabulis sequentibus colligere datum erit, si præstantissima nostra hæc monumenta sedulo studio perscrutentur.

TAB. I.

Quæ incipit ESTE . PERSCLO . *latinis literis hinc inde inscripta, alta ped.* 11. *unc.* 4 $\frac{1}{2}$ *lata p.* 1. *unc.* 6. $\frac{1}{2}$

HAnc Tabulam Cl. Bonarotus præsignavit *n. VI.* sed cum ex utraque parte tota penitus scripta sit, præmisit partem posteriorem, postposuitque anteriorem, unde incipit ordo sermonis. Etenim cum hæc, & sequens Tabula pariter scripta caractere latino, ambo æqualis mensuræ, & opificis contineant explicationem, & amplificationem alterius tabulæ Etruscis literis inscriptæ, quæ incipit *Este persclum &c.* quæ nobis est V. Hinc liquet etiam in hac Tabula principium ex iisdem verbis sumendum esse. Notandum quoque est, literas in principio hujus lateris ampliores esse, illasque sensim decrescere, haud obscuro argumento initii hinc inde desumendi. Conferatur nunc initium hujus Tabulæ, quam Bonarotus signavit *num. VI.* cum principio alterius penitus Etruscæ, quam distinxit *num. IV.* in qua etiam idem error irrepsit, & extemplo constabit ipsum præposuisse latus posterius, cùm initium Tabulæ sumendum esset ex parte adversa.

Tab. IV. Linea 1.	*Tab. I. Lin.* 1.
ESTE . PERSCLVM . AVES. ANXERIATES. ENETV. PERNAJES.	ESTE . PERSCLO . AVEIS . ASERIATER. ENETV. PARFA.
Linea 7.	*Linea* 58.
PVSVERES . TREPLANES . TREF . SIF. CVMIAF. FEITV. TREBE. IVVIE. VCRIPER. FISIV. TVTAPER. ICVVINA. SVPA. SVMEN. ARVIA. VSTENTV. PVNI. FETV. CVTEF. PESNIMV.	POSTVERIR . TREBLANIR . SI . COMIA. TRIF. FETV. TREBO. IOVIE. OCRIPER. FISIV. TOTAPER. YOVINA. PERSAE. FETV. ARVIO. FETV. PONT. FETV. TATES. PERSNIMV.

Quod si utraque, quanta est, comparetur, apparebit totam hanc faciem Tabulæ per continuas 59 lineas nihil continere nisi commentarium in decem primas lineas Tabulæ contrascriptæ, addito quoque peculiari capitulo ex linea 22, in quo præscribitur ritus sacrificiorum in honorem Jovis, adiunctis etiam duobus canticis pro secundo, & tertio sacrificio eidem præstando.

Linea 1. ESTA PERSCLO. Verbum *esse* familiarissimum est in hac lingua; OATO EST . VASETOM EST. PERETOM EST. DAATOM EST. DEVEIA EST. ESTA. ESTO. ESTV &c. Veteres verbum *esse* in sensu sacrificandi usurpabant. Obvia est in monumentis Fratrum Arvalium formula *Vovemus esse futurum.* In sequenti Tabula lin. 51. ESTE. TRIOPAR, DEITV. ENOM. IVVENGAR. fiat sacrificium per tres dies uno juven-

juvenco, & in Tabula octava lin. 24. IVPATER. SABE. TEFE. ESTV. VITLV. VVFRV. SESTV. *Jovi Patri Sabo fiat sacrificium vitulo rufo sexto*.

Lin. I. PERSCLO. syncopen hìc subesse puto familiarem huic linguæ. Si literam E interponas, habebis *per Seclo*, nempe fiat sacrificium sæculare. Hanc mihi suspicionem ingessit nota CCC. in fine Tabulæ IV signata, quæ ad annum sæcularem proculdubio referenda est, cùm sciamus antiquos superstitiosissime ultimum sæculi annum cumulatis sacrificiis, & ludis celebrasse. E contra quilibet populus epoca propria a fundatione suæ urbis desumpta utebatur, ut tradit Cl. Fontaninius *in antiquitatibus Ortanis*. Attamen experimentum hujus vocis sæpe occurrentis in hisce tabulis longe aliud significare demonstravit, nempe genus quoddam sacrificii expiatorii ita contracte dicti a περὶ *circum*, & σκύλαξ *catulus*, & inde περισκυλακισμόν hanc expiationem appellabant, Cane sacrificato, & circumducto ad Hecatis iracundiam coercendam, cujus spectris canes erant infensissimi, eaque fugabant; sive quia *Hecates canam*, hoc est epulas, in defunctorum sepulcris derelictas, quibus, ut ait Ovidius, Umbræ pascerentur, canes hominibus prudentiores devorarent. Fabellam hanc totam Romanis debemus. Ut ut res fuerit, & an Hecatis cæna mystice denotaret eam libertatem spargendorum phantasmatum, quæ canum latratu fugabantur, aut alia quæcunque fuerit ratio, certum est Hecatem odio summo canes fuisse persecutam, unde illi Deæ *canivora* nomen passim adtributum est, de quo videndi Natalis Comes *Mytol. lib.* III c. 15: & Gyrald. *de Deis Gent. Syntag.* 12. Hinc in triviis, atque in expiationibus canes Hecati sacrificabantur, ne infernæ Potestates in homines culpæ obnoxios insævirent. Mea tamen fert opinio, ut supra innuimus in diatriba *de Diis Iguvinis*, cæremoniam hanc *Perscli* sacrificium minime importare, nec Catulum numerari posse inter victimas, nisi abusive, & poetice loquamur, saltem inspecto statu primævæ Etruriæ, sed simplicem ritum, cùjus præscriptione mala omnia in canem latentem, nec adhuc alicujus culpæ noxium imprecabantur. Interpretationem meam circa hanc vocem confirmat observatio, quod sæpe *Persclo* conjungatur cum *Vesclo*, quæ erat pars sacrificii, imo finis sacrificii, cùm sacrificantes de oblatis victimis vescebantur. Infra Tab. III. lin. 8. & 24. habetur ENOM. EVSEME. PERSCLV. VESTICATV. PERSTOTE. MARTIER. Et in hac Tabula lin. 27. & 37. quater spondetur Jovi suum PERSCLER.

Lin. I. AVEIS. ASERIATER. alibi Tab. V. 1., & infra in hac tabula lin 6. & alibi sæpe hæc vox diversimode pronunciatur ANSERIATES. ANSERIATO. ANXERIATES. ANXERIATV. Latent hic varia victimarum nomina AVEIS. indicat agnas recentis partus, quas Latini *Avilas* appellabant. Festus *Avillas recentis partus*. ANSERIATES vero idem im-

 por.

portat., ac intonsus. Hujus vocis apud Oscos vestigium invenitur in *Anxurus*. Serv. *Æneid.* VII. 799. *Circa hunc tractum Campania colebatur puer Juppiter, qui Anxurus colebatur, quasi Ἄνευ ξυροῦ, idest, sine novacula, quia barbam nunquam rasisset.*

Lin. 1. ENETV. PARFA. CVRNASE. DERSVVA. utique genera victimarum. DERSVVA, quæ in Tab. II. 51. & 52. tribus in locis constanter scribitur DESVA. mihi videtur importare epitethon victimæ, nam his in locis legitur PARFA. DESVA. PREPA. DESVA. APE. DESVA. Hoc loco CVRNASE. victimam notare videtur sic a cornibus dictam; multum enim intererat, an hostiæ quibusdam Diis destinatæ, cornutæ essent, nec ne.

Lin. 1. PEIQ. PEICA. MERSTO. POEI. ANGLA. ASERIATO. pecudem masculum, & fœminam. Festus: *Apica dicitur ovis, quæ ventrem glabrum habet.*

Lin. 1. ANGLA. ASERIATO. agna intonsa. In lustrationibus agrorum agna mactari debebat Tibull. 1. l. 1.

Nunc agna exigui est hostia magna soli.
Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes
Clamet; Jio messes, & bona vina date.

Nec tantum agna, sed etiam agnus in hisce sacris sacrificari debebat. Idem Tibull. II. l. 1.

Cernite fulgentes, ut eat sacer agnus ad aras,
Vinctaque post olea candida turba comas.
Dii Patri purgamus agros, purgamus agrestes,
Vos mala de nostris pellite limitibus.

Eligebantur enim utriusque sexus hostiæ, ne ulla pars pecoris deesset officio, pro cujus incolumitate precabatur. Id sequentibus etiam exemplis manifestius fiet.

Lin. 2. EESTESO. Divisa hac dictione erumpebat inde Deus *Esus*, quo nomine Mars audiebat apud antiquos Germanos. Lucan. lib. I.

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates, horrensque feris altaribus Hesus;
Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Cujus nomen derivatur ab Ἀίζηός, quod validum juvenem, & vehementem notat, ab α, & ζωή. Nec Mars cognomine Silvanus alienus erat ab hisce sacrificiis, ut liquet ex Catone de R. R. cap. 83. & 141. At cum in nostra scriptura desit interpunctio in hac dictione, illam libentius usurpabimus pro imperativo verbi *esse*, quasi dicat *esto*. Confirmor in hac sententia, quia sæpius infra inter. attributa Jovis Esus computetur, forte ab Αἶσα *Fatum*, *Sors*, seu potius ab

Esar,

Esar, quæ vox Etruscis absolute Deum significabat, de quo infra.

Lin. 2. TREMNV. *Tremendus*, epitheton Jovis. Valer. Flac. *Argon.* III. 77.

Tremendi solium Jovis, Plutonis &c.

factum a tremore incutiendo. Quemadmodum infra Tab. II. 60. & Tab. III. 49. Jovi inter terribilia attributa ad stuporem incutiendum conjungitur etiam alterum huic simile, TREMITV. Origo græca est a τρέω, *tremo*. Festus vim illius deducit non a passione, quæ propria est mortalium, sed ab actione, quæ convenit Deo, vel Potestati superiori: *Trepit, Vertit, unde trepido, & trepidatio, qui a trepidatione mens vertitur.*

Lin. 2. SERSE. ARSFERTVRE. AVHELTV. aliquid præscribitur conferendum ad sacrificium; nam *Arsfertura* est a verbo *Arsfero*, quod Latini in lingua Pontificali emollierunt in *arfero*; unde *aqua arferia*, & *arferial* pro vase aquæ lustralis adhibendo in sacrificiis.

Lin. 2. STIPLO aliquid continet, quod Deo offeri oportebat. Infra Tab. II. 48. STIPLATV. PVSI. OCRER. & lin. 51. STIPLATV. PARFA. DESVA. & Tab. VI. 13. STEPLATV. PARFAM. TESCAM. Hinc colligimus *stiplo* esse a verbo *stiplare*, quod utique relativum est actioni sacræ. Dubitabam, an esset idem, quod stipare; nam *parva tesca*, idem est ac sacellum, ut infra clare demonstrabimus. Ex Varone *de lingua lat. lib.* 4. in fine; *Stipare ab* στείβειν *fortase græco vocabulo. Id apparet quod, ut alias, tum istitutum etiam nunc Diis cum thesaureis asses dant, stipem dicunt.* Stipes aliquando sumitur etiam pro simulacro divinitatis. Ovid. *Fast.* II. 641.

Termine, sive lapis, sive es defertus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.

Simplicior vero hujus vocis explicatio, si quid recte sentio, eadem est, quæ apud latinos tribuitur verbo *stipulor*, *promitto*, *spondeo*, & in lingua Sacrorum *Voveo*, *Vovemus esse futurum*, de qua voce infra dicendum erit ad Tab. II. 48. & 51.

Lin. 2. EVHELTV. Infra Tab. VIII. 11. legitur AVEITV. in sensu *Vehendi*, sive *evehendi*, quod refertur ad victimas, quarum catalogum infra observamus.

Lin. 3. AVVEI. MERSTA. nomen utique victimæ, quam ego non avem, cujus rarissimus usus in sacrificiis, sed aliquod genus ovis significare suspicor diversum a communi. Nec miror autem pro ove pronunciari consuevisse; nam facillima transmutatio fuit ab *AV* in *O*. Ovem nunquam legimus in hisce tabulis etiam latine scriptis, sed *Uvem*, nec a ratione abhorret Etruscos ad aliquam differentiam designandam, præcipuæ ætatis in pecoribus habuisse *Avem*, & *Uvem*.

Cx-

Cæterum id nomen simplex, & compositum sæpissime obvium est in his tabulis. Victimam certe in eo recognosco; nam victimis immiscetur, ut sæpe observabimus.

Lin. 3. ANGLA . ESONA . ARFERTUR . *Agna* Jovi *Esoni adferatur*.

Lin. 3. ESO . ANSTIPLATU . A stiplo oritur verbum *stiplare*, & *anstiplare* ab ἀνὰ, quæ particula in compositis valet etiam quod *rursum*, quasi rursum stiplare, nempe votum instaurare, si minus recte sacrum processisset, sive etiam reiterare cum ritualia ita perscriberent. Et revera in linea sequente iterum recensentur victimæ paulo ante descriptæ. Itaque *anstiplare* idem est, ac denuo vovere.

Lin. 5. TOTE . IIOVEINE . Nomen antiquum Patriæ meæ, prout Etrusce pronunciabatur, erat *Ikuvium*, cujus gentile Ikuvini. Testes affero multiplices nummos apud nos etrusce hoc lemmate inscriptos. Regio vero IKUVINA sæpissime occurit in his monumentis enunciata, ex quo indubitanter convincitur, tabulas hasce ad sacra Urbis nostræ omnino pertinuisse. Nomen nationi ab adventu primitus factum, cùm peregrina in nostris montibus primum constitit ab ΙΚΩ *venio*, quod Italice diceremus *Venturieri*, eodem prorsus modo, quo inclyta natio Perusina nobis contermina nomen sumpsit a voce ΠΑΡΟΥΣΙΑ, quæ *Adventum* significat. Cur ergo nomen Populi Ikuvini in presenti orationis tractu IIOVEINI nuncupantur? dicam quid sentio. Cùm Pontifices Ikuvini ex tabulis antiquioribus Etrusce scriptis has præsentes compilarunt, easque dialecto, & charactere noviter introducto exhararunt, arcanum nomen Civitatis litteris consignarunt, ne aliquando memoria excideret. Id secreto non repugnabat; nam hæc Indigitamenta in intimo Templi aditu solis Pontificibus nota servabantur. Inerat quippe singulis Urbibus præter vulgare nomen aliud secretum Deo tutelari relativum, quod revelari nefas erat, ne ad hostium notitiam perveniret, ut, illo evocato, per cæremonias consuetas Urbs ab illo derelicta in manus inimicas perveniret. Hujus disciplinæ testimonium nobis suggerit Macrobius III. *Satur.* cap. 9. qui refert Urbis Romæ arcanum nomen vix paucissimis innotuisse. *Ipsius Urbis nomen etiam doctissimis ignoratum est*. Addit Servius *Æneid.* I. 281. *Urbis illius verum nomen nemo, vel in sacris enunciat*. Quin refert Valerium Serranum, quod nomen illud ineffabile revelaverit, morte mulctatum. Subdit *Æneid.* V. 737. *Hæ sunt causæ, propter quas Æneas descendit ad inferos. Generis agnitio, & civitatis nomen, quod ei nullus antea prædixerat, sed solus indicat pater; latet enim, ut supra diximus, verum Urbis nomen, unde ei pater, quasi pro mysterio, & affectione, ait illa inclyta Roma, & nomen quidem Roma a Poeta dictum est:* tacite indicans Poetam nomen illud secretum, & Æneæ revelatum, vel reticuisse, vel ignorasse. Ex præsenti vero nostrorum Pon-

Pontificalium loco suspicamur secretum nomen Civitatis nostræ, & Populi fuisse *Iiovinum*, derivatum a Jove Urbis custode, & tutela, quo evocato Urbs jam perierat.

Lin. 5. POI. ANGLA. ASERIATO. EST. Supra linea prima POAI. ANGLA. ASERIATO. EASTESO. *postea agna intonsa sit sacrificium*; nam esse, ut diximus, in re sacra hostiam notat AASTASO . pro *esto*.

Lin. 6. ERSA. NAIP. MVGATV. NEIP. ARSIR. Vocem NAIP. denotare victimam minime dubito; nam in Tab. IV. præter victimam Juvenci, & Suis copulatur NEIP. ad constituendum SVOVATAVRILIA. & per consequens NAIP. ovem facile significat. Additamenta MVGATV. & ARSIR sunt differentiæ ovium distinctæ juxta præscripta ritualium. *Mugatu* facile procedit ab antiquo *Mugo* pro *Mungo*, ut ait Vossius *Etym.* in *Muceus*, quapropter significare potuit vel agnam lactentem, vel ovem matrem lactantem. ARSIE vero attributum est ab *Arsia sylva*, de qua Livius lib. 2. est enim nomen genericum ab Ἄλσος *sylva*, quasi dicas ovem pascualem.

Lin. 7. IVST. SVA. MVIATO. FVST. Nempe *juste*, sive rite *sue lactente*, sive *lactante factum sit*.

Lin. 7. PISI. AASIR. Hinc colligimus PISI. nil aliud esse, quam genus pecoris pascualis; certum est enim, & exemplis frequentibus demonstrabimus innumeras fuisse differentias inter victimas, ab ætate, sexu, coloribus, aliisque accidentibus, quorum maxima ratio habebatur in sacrificiis, a quibus vix paucas Latini scriptores nobis præservatunt. Confirmat hanc meam suspicionem locus Tab. IX. lin. 3. ARPAATVE. PISI. PVLPE. FVST. quasi *pulpam pisi*. quod replicarur etiam lin. 10. Aliqua tamen purgatio sive expiatio fieri debuir ex *Piso*; nam inde factum est verbum *pisare*, quemadmodum ex *Sabino Februo* processit *februare*. Itaque *pisare* idem erat ac *expiare*; nam Tab. II. 53. habetur PISAST. TOTAR. TARSINATER. *expiata sit tota* Tribus *Tarsinatum*. Si vero pro *Piso* intelligere velimus aliquod genus molæ, sive farinæ, deduci posset a verbo *pisare*, hoc est *molere*; nam & a *mola* processit verbum *commolare*. Cùm ramen dictioni *Pisi* attributum videam epitheton *Arsir*, nempe silvestris, boc est pascualis, ad differentiam Caviarii, sive opimi, puto omnino vocem *Pisi* denotare genus pecudis non altilanæ, sed vagantis in sylva, & liberius palantis: de OTE vide infra Tab. III. 6.

Lin. 8. ASPEATVR. TREBEIT. OCRER. PEIHANER. Hic agirur de re aliqua offerenda ignoræ divinitati, quæ latet sub attributis TREBEIT. OCRER. Hanc infra linea 58. facile assequemur TREBO. IOVIA. In quinta III. IVVA. CRAPVVI. TREBVF. & linea 8. TRABE. IVVIA. VCRIPER; Jovem igirur hic agnoscimus, cui sæpe jungitur attributum OCRER. nempe *Montani*, ut suo loco exponemus.

Lin. 8. PEIHANER. Vis hujus vocis est *piare*, sive *expiare*, aut *placare*, ut infra linea 19. Lin.

Lin. 9. ANGLOME. SOMO. & infra lin. 10. ANGLVTO. SOMO. Utrumque derivativum ab *Angla*, sive *agna*, & Σῶμα corpus. Agnino corpore.

Lin. 12. PRESOLIAFE. Præsul, sive primus inter Salios, qui in pompa chorum ducebat. De Saliis Iguvinis infra mentio occurret.

Lin. 12. NVRPIER. inter Bacchi sacrificia, quæ *Apaturia* dicebantur, numerari solebant etiam DORPIA. in quibus contribules coeuntes epulas solemnes frequentabant. Cùm vero in his ritualibus Bacchus omnino ignotus sit, credibile est Græcos sacrum id Jovi primo attributum Baccho tribuisse, seu potius Iguvinos a multiplicitate Deorum abhorrentes, universa sacra in Jovem transtulisse.

Lin. 13. TERTIAME. PRACO. PRACATARVM. Lumen affulget his vocibus ex Catone de R. R. qui multa de ritualibus Pontificum nobis præservavit : *Jane Pater, te hac strue commovenda bonas preces precor*. Erant etiam in sacris præclamitatores, ut ait Festus, *Qui Flaminibus Diali, Quirinali, Martiali antecedent. Exclamant feriis publicis, ut homines abstineant se opere ; quia his opus facientem videre, religiosum est* ; sive ut explicat Paulus. *Ne si vidisset Sacerdos* facientem opus, sacra polluerentur.

Lin. 14. VESTIFIER. RANDEME. RVFRER. Diu dubitavi, an *Vestitia*, quæ sæpe occurrit in his tabulis, notaret Vestam ; verisimile enim videbatur Iguvinos illam coluisse. At collatis simul locis omnibus, in quibus hæc vox obvia est, mihi constitui esse nomen victimæ, fortasse a *Vestigando*, quia Haruspices illius exta diligentius specularentur, tanquam Divinæ voluntatis magis expressiva. Revera epitheta, quæ huic nomini junguntur, commodius ad victimam referuntur, ut hic RVFRER. quod *Rufum*, ut sæpe observabimus, indicat. Id potissime evincit locus Tab. VIII. 13. VESTIRA. FETA. FERTV. Fiat *Fertum, Vestiba, Feta*, ex quo conicitur *vestibam* nil aliud fuisse, quàm victimam fœminam.

Lin. 14. TETTOMA. NONIAR. TETTOME. SALIER. Inventum Saliorum non processit a Numa. Pridem Etrusci habuerunt Salios, ut notavit Dempsterus, cujus sententiam in Paralipomenis ad illius libros de *Etrur. Regal.* late confirmavi, vas argenteum illustrando, in quo Saliorum saltatio expressa est. Servius in VIII. *Æneid.* 285. originem hujus sacerdotii derivat a Morrio Rege Vejentum in honorem Alesi Filii Neptuni. Sunt qui ipso teste ejus originem referant Dardano, qui hunc ordinem instituerit in honorem Deorum Samothracum. Fortasse id institutum imitatio fuit veterum Curetum, sive Corybantum. Itaque & Tybures, & Tusculani habuere Salios suos. Cui Deorum eos dicaverint Iguvini, adhuc liquido non constat, sed cum in hoc tabulæ tractu de Jove res agatur, illi hunc cultum tribuerem. Dionysius Alicarnassensis refert illos fuisse institutos *in honorem*

norem

norem Deorum armatorum: attamen Servius loco citato V. 663. Salios attribuit Jovi, Marti, & Quirino; quin etiam teste Livio fuere Salii Pallorii, & Pavorii. Mirum igitur non est etiam Iguvinos habuisse Salios suos.

Lin. 14. TETTOME. MILATINAR. TETTOME. NONIAR. TETTOME. SALIAR. Tres Civium ordines, Militum, Noniorum, & Saliorum, quibus refertur TATTOMA. fortasse caput, seu minister uniuscujusque Ordinis, nec contradicerem TETTOMA. significare posse *Totum ordinem*, hoc est, TETTOMA. pro *Toteme*. Videas, an sit epitheton magistratuum a τιμίως *honoratus*. Nonii hoc loco æquiparantur Saliis, unde suspicor genus aliquod Sacerdotii constituisse.

Lin. 15. TUDARO. fortasse a *Tudiculare*, quod Nonius explicat *commovere*. Id vero pertinebat ad formulam sacrorum; nam sæpe in ritualibus occurrit *struem commovere*, & *obmovere*, ut apud Catonem de R. R. cap. 135. *Jane pater te, hac strue commovenda bonas preces precor. Ita ut prius datum ob struem obmovendam &c.* & cap. 141. *Item cultro facito struem, & Fertum, uti adsiet. Inde obmoveto.* Quod liquido constat, vox *tudero* semper oblationibus conjungitur.

Lin. 15. SVBRA. SCREHITOR. SENT. PARFA. DERSVA. CVRNACO. DERSVA. SERITV. SVERA. ESTO. supræscripta sunt; nam iterum repetuntur nomina victimarum in principio enunciata.

Lin. 15. SVERA. ESTO. TVDERO. Repetamus verba Catonis: *Ita ut prius datum ob struem obmovendam*; nam in precibus oblatio victimæ repeti solebat, & quodammodo confirmari, ut si primo minus accepta extitisset, rata esset repetitione.

Lin. 16. SERITV. SVE. ANCLAR. Sæpe occurrit *Seritu* in cœtu Deorum. Id numen infra invocatur in Canticis, præcipue inter Deos rusticos una cum Dea Sata, de quibus in Tabula III. Itaque SARITV. SVE. ANCLAR. idem sonat ac si dicas, DEO. SERITO. SVA. ministretur; nam *Anclare*, auctore Festo, idem erat, ac ministrare. Vox certe antiqua est, unde Dii Anculi, & Deæ Anculæ servorum tutelares nomen acceperunt.

Lin. 16. PROCANVRENT. ASO. TREMNV. *Canant* preces infra recensendas *Jovi tremendo*.

Linea 18. ANCLA. ASSONA. TEFE. TOTA. IIOVINA. *Ministrentur* victimæ supra enunciatæ *Jovi custodi totius regionis Iguvinæ*.

TEFRA. idem puto significare, quod alibi sæpissime *Tefre* inscribitur a græco τεφρόω, in cinerem redigo, epitheton Jovi attributum.

Lin. 18, & 19. SEVEIR. POPLER. ANFERENER. & OCRER. PIHANER. *seviri populi infernatis, & supernatis*, hoc est, planitiem, & montem inhabitantis *expiationem perficiant*.

SEVAIR. Ex hisce tabulis numerorum apud Etruscos ordinem accipimus ENO. & ANAM. pro *uno*. Tab. III. 34. & II. 16. & alibi DVIR. Tab.

X. 15. pro *Duumvir*. TRIF. pro *tres* I. 58. & alibi. TRIATRVM. pro *triduo*, QVINQVATRVM. & SEXATRVM. voces ab Etruſcis derivatæ, quemadmodum, ut hic *Sevirum*. SEPTVMATRVM ejuſdem derivationis. Cætera deſiderantur. POPLER. carmina ſaliaria habent in caſu vocandi POPLOE. PILVMNOE. pro *populo pilis armato*. OCRER. ab Ὄκρις *aſper*, unde Ὀκρία *petra*. Occurret ſæpe nobis in hiſce tabulis Juppiter Ocrius, quem Latini, ut præmiſimus, dixere Apenninum. Vocem hanc retinuere etiam veteres Latini. Feſtus: *Ocrem antiqui, ut Attejus Phylologus in libro gloſſematum refert, montem confragoſum vocabant, ut apud Livium. Sed qui ſunt hi, qui aſcendunt altum Ocrim? & celſoſque Ocris arvaque patria, & mare magnum*. Hinc dictæ urbes *Ocriculum*, & *Interocria*. PIHANER. a *piando*, ſive *expiando*. Hinc in his tabulis ſæpe occurrit PIHACLV. PIAFI. & hujuſmodi.

Lin. 19. VERISCO. diminutivum a *Verre*, ſive porcello nondum caſtrato, ad differentiam ſuis, & porci, inter quas ſpecies, ſeu nomina maxima intercedebat differentia. PORSI. OCRER. PIHANER. a Πορίζω *prabeo*, *exbibeo*, *paro*, pro expiatione regionis montanæ.

Lin. 20. OSTENSENDI. fortaſſe a verbo *boſtiro*, unde hoſtia.

Lin. 20. PVSI. PIR. PVRETO. Antiqui libenter uſurpabant litteram S pro R, & dicebant *Fuſium* pro *Furio*, *Arboſem*, pro *Arbore*. Ita *Puſi*, pro *Puri*. *Pir Pureto* pro depurato, aut præparato, perpurgato, aut expurgato; nam *Pir* æquipollet particulæ *Per*.

Lin. 20. PVRETO. CEHEFI. *Purificetur ſuffumigio chebeſi*. Κῦφι, teſte Plutarcho, de *Iſid. & Oſir.* erat ſuffitus compactus ex aromatibus apud Ægyptios.

Lin. 20. DIASVRVR. VERISCO ex propoſitione Διά per, *inter*, fit Διασύρω, *ſeco*, *divido*, *lacero*: agitur enim de victima ſecanda, & proſecanda, unde *Proſecia*; erant enim diverſi gradus ſacrificii.

Lin. 20. VERISCO. TESENOCIR. VERISCO. VEHIERIR. Duplex actio hic præſcribitur circa *Veriſcum*, *Teſenocir*, & *Vehierir*. Prima importat *ſtatuere*, quæ vox pertinebat ad formulam Pontificalem, qua ſæpe utitur Virgilius; *Et ſtatuam ante aras*. Origo verbi eſt a Τάσσω ejuſdem notionis. Hanc vocem notavimus in Inſcriptione Etruſca ſignata in ſtipite hoſtii ſepulcralis familiæ Cuelniæ ubi poſt nomen Conditoris legitur TASVTI. pro *ſtatuit*, ſive *conſtituit*. *Vehierir* eſt a *vebo*, hoc eſt, victimam jam ſtatutam portare, adducere &c.

Lin. 22. PREVERIR. TREBLANIR. Gemina ſacrificia hic præſcribuntur, quibus præficitur titulus *Preverir*, & *Poſtverir*. Particulæ Latinis affines vim verborum manifeſte oſtendunt, quemadmodum obſervatur in ſacrificio Præcidaneo, & Succidaneo. *Verire* idem erat ac *Verrere* apud Latinos, quod juxta Nonium *vebere*, & *portare* ſignificat, & adducit locum Virgilii: *Verrantque per auras*. Hinc deducit Auctor, quod *prævertere* importabat præmittere. Itaque *Preverir*,

verir, & *Postverir* significabant *anteferre*, & *postferre*. Nullam igitur partem habet in hoc formulario Ancaria Dea Æsculanorum, quam *Preverim* appellabant, de qua Tertullianus ad nationes lib. III. cap. 8. quæ mihi diu, sed extra propositum, mentem torsit, hariolando Preverim esse *Antevortam*, & Postverim *Postvortam*. Sit igitur sensus hujus vocis in introductione hujus Lithurgiæ. *Primo afferatur*.

Lin. 22. TREBLANIR. Post verbum *afferatur* sequitur *circumferatur*, imo ter circumferatur, quod proprium erat Ambarvalium, in quibus per tres vices piamina circumferri solebant Virg. *Georg.* I.

Terque novas circum felix eat hostia fruges.
Omnis quam eborns, & socii comitentur ovantes.

Est autem *Treblanir* compositum ex τρίπλακος, & ire sive ex Τρὶ & Πλανὰ.

Lin. 22. IVE. GRABOVEI. BVF. TRIF. FETV. *Jovi Grabovio tribus bobus fiat sacrificium*. Idem attributum Jovi, & Marti sæpe conceditur in his Tabulis, quod CRAPVVI pronunciatur in Tabulis Etrusce scriptis. Origo est a *Cabar*, ex qua Samothraces, & ab illis Iguvini deduxerunt CAPIRV. Inde adjectivum CRAPVVI. Hebraice vero *Cabir* significat potentissimum, BVF. desinentia est pluralis numeri littera F. substituta, ut fere semper loco S. In singulari vero est *Bue*. Sic in Tabula III. l. 3. habemus ABROF. TRIF. pro *tribus apris*, sive porcis adultis; & alibi CLAVLAF. ANFEHTAF. pro *caulas*, sive ovilia infecta. FETV. pro *fiat*. Veteres Latini in eodem sensu dixere *fite*, ut apud Nonium: *Tu dives fite*, & alibi, *O socii nunc fite viri*.

Lin. 22. SVBOCAV. SVAOCO. vox seu formula frequens in his tabulis. Fortasse compendium est alterius formulæ latinæ, de qua Festus: *Subvos placo; in precibus fere cum dicitur significat id, quod supplico*. Conjungitur ut plurimum cum invocatione Deorum, ut MARTIER. TIOM. ISIR. SVAOCO. SVAOCAV. nempe *Mars te precor hac prece*: sive, ut ait Cato de R. R. *bonas preces precor*. Hæc composita facile procedunt a Βόω *clamo*, *voco*, quasi subvoco mutata B in V. In sacris vero replicari solebat Virg. *Voce vocans Hecaten ... magna voce vocavit &c.*

Lin. 23. DEI. GRABOVI. in casu vocandi *Ocriper* derivativum ab Ocris mons, quasi Montanus seu Ocrius Jovis attributa.

Lin. 23 FISIV. alterum Jovis epitheton Φύξιος Ζεὺς Juppiter fugitivus occurrit apud Appollonium in IV. *Argon.* & apud Pausaniam in *Laconicis*, & in *Corinthiacis* ita dictus, quod fugitivis patrocinaretur; nam asyla ei dedicata erant: nec ambigo, quin veteres Iguvini refugium aliquod hujuscemodi constituerint, cum adeo frequenter Jovem invocent sub hac nuncupatione.

Lin. 23. TOTA. PER. IIOVINA. Sensus est *voce voco te Jovem Deum potentissimum Montanum, fugitivorum patronum pro tota regione Jovina, sive Iguvina*.

 Lin.

Lin. 23. ERER . NOMNEPER . ERAR . NOMNEPER . FOSEI . PACERSEI . OCREFISEI . Solebant veteres in invocationibus Deorum universa illorum nomina seu potius epitheta proferre; cum enim pro certo haberent vera Deorum nomina ignota esse, simulque timerent, ne aliena nuncupatione illos appellarent, universa, quæ illis ab hominibus attributa forent, cumulabant. Quapropter, ut ait Servius in IV. *Æneid.* Pontifices hac formula in sacris utebantur: *Juppiter omnipotens, seu quo alio nomine appellari volueris*. Hinc apud Macrobium *Satur.* III. 4. Legitur solemnis formula devotionum faciendarum: *Dispater, vejovis, manes, sive vos, quo alio nomine fas est nominare.* Horatius in *Carm. sæcular.*

Lenis Ilithya tuere partus,
Sive Tu Lucina probas vocari,
Seu Genitalis.

Catullus quoque in hymno Dianæ eam Lucinam vocat, Junonem, Triviam, Lunam, & deinde ita carmen absolvit.

Sis quocumque tibi placet
Sancta nomine.

Hanc religionem secuti Iguvini, ad Jovem convertuntur, & per universa illius nomina sive potius per speciosiora attributa illum obsecrantur, *Nomneper*, hoc est, per Tuum verum nomen, seu nomina, obsecramus, quæ exinde referuntur. Præcedit ERER. NOMNEPER. ERAR. primo vocabulo respondet Ἐρρος, de quo Gyraldus *Hist. Deor.* Synt. II. circa finem: Ἐρρὶς Ζεὺς, *quasi dicas liberator, & servator Juppiter*. Ego tamen cum hanc Iguvinorum linguam maxime accedere ad latinam agnoverim, libentius explicarem hanc vocem pro *Herus*, *dominus*, seu *dominator*. Huic appellationi affinis est illa *Regis*, quam illi tribuunt passim Scriptores Græci universi, & signanter Hymnographi, simulque Latini, apud quos nil frequentius sonat, quam *Divum Pater, atque hominum Rex*. Itaque locum hunc ita expono. ERER. NOMNEPER. ERAR. NOMNEPER. FOSSEI. *&c.* Dominator sive te invocem per nomen dominatoris, sive per nomen Lucetii, pacifici &c.

Lin. 23. FOSSEI. nempe *lucis* a Φῶς *lux*. Hæc attributa recte conveniunt Jovi; nam Osci teste Servio *Æneid.* IX. *Lucetium* illum appellabant, & hoc nomine audiebat in carminibus Saliaribus, ut ait Macrob. *Saturn.* I. cap. 15. PACERSEI. nempe *auctor pacis*. Totus iste tractus non ad præscriptionem sacrificiorum videtur pertinere, sed potius formulam precationis continet, & fortasse etiam hymnum de more canendum, dum sacrificium perageretur; nam frequentes illæ repetitiones poesim indicant.

Lin. 23. OCREFISSEI. compositum ex duplici attributo OCREI. & FRISEI.

Lin.

Lin. 24. TOTE. IIOVINE. Iterum repetuntur preces paulo ante enunciatæ addito in honorem Jovis altero attributo ARSIR. nempe silvestris a Silva Arsia, de qua supra lin. 6. Est etiam inter Jovis attributa etiam silvestris, unde Ἄλσιος Ζεὺς sic dictus a Luco, de quo videndus Pausanias.

Lin. 24. FRITE. Vide infra ad lin. 32.

Lin. 25. TIO. ESV. BVE. PERACREII. PIHACLVO. *Tibi sit*, nempe sacrificium fiat *Bove peracri*, hoc est majore *pro piaculo*. Supra præscriptum est sacrificium trium boum, quæ hostia major dicebatur. Nunc singillatim de singulis mentio fit, & a primo incipitur sine additione numeri, cum in sequentibus addatur numerus secundi, & tertii. PIHACLV. ETRV. PIHACLV. TERTIV. PERACREI. attributum est victimæ. In III. 51. indicatur ENOM. IVVENCAR. PERACRIO. *unus juvencus opimus*. Hoc nomine vocabantur victimæ altiles ad sacrificia publica saginati, de quibus Varro II. de R. R. cap. 21., & Cic. V. *Tuscul.* Peracrem dictum fuisse puto ab *agro*, ubi immunis a labore pasceretur, nam ager est ab Ἀγρὸς; id vero ab hæbreo *bacar*: italice dicimus *Campareccio*.

Lin. 26. DEI. GRABOVIE. ORER. Succrescit Jovi decus titulorum, qui hoc loco vocatur *Orer*, qui a Græcis dictus est Ὅριος, nempe *Terminalis*, hoc est, finium custos, de quo Plutarchus in Numa, & sæpius Pausanias.

Lin. 26. OSE. En alterum ex attributis Jovis, qui a Græcis Ὅσιος sanctus; licet injuste vocabatur.

Lin. 26. PERSEI. Aliud attributum Jovis a Πέρθω, *vasto*; unde Πέρσαι *vastare*: hinc apud Aristoph. *in nubibus* Pallas vocatur Περσέπτολις, urbium vastatrix.

Lin. 26. PIR. ORTO. EST. syncopen interesse suspicor, atque hic intelligendum *peroratum est*, formula sacrificialis, cujusmodi multas infra videbimus. Festus, *Orare antiquos dixisse pro agere*. Orare etenim est ab Ἀρὰ *preces*. Hinc Ἀράομαι *precor*.

Lin. 27. TVER. PERSCLER. VASETO. EST. &c. Præmisso sacrificio Catuli expiatorio sequuntur formulæ oblationis VASETO. EST. puto coalescere ex duabus dictionibus *fas*, & *ire*, ac si dicat rite sacrificium ivit, sive, ut fas est, præmissum.

Lin 27. PESETOM. EST. a *pes*, & *ire*, quemadmodum possessio a pedum positione, sive a *pede*, & *esse* dictum est.

Lin. 27. PERSTOMEST. nempe a *per*, & *eo*, relative ad victimam, quæ ivit pro salute populi.

Lin. 28. DAETOM. EST. TVER. PERSCLER. *Datum est tuum sacrificium* catuli.

Lin. 28. VIRSETO. AVIRSETO. VAS. EST. DI. GRABOVIE. *verte*, *averte*, Juppiter potentissime, nam fas est. Cato de R. R. cap. 142.

Aver-

Avertas morbum mortem labem, impetiginem, pesestatem. Et cap. 141. *Utique tu fruges bene evenire finas, pastores, pecuaque salva serbas is, duisque bonam salutem.* Ovid. *Fast.* IV. 735. & 763.

Pelle procul morbos, valeant hominesque Gregesque:
Et valeant vigiles provida turba canes.

Et Tibul. II. 1.

Vos celebrem cantate Deum, pecorisque vocate
Voce Palem pecori clam sibi quisque vocet.

Quin etiam pro armentis, & ovilibus servatis offerebant in Templis, & Lucis simulacra boum, porcorum, & ovium fictilia, & ærea, quorum plurima defodimus in Luco sacro veterum Pisaurensium sub colle Libanio, quæ in museo Academiæ nostræ asservantur.

Lin. 29. PIHAFEI. DI. CRABOVIE. PIHATU. OCREFISEI. PIHATU. &c. Totus iste tractus manifeste poeticus hymnum sapit, ejusque sensus ex antecedentibus patet; propitieris, Juppiter potentissime, ut expiata sit tota regio Iguvina. PIHAFEI. *piatus sias.*

Lin. 30. NOME. NERF. ARSMO. VEIRO. PEQUO. CASTRUO. Singillatim numerantur partes Populi, & agri. NOME a Νόμος Lex; fortasse Magistratum significat, qui cæteris præponitur. Νόμος significat quoque præfecturam, seu regionem, & pabulum a Νέμω *pasco*. NERF. *juventus*. Gel. lib. XIII. 21. *Nerio, sive Nerienes Sabinum verbum est, eoque significatur virtus, & fortitudo; itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia, atque præstanti fortitudine, Nero appellatus est.* ARSMO. *militia*, sive classis armatorum; Viris, pecori, castris, ad omnes hos expiatio dirigitur. ARSMO. VEIRO. PEQUO. Armentum sicuti *Arsmatia*; Armenta interiecta litera S, ut in *obstrudo* pro *obtrudo*; quemadmodum notat Voss. *de perm. liter.* Itaque ab ARSMO antiquo factum *Armentum*, ut ab Incitamen *incitamentum*, Juvamen *juvamentum*, Tutamen *tutamentum*, &c. VEIRO. *viro*, de viris habita potissima ratio in Ambarvalibus, ut ex formula apud Caton. de R. R. cap. 141. & Tibul. II. 1.

Dii patrii purgamus agros purgamus agrestes.

Lin. 30. FUTU. FOS. PACER. PASE. TUA. OCREFISI. TOTE. IIOVINE. Succedunt alia Jovis attributa FUTU. a Φῶς, cujus vocis duplex est notio; nam *virum* Φῶτα significat, & *lumen* sive splendorem. Macrob. *Satur.* I. 7. *quia non solum Virum, sed & lumina* Φῶτα *significant.* De hoc epitheto Servius *Æneid.* IX. *Lucesius lingua Osca Juppiter dictus a luce, quam præstare hominibus dicitur:* & Macrob. loc. cit. *Nam cum Jovem accipiamus lucis auctorem; unde & Lucesium Salii in carminibus canunt.* FOS. idem attributum a *luce*, cui fortasse Etrusci diversam aliquam significationem tradiderunt ab effectuum diversitate. Lin.

Lin. 30. PACER. PASE. TVA. *Pace*, & *Pausa tua*. Alibi Tab. II. *Pacer Pase Vestra*; unde non dubitamus TVA. esse relativum Jovis. Hæc precatio sexies repetitur in hac tabula, nempe iterum lin. 33. 40. 42. 50. 52. veluti intercalare ejusdem carminis. Notandum vero, quod in tribus posterioribus locis FOS. scribitur FONS. quasi Fontanus, aut fontium custos. In marmoribus sæpe occurrunt fontium appellationes sub nomine Jovis, ut *Juppiter Clitumnus*, aliaque his similia cognomina, de quibus late disseruit Eruditissimus Amicus meus Jacobus Blancanius singulari libro de *Diis Topicis*, quem celerrime typis pubblicari exoptamus. Deum fontem nobis ob oculos ponunt inscriptiones fratrum Arvalium apud Turrium, & Gruterum. De Deo Pauso alibi dicendum erit. Pacem Deorum passim invocabant veteres in sacrificiis: unde Virg. *Pacemque per aras exquirunt*, quem locum luculenter explicat Cerdanus. *Æneid.* IV. 56. & Brisson. de *Form.* lib. I. Plutarc. in Camillo: *Pacem Deorum exposcentes, seque ipsos pro patria fortuna devoventes.*

Lin. 31. SALVO. SERITV. OCREFISI. SALVA. SERITV. TOTA. IIOVINA. *salva segetes*; nam pro illarum incolumitate Ambarvalia, & lustrationes potissime fieri solebant. Quæ supersunt repetitiones sunt antecedentium. Confer nunc Canticum lineæ 29, cum altero lineæ 31, & rursus alterum lineæ 25. cum sequenti in lin. 33. & confestim intelliges utrumque per semichoros pronunciari debuisse. Metri rationem non assequor; nam, ut ait Quintilianus: *Poema nemo dubitat imperito quodam initio fusum, & aurium mensura, & similiter decurrentium spatiorum esse generatum, mox in eo repertos esse pedes:* Tale prorsus esse debuit illud, de quo Livius lib. XXVII. cani solitum in pompa Junonis: *Carmen illa tempestate forsan laudabile rudibus ingeniis, nunc abhorrens, & inconditum si referatur.* Comptius apparebit alterum Tab. V. in quo aliqua metri vestigia reperiuntur. Interim exhibeo specimen rhithmi præsentis.

Chorus.

PREVEREIR. TREBLANEIR.
IVVE. GRABOVEI.
BVF. TRIF. FETV. ESO.
NARATV. VESTEIS. TEIO.
SVBOCAV. SVBOCO. DEI.
GRABOVI. OCRIPER. FISIV.
TOTAPER. IIOVINA.

Semichorus.

ERER. NOMNEPER. ERAR.
NOMNEPER. FOSSEI.
PACERSEI. OCREFISEI.
TOTE. IIOVINE.

Chorus.

ERER. NOMNE. ERAR.
NOMNE. ARSIE. TIO. SVBOCAV.
SVBOCO. DI. GRABOVE.
ARSIER. FRITEIO.
SVBOCAV. SVBOCO.
DEI. GRABOVE. DI. GRABOVIE.
TIO. ESV. BVE. PERACREI.
PIHACLV. OCREPER. FISIA.
TOTAPER. IIOVINA.

Semichorus.

TRER. NOMNEPER. ERAR.
NOMNEPER. DEI. GRABOVIE.

ORER. OSE. PERSEI.
OCREFISIE. PIR. ORTOEST.
TOTEME. IOVINE.

Chorus.

ARSMOR. DERSECOR. SVBATOR. SENT.
PVSEI. NEIP. HERITV. (CLER.
DEI. GRABOVIE. PERSE. TVER. PERS-
VASETO. EST. PESETOM. EST.
PERETOM. EST. FROSETOM. EST.
DAETOM. EST. TVER. PERSCLER.
VIRSETO. AVIRSETO. VAS. EST.
DI. GRABOVIE. PERSEI. MERSEI.
ESV. BVE. PERACREI. PIHACLV.
PIHAFEI. DI. GRABOVIE.
PIHATV. OCREFISEI. PIHATV.
TOTA. IOVINA.

Semichorus.

DI. GRABOVIE. PIHATV.
OCRER. FISIER.
TOTAR. IVVINAR.

Chorus.

NOME. NERF. ARSMO. VEIRO.
PEQVO. CASTRVVO. FRI. PIHATV.
FVTV. FOS. PACER.
PASE. TVA. OCREFISI.
TOTE. IIOVINE.

Semichorus.

ERER. NOMNE. ERAR.
NOMNE. DI. GRABOVIE.
SALVO. SERITV. OCRE. FISI.
SALVA. SERITV.
TOTA. IIOVINA.

Chorus.

DI. GRABOVIE. SALVO. SERITV.
OCRER. FISIER.
TOTAR. IIOVINAR.

Semichorus.

NOME. NERF. ARSMO. VEIRO.
PEQVO. CASTRVVO. FRI.
SALVA. SERITV. FVTV. FOS.
PACER. PASE. TVA.
OCREFISII.
TOTE. IIOVINE.

Chorus.

ERER. NOMNE. ERAR.
NOMNE. DI. GRABOVIE.
TIO. ESV. BVE. PERACRI. PIHACLV.
OCREPER. FISIV.
TOTAPER. IOVINA.

Semichorus.

ERER. NOMNEPER. ERAR.
NOMNEPER. DI. GRABOVIE.
TIO. SVBOCAV. DI. GRABOVIE.
TIO. ESV. BVE. PERACRI.
PIHACLV. ETRV. ORCRIPER. FISIV.
TOTA. PER. IOVINA.

Ne vero morosior sim lectori, percurrat ipse oculis totum carmen usque ad lineam 57. in qua præsens caput absolvitur, & facile agnoscet totam hanc orationem non modo Poeticam esse, sed etiam rhithmicam, distributam in strophas cum costante intercalari; quod fortasse ab universo populo reboante cani soleret.

Lin. 32. FRI. Vox compendiaria a FRITE. superius expressa in lin. 24. & repetita Tab. II. lin. 8, & 27, & alibi passim modo integra, sæpius concisa in FRIF. a Φρύτρη, pro Φράτρια *Curia*, seu *Tribu*, attributum Jovis fratri, de quo sæpius apud Græcos scriptores mentio occurrit. Eadem vox paululum immutata aliquando ipsam Curiam, seu Tribum significat; nam numeratur inter partes Populi, pro quo exoratur, ut potissime in hoc loco, ubi concluditur SALVA. SERITV. *salva segetes*. Reliqua usque ad finem hujus cantici ex præmissis patent.

Lin.

Lin. 35. PIHACLV. ATAV. *Pihaclum secundum*, ab Ἕτερος *alter*, quod æquipollet numero secundo. Maximi momenti est hæc observatio; nam ea vox sæpe recurrit, & plurimum confert ad assequendum in hisce Tabulis, quæ idem argumentum continent, quæ sit prior, quæque posterior. Pro confirmatione hujus conjecturæ redeamus ad lineam 25. hujus Tabulæ, in qua præscribitur sacrificium trium boum Jovi ferendum, nullo tamen adjecto numero ordinali hujus sacrificii. IVVE. GRABOVAI. BVF. TRIF. FATV. In hoc vero secundo sacrificio additur numerus ordinalis PIHACLV. ATAV. ad distinctionem anterioris, quod repetitur linea 38. & 43. Ast in linea 45. ubi scriptura novum caput orditur, præscribitur tertium pihaclum PIHACLV. TERTIV. inde replicatur lin. 48. & 53. Hinc recte desumitur, quod ETRV. intercedens inter primum, & tertium omnino sit secundum. Id etiam observatur in Tab. XI. lin. 18. ubi sex sacrificia præscribuntur, quæ dividuntur in duas classes. ABSNES. TRIS. inde vero fit sermo de tribus posterioribus ATERS. TRIS. Ibi quoque lin. 34. ordinantur ETRAMA. SPANTI. & in Tab. sequente lin. 12. TARTIAMA. SPANTI. Rursus Tab. VIII. distinguuntur Tribus, seu Curiæ Populi Iguvini in veteres, & novas. Priores nulla adjecta distinctione, recentes vero cum nota ETRE. exempli gratia ATERIATE. ETRE. ATERIATE. CLAVERNIE. ATER. CLAVERNIE. nempe *Ateriates veteres*, & *Ateriates novi*, *Claverni veteres*, & *Claverni novi*, hoc est, *adjectitii*. Tribus vero *Caselatum* omnium numerosior dividitur in veterem, novam, & novissimam, CASELATE. ETRE. CASELATE. TERTIE. CASELATE. Latini quoque hujus vocis notionem retinuerunt, auctore Festo in *Alterum*; nam pro *duplici* dixerunt *Alterplicem*. Igitur ab Ἕτερος Græcorum Etrusci dixerunt *Etre*, Latini *Alter*, pro secundo.

Lin. 36. SVBATOR. SENT. PVSEI. NAIP. Adducta sit pura ovis subacti, ut ait Festus, idem est ac *coacti*; *& compulsi, ut pecus sub arbore coactum:* Idemque auctoritate Cincii subdit *subjicere*, & *subjici* esse vocabulum Religionis. *Subjici aries dicitur, qui agitur, ut cedatur, quod fit, ut ait Cincius in libro de officio Juris Consulti exemplo Atheniensium, apud quos expiandi gratia aries inigitur ab eo, qui scelus admisit pœna pendenda loco*. Hæc eadem formula repetitur in tribus sacrificiis in hac Tabula præscriptia. In victimis admovendis plures, ut ita dicam, gradus servabantur, qui in jure pontificio distincti erant, ut notat Doctissimus Brissonius *Form.* lib. I. *Probari*, *Duci*, *Admoveri*, *Stare*, *Feriri*, *Cadere*, *Cedi*, *Mactari*, *Immolari*; in quarum distinctione nemo diligentior fuit Virgilio sacrorum Rituum peritissimo, cui nihil excidit inconsulto. Reliqua, quæ circa secundam hanc expiationem infra præscribuntur, fere consonant cum formula antecedentia.

Lin. 45. TIOM. ASV. AVE. PERACRI. PIHACLV. TERTIV. Exacto capitulo antecedenti, novum incipit cum præscriptione tertii piaculi,

in quo repetuntur formulæ præcedentium paucis exceptis; præsertim vero quod sæpe repetitur RALVO. SERITV. ex quo suspicamur tertium hoc piaculum potissime dirigi pro segetum incolumitate.

Lin. 54. TIOM. ESV. BVE. TIOM. COMOHOTA. TRIBRISINE. BVE. PERACNIO. PIHACLO. Prima vox *Tiom* hic, & alibi æquipollet *Tibi* a Dorico Τὺ pro Σὺ; unde Latini derivarunt *Tu*. Et revera formula nuncupationis votorum id prænomen in tertia persona. *Hunc tibi Jupiter Bovem cornibus auratis vovemus esse futurum.*

Lin. 54. TIOM. COMOHOTA. TRIRRISINE. *Commovere struem* formula Pontificalis nihil aliud erat, quàm pronunciare precem super illa. Cato de R. R. cap. 135. *Jane Pater, te hac strue commovenda bonas preces precor, ita ut prius datum ob struem obmovendam, & ferctum libandum*. Vox COMOHOTA. hìc tantum occurrit, sæpius vero *Comoltu*, quæ etiam explicari potest per *commolatum*: constat enim victimas spargi consuevisse *Mola salsa*, quod dicebatur *Commolare*. TRIARISINE. nusquam alibi occurrit, sed in IX. TREBRIRV. manifeste pro *Tribu*; quapropter hoc loco derivativum *Tribulis* importat, hoc est, victimam tribulem commolatam, pro salute Contribulium. Festus: *Publica sacra sunt, quæ publico sumptu pro populo fiunt, quæque pro montibus, pagis, curiis, & sacellis*.

Lin. 54. PERACNIO. PIHACLO. *Perenni*, sive *annuo piaculo*; nam veteres *annare*, & *perannare* dicebant. Macrob. *Satur.* I. 12. *Eodem mense Martio ad Annam Perennam sacrificatum itur, ut annare, perannareque commode liceat*. Piaculum nempe singulis annis repetendum.

Lin. 55. TARER. PERSNIMV. Prima vox indicat *statuere*, ut supra in linea 20. secunda vero est a PERSNIS, de qua sæpe dicendum erit. Id vocabulum recurrit semper, cum de victimis agitur, earumque partibus, inter quas notatur PERNA. PVSTNA. pro *coxa* posteriore animalis. Aliqua vero differentia intercedebat in eadem lingua inter PERNAM. & PERSNAM, quemadmodum apud Latinos inter *Pernam*, & *Petusonem*.

Lin. 56. PROSESETO. NARATV. PROSESETIR. MEFA. SPEFA. FICLA. ARSVRITV. FETV. ASTE. Nil dubium hic agi de victimis, quarum exta ex pectoribus adhuc palpitantibus avulsa aris imponebantur. Virg. *Æn.* 12. 213.

. . . . *Tunc rite sacratas*
In flammam jugulant pecudes, & viscera vivis
Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras.

Inde torrebantur, & sic tosta prosecabantur, Sueton. in Aug. *Semicruda exta foco rapta prosecuit*. Inde exta prosecta dicebantur; Cato de R. R. cap. 133. *Ubi exta prosecta erunt, Jano struem commoveto*. *Commovere* autem, ut supra diximus, idem erat, ac formulam oblationis proferre. Verba, quæ sequuntur, pertinent ad partes extorum, inter quæ FICLA. nempe *ficatum jecur*, unde Italis *fegato*, ut notavit Octavius Ferrarius in *Originibus linguæ Italicæ*; quamquam alio divertat Doctissimus Muratorius. Lin.

Lin. 56. MEFA. SPAFA. *Medium libum* a Σπένδω, quod est *libare*.

Lin. 56. AASVEITV. *adducatur*. Veteres Latini dixere *arvecere*, pro *adducere*, ut ait Vossius *in Arcesso*.

Lin. 56. ARVIO. FETV. ESTA. *Haruga*, sive *Haruiga fiat sacrificium*. Festus: *Haruiga dicebatur hostia, cujus adherentia inspiciebantur exta*. Donatus in *Phormion* IV. 4. *Haruspex ab Haruga nominatur; nam Haruga dicitur hostia ab hara, in qua concluditur, & servatur. Hara autem est, in qua pecora includuntur*, Varr. de *Ling. lat.* IV. *Aries quòd eum dicebant Ares veteres; nostri Haruiga, hinc Aruinius.... Haruigem, quæ cornua habet*.

Lin. 56. SAVOM. SVRVR, *Sebum*, sive *Arvina*, qua SVAVR. *superposita* victimæ torrebantur.

Lin. 57. ESONO. HERI. VINV. HERI. PONI. FETV. VATVO. FERINE. FETV. *Juppiter* hic vocatur ESON. nam *Esar* lingua Etrusca *Deum* absolute significabat, ut refert Suetonius in *Augusto* cap. 97. Interim sive *Mars*, sive *Juppiter* sit iste *Esus*, qui in casu dandi dicitur *Esono*, ei assignatur vini sacrificium HERI. VINV. & sacrificium panis, sive cibi HERI. PONI, & subinde victima ei fieri jubetur ex *Vatvo Ferino*.

Lin. 57. VATVO. Genus pecudis, cujus pedes introrsum conversi essent: Varro de R. R. lib. II. cap. 9 *Sint cruribus rectis, ac potius varis quam vatiis*: nempe *varis*, quorum crura extrorsum conversa essent, *vatiis*, quibus introrsum. Quis autem assequatur rationes harunce differentiarum? Aliquando Lactentes præscribebantur, sæpe *Ruminales*, quandoque *Bidentes*, *Injuges*, *Fata Causares*, *Ambiegua*, *Altilanea Forda*, hoc est prægnantes, *Alba*, *Nigra*, *Furua*, ex quibus arcanis præscriptionibus constabat disciplina Pontificalis. Nil igitur mirum ipsam quoque directionem crurum observatam, ut victimæ Diis essent acceptæ.

Lin. 57. FERINE. epitheton præmissæ victimæ. *Ferum* differt a *feroce*; nam *ferum* id animal, quod nullo septo, aut custode servatur. Ast in his indigitamentis longe aliud importare puto; nam infra Tab. II. 48. præscribitur sacrificium pro POPLO. AFERO. qui utique non alienus erat ab Iguvinis. Hinc attributum *victima ferina*, quæ sæpe recurrit in Tab. subsequentibus, indicat hostiam, quæ a populo *affero* conferebatur, sive pro illius salute mactabatur. Nisi probetur hæc conjectura, planiorem alteram subdo. Maxima ratio habebatur in sacrificiis, an victimæ essent *Caviares*, hoc est, in septis nutritæ, seu potius *Pascuales*, aut quæ in saltu, sine septo, & custode vagarentur, ut nullum genus pecudis immune abiret ab obsequio Deorum, ex quibus, qui rudiores essent, victimis similibus delectarentur.

Lin. 58. Agredimur nunc alterum caput hujus Tabulæ, in quo novum sacrificium POST. VERIR. ordinatur, quod respondet alteri supe-

rius præſcripto PREVERIR. in lin. 22. nempe ſacrificium præcidaneum & ſuccedaneum. Quemadmodum igitur in cap. præcedenti trium bobum holocauſtum præſcribitur, hic ordinatur alterum trium porcorum. SI. GOMIA. TRIF. FATV. TRERO IOVIR. plerumque pro SI. legitur SIF. pro *Sus* retenta ex Græcorum Σῦς litera I pro Y.

Lin. 58. GOMIA. a Κομίω *nutrio*, epitheton hujus victimæ bene nutritæ, quod Latini altilaneam, opimam, ſeu caviarem dixerunt: In Tab. V. legimus TREF. SIF. COMIAF. ubi poſtrema litera F manifeſte habet vim S, & in Tab. II. 3. SIF. FILIV. TRIF. pro tribus porcellis lactentibus: & in Tab. V. 14. etruſce ſcripta TREF. SIF. FILIVF. Attenta igitur permutatione poſtremæ literæ familiariſſima in præſenti dialecto, SIF. idem eſt ac Græcorum Σῦς: alibi quidem occurrit in his tabulis SVE. & PVRCA in ſignificatione victimarum; ego eamdem ſpeciem ſignificare puto, ſed vocum differentiam referendam cenſeo præſcriptionibus ritualium, quæ diverſas conditiones ejuſdem beſtiæ diverſis nominibus appellabant.

Lin. 58. PERSAR. FETV. ARVIO. FETV. PONE. FETV. Tres oblationes. Prima eſt a Περσῦας vinum nempe præteriti anni. Cæteræ pertinent ad Harugam, & panem.

Lin. 58. TRERO. IOVIR. *Jovi Tribuli*, qui, & Φράτριος Ζεὺς Græcis vocabatur.

Lin. 59. TASES. PERSNIMV. formulæ offerendi, de quibus ſupra ad lin. 55.

Lin. 59. TESBLANIR. PROSESETIR. STRVSLA. Conſtat antiquos in ſacrificiis curialibus, quæ pro univerſis Curiis, ſeu Tribubus populi fieri ſolebant, quemadmodum pro diverſis populis fœderatis ex coxa communis victimæ particulam detraxiſſe ſinguli populo aſſignandam, quam Strebulæ nomine nuncupabant, ita a curvatura coxæ nuncupatam. Origo eſt a Στρέφω *verto*, de qua Feſtus. *Strebula umbrico nomine Plautus appellat coxendices hoſtiarum, quas Græci* Μηρία *dicunt, quæ in Altaria imponi ſolebant*. Et Arnob. lib. 7. *Non enim placet carnem ſtrebulam nominare, qua e Taurorum coxendicibus demitur*. Itaque Populi Latini, ut refert Dionyſ. Alicarn. convenientes ſimul in monte Albano ad ſacrum Jovis Latialis ſtrebulam inter XLVII. populos dividebant. Qui non tantum de *coxendice*, ſed etiam de *communibus extis* participabant, quod maxime notandum eſt ad intelligentiam eorum, quæ ſuo loco dicenda erunt de extorum ſtrebula, quam in his tabulis aliquando STRVELA. & STRVEHLA. & STRVSLA. nuncupatur.

Lin. 59. PROSESETIR a *proſecare*; nam aliquando occurret PRVSEKATV. PROSEKVRENT. PROSSSETO. & PROSSSETIR. Vox ſacrorum propria, quemadmodum & *proſecta*, ut libro primo exemplis confirmat Briſſonius.

Lin. 59. STRVSLA. FICLA. ARSVEITV. *Strebulam, jecur, & Arvinam.*

TAB. II.

TABULA II.

Quæ incipit PREVERIR. *& est pars adversa Tabulæ præcedentis, latinis litteris scripta.*

PRiorem tabulam præmisimus; nam continet paraphrasim tabulæ V. cujus initium explicat, atque amplificat, hanc vero postposuimus, quia in hac continuatur explicatio ejusdem Tab. V. a lin. 11. Juvat nunc utriusque exemplar comparare, ut primo intuitu pateat differentia dialecti, intercedens inter Etruscam primigeniam, & Etruscam declinantem in sermonem latinum.

Tab. II. Lin. 1.	*Tab. V. Lin.* 11.
PREVERIR. TESSENOCIR. BVF. TRIF. FETV. MARTE. GRABOVE. OCRIPER. FISIV. TOTAPER. IIOVINA. ARVIO. FETV. VATVO. FERINE. FETV. PONI. FETV. TASES. PESNIMV.	PREVERES. TESENAKES, BVF. TRIF. FETV. MARTE. KRAPVVI. FETV. VCRIPE. FISIV. TVTAPER. IKVVINA. ARVIV. VSTENTV. VATVVA. FERINE. FETV. PVNI. FETV. KVTEFPESNIMV.
Lin. 3.	*Lin.* 14.
POST. VERIR. TESSENOCIR. SIF. FILIV. TRIF. FETV. FISO. SANSIE. OCRIFER. FISIV. TOTAPER. IIOVINA. PONI. FETV. PERSAE. FETV.	PVSVERES. TESENAKES. TREF. SIF. FELIVF. FETV. FISE. SABI. VCRIPER. FISIV. TVTAPER. IKVVINA. PVNI. FETV. SVPA. SVMTV.
Lin. 19.	*Lin.* 20.
PREVERIR. VEHIER. BVF. TRIF. CALLRSV. FETV. VOFIONE. GRABOVEI. OCRIPER. FISIV. TOTAPER. IIOVINA. VATVO. FERINE. FETV. HERIE. VINV. HERIE. PONI. FETV. ARVIO. FETV. TASIS. PERSNIMV. PROSE. SETER. MEFA. SPEFA.	PREVERES. VEHIIES. TREF. BVF. CALERVF. FETV. VVFIVNE. KRAPVVI. VCRIPER. FISIV. TVTAPER. IKVVINA. VATVVA. FERINE. FETV. HERI. VINV. HERI. PVNI. ARVIV. VSTENTV. KVTEF. PESNIMV. AREPES. ARVES.
Lin. 22.	*Lin.* 24.
POSTVERIR. VEHIER. HABINA. TRIF. FETV. TEFREI. IOVI. OCRIPER. FISIV. TOTAPER. IIOVINA. SERSE. FETV. PELSANA. FETV. ARVIO. FETV. PONI. FETV. TASES. PERSNIMV. PROSESETIR. STRVSLA. FICLA. ARVEITV. SVRONT. NARATV. PVSE. VERISCO. TREBLANIR.	PVSVERES. VEHIES. TREF. APINAF. FETV. TEFREI. IVVIE. VCRIPER. FISIV. TVTAPER. IKVVINA. PVSTE. ASIANE. FETV. PELSANA. FETV. ARVIA. VSTENTV. PVNI. FETV. TABEX. PESNIMV. ARIPER. ARVIS.

Lin. 23.

APE. HABINA. PVRDINSVST. DESTRVCO. PERSI. VESTISIA. ET. PESONDRO. SORSOM. FETV. CAPIRSE. PERSO. OSATV. EAM. MANI.

Lin. 43.

VOCVCVM. IOVIV. PONNE. OVI. FARFANT. VITLV. TORV. TRIF. FETV. MARTE. HORSE. FETV. POPLVPER. TOTAR. IIOVINAR. TOTAPER. IIOVINA. VATVO. FERINE. FETV. PONI. FETV. ARVIO. FETV. TASES. PERSNIMV.

Lin. 45.

VOCVCOM. COREDIER. VITLV. TORV. TRIF. FETV. HONDE. SERFI. FETV. POPLVPER. TOTAR. IIOVINAR. VATVE. FERINE. FETV. ARVIO. FETV. HERI. VINV. HERI. PONI. FETV. TASIS. PESNIMV. PROSESETIR. TESEDI. FICLA. ARSVEITV. SVRONT. NARATV. PVSE. VERISCO. TREBLANIR.

Lin. 46.

ENO. CARPIHOS. FVST. SVEPO. ESOME. ESONO. ANDERVACOSE. VASETOME. FVST. AVIF. ASERIATV. VEROFE. TREBLANO. CONERTV. RESTE. ESONO. FEITV.

Lin. 48.

PONE. POPLO. AFERO. HERIESAVIF. ASERIATO. ETV. SVRVRO. STIPLATV.

Lin. 53.

TOTAR. TARSINATER. TRIFOR. TARSINATER. TVSCER. NAHARCER. IABVSCER. NOMNER FETV. EHESV. POPLV. NOSVE. IER. EHE. ESV. POPLV. SOPIR. ESME. POPLE. PORTATV. VLO. PVE. MERS. EST. TRIOPER. EHETVR.

Lin. 27.

API. HABINA. PVRTIIVS. SVRVM. PESVNTRA. FETV. ESMIK. VESTIBAM. PREVE. FICTV. TEFRI. IVVI.

Tab. VI. Lin. 1.

VVCVCVM. IVVIV. PVNE. VVEF. FVRFAT. TREF. VITLVF. TVRVF. MARTE. HVRIE. FETV. PVPLVPER. TVTAS. IIVVINAS. TVTAPER. IKVVINA. VATVVA. FERINE. FETV. PONI. FETV. ARVIA. VSTENTV. KVTEP. PESNIMV.

Lin. 4.

VVKVKVM. KVRETIES. TREF. VITLVP. TVRVP. HVNTE. BEFI. FEITV. PVPLVPER. TVTAS. IIVVINAS. TVTAPER. IIVVINA. VATVA. FERINE. FETV. ARVIA. VSTENTV. TENXITIM. ARVEITV. HERIS. VINV. HERIS. PVNI. FEITV. KVTEF. PERSNIMV. ARIPES. ARVIS.

Lin. 7.

INVKVKAR. PIHAX. FVST. SVEPV. ESVMEK. ESVME. ANTER. VACAXE. VABETVMISE. AVIF. ASERIATV. VERVFE. TREPLANV. KVVERTV. RESTEF. ESVNV. FEITV.

Lin. 10.

PVNE. PVPLVM. AFERVM. HEIES. AVEF. ANXVRIATV. ETV. PER. NAIA.

Lin. 16.

TVTA. TARINATE. TRIFV. TAVINATE. TVRSCVM. NAHARCVM. NVMEM. IAPVXKVM. NVMEM. SVEPIS. HABF. PVRTATVLV. PVE. MERS. EST. FEITV. VRV. PERE. MERS. EST.

Hæc collatio inter utramque Tabulam antiquam latine scriptam, & antiquiorem, notis Etruscis exaratam, & vetustiore dialecto conceptam, multa nobis beneficia suppeditat ad vocum discrimen assequendum; atque his amplius unice confert ad confirmandum, hanc tabulæ faciem postponendam fuisse, priorem vero veluti caput sermonis fuisse præmittendam.

Lin.

Lin. I. PREVERIR. TESSENOCIR. BVF. TRIF. FETV. MARTE. GRABOVEI. Sub eadem formula in Tabula præcedente præscriptum est sacrificium trium bobum *Marti Grabovio*. Totidem nunc victimæ assignantur Marti, cum pari attributo *Grabovii*, hoc est potentissimi, quod antiquiores *Krapuviam* proferebant, nondum adoptata littera G, quin & eidem Marti tribuuntur eadem epitheta *Ocrii*, & *Fisii*. Mars est ab Ἄρης Græcorum, idque ab *Haras* Hebræorum, quod *diruere*, *destruere*, & *inruere* significat. Particula *Ma*, quam Itali huic nomini præposuerunt, vestigium est linguæ Phrygiæ, in qua veluti nota Divinitatis habebatur; nam teste Hesychio in Trojanorum lingua *Juppiter* non dicebatur Ζεὺς sed Μάζευς; in Caria pariter Phrygiæ finitima, teste Stephano, *Rea* dicebatur *Marea*, & Bacchus *Masares*, quod est, ex *Ma*, & Hebræorum *Sarà*, *regnare*. In Carmania Bellona dicebatur *Ma*; hinc processit *Mars*, quasi per syncopen ex *Maares*, & per epenthesin *Mamers*, ut apud Volscos, atque Sabinos, ut ait Varro de L. L. & Festus. Cæterum, cum hic agatur de expiatione agrorum, *Mars* partem præcipuam in ea obtinebat, ut apud Catonem de R. R. Idem Cato cap. CXLI. hanc cæremoniam ita præscribit: *Mars Pater te precor, quæsoque, uti sies volens propitius mihi domo, familiaque nostra, cujus rei ergo agrum, terram, fundumque meum suovetaurilia circum agi jussi, uti tu morbos visos, invisosque viduertatem, vastitudinem, calamitates, intemperiasque prohibessis, defendas averruncesque; uti tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire, & bene evenire sinas; pastores, pecuaque salva servassis, duisque bonam salutem, valetudinemque mihi, domo, familiæque nostra; harunce rerum ergo fundi, terra, agrique mei lustrandi, lustrique faciendi ergo, sicuti dixi macte hisce suovetaurilibus lactentibus immolandis esto. Mars Pater ejusdem rei ergo macte hisce suovetaurilibus esto. Item cultro facito struem, & fertum, uti adsiet. Inde obmoveto. Ubi porcum immolabis, agnum, vitulumque sic oportet. Ejusque rei ergo macte hisce suovetaurilibus immolandis esto. Nominare, vetat Martem, agnum vitulumque si minus in omnes litabit, sic verba concipito. Mars Pater si quid in hisce suovetaurilibus lactentibus, neque satisfactum est te hisce suovetaurilibus piaculo. Si uno duobusve dubitaverit, sic verba concipito. Mars Pater quod tibi illuc porco neque satisfactum est, te hoc porco piaculo.* Totam hanc formulam libentius inserui; nam multa passim in his tabulis occurrent, quæ ex hoc Catonis tractu mirifice explicantur; exempli gratia, exorcismo *probibessis*, *defendas*, *averruncesque* respondet hoc nostrum VIRSETO. AVIRSETO. Oblationi *suovetaurilibus* contra ponitur. ESU. BVE. PERACRI. PIHACLV. item formulæ *te hoc porco piaculo*, opponitur PIAFEI. DI. GRABOVIE. *Pibatu*, pro ARSMO. VEIRO. PEQVO. CASTRVO. SALVA. SERITV. Cato effatur, *Fruges*, *frumenta*, *vineta*, *pastores*, *pecuaque salva servassis*. Lin. 2.

Lin. 2. FARSIO. FICLA. &c. PVSE. PRSVERIR. *Farsium* Latinis *fartum*: intestina erant minutatim concissa, simulque coacta. Var. de L. L. Lib. IV. *Ab eadem fartura farcimina in extis appellata, a quo, quod in eo tenuissimum intestinum, fartum*. Hujus compositionem explicat Apicius Lib. II. cap. V. De *Ficla* vide, quæ supra diximus ad Tab. I. 56. PVSE. PRERVSAIR. *Pure preferre, anteferre*.

Lin. 3. Novum id caput in nostra scriptura præscribit formulam sacrificii faciendi *Jovi Sansio*, cum Cantico, quod producitur usque ad lineam 16. ad imitationem tamen præcedentium in honorem Jovis, & Martis.

Lin. 3. POSTVERIR. SIF. FILIV. TRIF. ESTV. FISO. SANSIA. OCRIPAR. FISIV. TOTA. PER. IIOVINA. Victima hic statuta constat ex tribus suibus TRIF. SIF. ut alibi. Hi autem non cujusvis conditionis, sed FILIV. Hæc vox pendet a *Fellare*, hoc est, *exugere*; quapropter lactentes esse debebant. Notissimum est enim quædam antiquorum sacrificia lactentes porculos postulasse. Arnob. lib. VII. *Ille Tauris Deus, hadis alius honoratur, aut ovibus, hic lactentibus porculis, ille intonsis agnis*; quas agnas intonsas supra non uno loco observavimus.

Lin. 3. FISO. SANSIA. Jovis epitheta; nam *Sansius* æque, ac *Sabus* attributa sunt *Jovis*, de quibus opportunius sermonem habebimus infra ad Tab. VI.

Lin. 4. MANDRACLO. De *Mandragora* in sacrificiis nil mihi occurrit, præter quam quod colligimus ex Hesychio. Jovem enim cognominatum fuisse *Mandragoram*, & Venerem *Mandragoritem*. Refert Suidas fructum *Mandragora* comestum inducere oblivionem rerum præteritarum, Diis Gentium maxime accomodum, ut humanarum iniquitatum obliviscerentur: sed maxime puto *Iguvinos* aliquid longe diversum a *Mandragoris* Latinorum, & Græcorum intellexisse. Videant eruditi, an hic lateat adjectivum victimæ alicujus compactum a Μάνδρα *stabulum*, seu *cavea*, in qua armenta includebantur.

Lin. 4. DIRVR. DASTRA. HABITV. PROSESETIR. FICLA. STRVSLA. Hic omnino agitur de proscissione victimæ ad strebulam seligendam. Alibi occurrit DSXTRAME. SCAPLA. nempe *dextra scapula*. In hoc vero loco DISVE. DEXTAE. partem aliquam dextram, quæcunque ea sit, victimæ significat.

Lin. 5. SCALSIE. CONEGOS. FISOVIE. SANSIE. In tabulis etrusce scriptis SCALSETV. CVNICAX. aliqua ex oblationibus faciendis *Fisovio Sansio*. Videndum an *Conegos* sit *Conitum*, *genus libaminis*, *quod farina consperſa faciebant*, ut ait Festus fortassis a Κωνία, *Fornax*, in qua coqueretur, ut nos a foco dicimus *focaccia*; nisi mavis Etruscum *Conegos* esse genus vini generosioris & sacrificiis aptissimi a Κωνίας, sive Κωνίτην. SCALSIA. unde *Scalseto* a Σχάω, *sacrifico*, *seco* &c. Sacrum

crum fiat de *Conito Fisovio Sansio*. Infra lin. 16. inter verba modi imperativi notatur *Scalseto Vestisiar*. Sacrum fiat de *Vestisia*.

Lin. 7. FONS. SIR. PACER. SIR. Inter geminas invocationes *Fisovii Sansii* invocatur hic favore regionis *Deus Fontus*, & pro populo *Dea Pax*. In monumentis *Fratrum Arvalium*, quorum ritus cum nostris hisce plurimum conveniunt, recensentur etiam victimæ offerendæ Deo Fonti: *Fonti Verveces* II. Quin & singulis fontibus, eorumque Geniis sacra constituta fuisse testantur Marmora, quod & potissime comprobat Dempsterus noster *Etruria Reg.* ubi *Fontum* connumerat inter præcipua Etruscorum Numina. Pacem quoque invocatam, cum pro salute Familiarum preces offerrentur, testatur Plaut. *Merc.* IV. 1. 12. *Apollo, quaso, ut des pacem propitius, salutem, & sanitatem nostra familia, Meoque ut parcas, gnato pace propitius*. Quod etiam colligitur ex Catone loco supra citato.

Lin. 9. MEFA. SPEFA. Confer totam hanc lineam cum superiore 28. Tab. I. in qua *Deo Grabovio* sacrum fit ex bove peracri, & formulam invenies penitus convenire, excipe tantum victimam, nam ubi *Jovi Grabovio* offertur bos, hic substituitur FISOVIO. SANSIO. MEFA. SPEFA. quam *Tortæ* genus esse suspicamur, nempe eidem Deo, & sub diversis attributis invocato, cui in successivis sacrificiis oblationes diversæ constitutæ erant. Hoc loco MEFA. SPEFA. distinguitur cum attributo ipsius Dei MEFA. SPEFA. FISOVINA.

Lin. 11. FATO. FITO. PERNE. POSTNE. Præcedunt geminæ dictiones *Depursus*, & inde *Peturpursus*, quæ eamdem rem indicant, cum duplici differentia. Victimam ne, aut aliud importent, mihi incompertum est. Hic certe præscribitur faciendum esse ex *Perna* postica alicujus animalis. FITO. unde apud antiquum Poetam: *O socii nunc fite viri*.

Lin. 11. SEPSES. ARSITE. VOVSE. AVIE. ESONE. FVTV. FONS. PACER. PASE. TVA. OCRE. FISI. TOTE. IIOVINE. Locis omnibus Etrusci Deos assignabant sepis, sylvis, novalibus, viis, quæ omnia sub primis quatuor vocabulis contineri puto; quibus subsequuntur consueta Jovis attributa, nisi & ipsa, quæ præcedunt, eidem Jovi tribuenda sint, ut quemadmodum *Montanus*, *Terminalis*, *Xenius* a peregrinorum, & itinerum custodia dictus est; ita quoque nomen sortitus sit ab aliis agrorum partibus, quæ in ejus tutela censebantur. Quapropter *Sepses* a *sepiendo* idem fortasse est, quod *Terminalis*.

Lin. 17. PVROME. EFVRFATV. SVBRA. SPALMV. ENO. SERSE. COMOLTV. Suboleo in hoc tractu commolationem, nempe conspersionem farinæ farris semiustulati. PVROME. EFVRFATV. quasi *Purofurfore*, sive *Furfurata*, quemadmodum *Commoltu* redolet *commolatum*. Sic in Tab. III. 38. reiteratur eadem formula in VI. 1. PVNE. VVFEF. FVRFATH. TREF. VITLVF. TVRVF. *Pone ovem*, sive *post sacrificium Ovis* commolentur

tres vituli indomiti, seu Tauri. Eandem legem videas infra lin. 43. Sine hujuscemodi farina sale admista, quam appellabant *molam salsam* sacrificium fieri non poterat, Serv. *Æneid.* II. 133. *Sal, & far, quod dicitur mola salsa, qua, & frons victimæ, & foci aspergebantur, & cultri. Fiebat autem de Horna fruge, & de Horno sale*; ut Horatius, & Ovid. *Fast.* I. 337.

Ante Deos homini quod conciliare valeret
Far erat, & puri lucida mica salis.

Idque, ut esset antiqui victus monumentum, ut ait Suidas, ad differentiam Græcorum, qui loco fartis hordeum adhibebant, ut testatur Dionys. Alicar. lib. II. SPHAMV. *expansum*, *sparsum*.

Lin. 18. PVADITA. DVPLA. AITV. PVRDITA. idem ac *vitula*. Infra in lin. 42. dicitur PVRDITO. FVST. nempe factum sit; nam ibi quoque agitur de commolatione. Pariter in Tab. III. 45. PVADOVITV. quod spectat ad idem thema in lin. 56. copulatur cum PAOSASATO. Est autem a Πόρτις, quod idem sonat DVPLA. vox a Latinis excepta, quæ duplicationem sacrificii importabat, nempe PVRDITE. & SACRA. Postremam hanc vocem denotare suspicor *porculum a lacte sincerum*, ut colligitur ex Festo, ejus enim maximus usus fuit in sacrificiis.

Lin. 19. In sequenti capite distinguitur sacrificium faciendum *Jovi Trefei*, sive *Fulminanti*. Hæc præfatio, quæ duas lineas complectitur, & respondet præcedenti in honorem Martis, exordium est Ritualis servandi in sacris Jovis fulguratoris. Quemadmodum vero respondent præfationes inter sese, ita etiam formulæ, & preces in utroque proferendæ paucis mutatis. Etenim in sacrificio *Jovis Sancii* præscribuntur tres porculi lactentes; in hoc vero tres *Habina*.

Lin. 19. CALERSV. a Γάλα, *lac*, quasi *lactans*, seu *lactens* epitethum victimæ. Cum de vitulis agitur, intelligendum de lactentibus; cum de bobus fœminis, nempe vaccis de lactantibus.

Lin. 22. HABINA. TRIF. FATV. Pro hujus victimæ cognitione lumen præit Varro de L. L. lib. VI. *Ambagio dicta, ut ambustum, quod circumustum est, ut ambienia Bos apud Augures, quam circum alia hostiæ constituuntur*. Aliæ editiones habent *Abigena*, aliæ *Abienia*, unde per syncopen *Habina*. Festus *Ambegnam* appellat dicens significare tam bovem, quam vervecem, *cum ad eorum utraque latera agni in sacrificium ducebantur*. Fulgentius de *Prisc. serm.* etiam ovibus id nomen attribuit. *Bebius Macer, qui fastalia dierum scripsit, ait Junoni eas, quæ geminas parerent, oves sacrificare cum duobus agnis altrinsecus alligatis, quas oves Ambignas vocari, quasi ex utraque parte agnos habentes*. Itaque *Habina* apud *Iguvinos*, nil erat nisi adjectivum victimæ omni pecorum generi commune, dum minores victimas hic inde haberent. Qui sumptui faciendo impares essent, imagunculas ficti-

fictiles hujuscemodi animalium consecrabant in Lucis; quemadmodum cum Lucum sacrum veterum Pisaurensium everteremus, porcam invenimus fictilem, cum duobus porculis hic inde dispositis, quæ fortasse sacrificii loco steterat, aut saltem votivum Anathema fuit pro gregis fertilitate dedicatum.

Lin. 23. PAOSASETIR. STAVSLA. Alibi *prosecare strebulam*. Dubium tamen subiit, an STRVSLA. aliquid diversum sit a *Strubla*, quæ manifeste *Strebulam* notat, ita ut STRVSLA. *Struem* significet, de qua Festus: *Strues sunt genera liborum digitorum conjunctorum, non dissimilia, qui superjecta panicula in transversum continentur.* Et alibi: *Struferarii appellabantur homines mercede conducti, qui ad arbores fulguritas, aut piacularium commissarum causa sacrificia quadam strue, & ferto solemnibus verbis faciunt. Precor te, Juppiter, ut mihi volens propitius fies.* Apud Catonem formulam habemus pro strue commovenda, nempe offerenda de R. R. cap. 135. *Jane Pater te hac strue commovenda bonas preces precor, ita ut prius datum ob struem obmovendam, & ferctum libandum.*

Lin. 24. PESONDRO. Infra lin. 40. occurrit PESONDRISCO. quapropter habemus *Pesondrum* majorem, & *Pesondriscum* minorem. Nomen utique obscurissimum, sed victimam notat Ὤνδρες pro Ἄνδρες apud Aristophanem *fæminam* significat, sed vocabulum id nostrum substantivum est; nam adjectiva non recipiunt distinctionem majoris, & minoris.

Lin. 24. SORSOM. *Sursum*, in quo sensu hæc vox mihi visa est accipienda, quemadmodum *super*, & *superne* infra in sequentibus Tabulis, nihilominus non acquiesco; nam infra in lin. 38. hujus Tabulæ occurrit SORSALIR. inter alia nomina victimarum, & oblationum, de qua nihil mihi in promptu est, quod proferam, nisi mutilum locum Pauli Abbreviatoris Festi, *Sortutillus venter Suillus condito farre expletus*. Nisi ergo victimam significat, partem tamen victimæ denotare potest.

Lin. 24. FETV. KAPIRSE. In Tab. V. 18. legitur FATV. KAPIR. Sacrificetur Cabiro in XII. 7. habetur KAPIRVS. in recto, alibi vero KAPIRE. in casu vocandi. De hoc nomine alibi dicendum erit.

Lin. 25. ARNIPO. *Agnum intelligo ab* Ἄρς Ἀρνὸς. In Tab. VI. 19. manifestiora hujus conjecturæ adminicula producemus.

Lin. 27. & 28. SVBOCO. TAFRO. IOVI. Quater invocatur sub hac nuncupatione *Juppiter Fulgurator*, in duabus hisce lineis; quapropter suspicor precem hanc, sive hymnum pertinere ad disciplinam fulguralem, & ad fulminum procurationem, cujus rei ergo, teste Livio, Lib. 1. Rex *Numa* in Aventino aram constituit *Jovi Elicio*; hic enim maximus præstigiator, & hypocritarum antesignanus jactabat se ab ipso Jove scientiam accepisse avertendorum fulminum, ut narrat Arnob.

nob. lib. V. Idem Plin. lib. II. 53. ſcientiam hanc occultiſſimam, commemorat, referens *ſacris quibuſdam & precationibus vel cogi fulmina, vel impetrari*. Hæc vero ſacra, & precationes meo judicio ſunt, quæ in hac Tab. referuntur.

Lin. 28. TEFRALI. PIHACLV. *Piacula* nomen ſortiebantur a Deo, cui adſcripta erant, ut ſupra notavimus. *Piaculum* pro ſacrificio formulæ erat Linguæ Pontificalis, quapropter Gellius lib. IV. 5. de fulmine diſſerens ait: *Piaculis luendum*.

Lin. 28. TIOM. ESV. SORSVM. PERSONTRV. TEFRALI. PIHACLV. Hæc formula reſpondet alteri ſuperius notatæ. TIOM. ESV. BVE. PERACRI. PIHACLV. Hic vero *Bovi* ſubſtituitur SORSVM. PERSONTRV. quapropter dubitandum non eſt, hanc poſtremam oblationem eſſe genus victimæ animalis, de qua paulo ſupra.

Lin. 28. NOMNEPER. TEFRE. Deos, ut alibi notavimus, non ſub uno tantum nomine invocabant, ſed multiplici, cùm potiſſime ſacrificia ad diverſa illorum attributa pertinerent. Graviter enim peccaſſent, ſi cùm de fulminibus avertendis ageretur eum ſimpliciter ſub *Jovis* nomine exorarent; nam *Jove* implorato, *Fulgurator*, aut *Serenus* non exaudiebat, nec reſpondebat. *Tefrus* vero erat a Τεφρόω *in cinerem redigo*, unde Τέφρα *Cinis*, & Τεφρός *Cinereus*.

Lin. 29. PVSI. NAIP. ERITV. TAFRE. IOVIE. *Pura ove fiat ſacrificium Jovi Fulminatori*. Vox ERITV. *ſacrum* ſignificat. Hinc ſæpe occurrit HERI. VINV. HERI. PONI. vox procedit a Ἱερός *ſacer*, detracta per apherefin prima littera, unde *Dores* dicebant Ἱρόν pro Ἱερόν, a quo *Heros* quaſi *Iros*.

Lin. 35. PESONDRV. Præfatur hic ſacrificium novum *ſtaflare* in honorem *Jovis* invocari ſub triplici nuncupatione CAPIRSA. PERSO. OSATV, quibus attributis præmittitur præſcriptio PERSI. FATV. nam id ſacrificium *ſtaflare* nomen accipiebat a Deo PERSI. hoc eſt *Vaſtatore*, cui offerebatur. Huic oblationi PESONDRO. STAFLARE. NERTRVCO. hujus loci reſpondet in lin. 39. ENOM. VESTISIAM. STAFLAREM. NERTRVCO. Proinde PESONDRO. & VESTISIA erant ſpecies victimarum. *Staphilum* vero, unde *ſtaflare* eſt a Σταφυλὴ *uva*, ſive *racemo*, munus gratiſſimum Diis, quibus potiſſimum uvæ racemi offerebantur, cujus Religionis teſtimonia luculentiſſima protulimus in *Tabulis Etruſcorum Vaſculorum*. Conſtat enim antiquos nihil Diis obtuliſſe præter ea, quæ pro cibis adhibebant, veluti poma, farinam, liba, placentas, lac, vinum &c. Poteſt etiam intelligi pro *Staflari Piaculo* ſacrificium pro conſervatione vinearum, quod fieri ſolebat cum Σταφυλοτομία recidebat, hoc eſt *vindemia*. Hæc *Sacra* a Romanis *Vinalia* dicebantur. Plin. lib. XVIII. cap. 29. *Vinalia altera, quæ aguntur ad XIII. Kal. Septembris, & hunc diem feſtum volunt tempeſtatibus leniendis inſtitutum*, & Var. de L. L. lib. V. cap. 3. *Vinalia a vino. Hic dies Jovis*,

vis, non Veneris; hujus rei cura non levis in Latio; nam aliquot locis vindemia primum a Sacerdotibus publice fiebant, ut Romæ etiam nunc; nam Flamen Dialis auspicatur vindemiam. Hic ritus certe antiquus, nam *Iguvini* in honorem *Jovis* idem sacrificium frequentabant. Ex Tab. VIII. 12. habetur TAFLA. pro STAFLA. Atque ibi caper sacrificari debebat una cum racemis: FERTV. TAFLE. SPIR. FERTV. CAPRES. PEVSESATV: quod etiam ex Virgilio *Geor.* II.

Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram,
Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis.

quo pertinet id nostrum *Prosecato*, sive *porricia*. Eadem quoque videas apud Ovid. in *Fast.*

Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aram,
In tua quod spargi cornua possit, erit.

Lin. 38. PROSESETO. ERVS. DIRSTV. *Prosectiam faciat sacer minister,* In Tab. X. DIRSANS. significat *Curionem*, sive *Antistitem Tribuum Populi*, quemadmodum *Ertus* Antistitis socius, id officium in Tab. sequente lin. 43. nuncupatur ERVS. DERSA.

Lin. 40. ENDENDVPELSATV. *Endo prosthesis* erat frequentissima apud antiquiores Latinos, ut *Endoploratu*, *Endoprocintu*, *Enduperator*, *Endocantum*, *Endopeditus*, & his similia. Hanc productionem vocis subsequitur DVPEL. quod *Duplum* significat, ut supra in linea 18. DVPLA. AITV. Eo tamen modo, quo ibi repetitur vox DVPLA. etiam in hac linea replicatur hæc vox. ANDENDVPELSATV. ENOM. PESONDRO. ENDENDOPELSATO. ENOM. VASO. PORSE. PESONDRISCO. prima vice *victima major*, secunda vero *minor* ejusdem speciei offerenda præscribitur.

Lin. 41. ARNIPO. COMATIR. PERNIS. PVST. Agitur hic de *Pernis*, sive *partibus* posterioribus agni, de quo supra.

Lin. 41. PISE. PER. COMOLTV. *Commoletur*, *Pisum* genus victimæ de qua Tab. I. lin. 7.

Lin. 41. SVBRA. SPAHATV. supra *expandito*, *aspergito*.

Lin. 43. VOCVCOM. Incipit Formularium alterius sacrificii *Marti* simul & *Jovi* offerendi. VOCVCOM. videtur importare particulam copulativam, quasi dicat *una cum*; nam quotiescunque recurrit, semper agitur de sacrificio duobus Diis offerendo. Conferatur nunc hæc præsens formula cum altera initio Tab. VI. & continuo patebit hanc præsentem esse paraphrasin alterius enunciatæ; nam, ut diximus, cùm lingua Etrusca, & usus illius scripturæ declinaret, visum est *Pontificibus Iguvinis*, ne vetus Religio perverteretur, Tabulas antiquiores transcribendas esse in dialectum, & characterem, qui tunc invaluerat, adjectis quibusdam cæremoniis, & amplificationibus, quæ in vetustioribus Tabulis desiderabantur.

Lin.

Lin. 43. IOVIV. PONEOVI. FVRFANT. VITLV. TORV. TRIF. FETV. *Jovi* post ovem *furfuratam*, sive *commolatam* fiat Vitulis tauris tribus.

Lin. 43. MARTA. ORSE. FETV. &c. VATVO. FARINE. FATV. MARTI. deinde fiat ORSE. mihi sonat idem, quod *deorsum*, hoc est *subtus*, *inferius*: De quo videndus Vossius in *deorsum*, ubi composita ejusdem thematis derivat *borsum*.

Lin. 43. VITLV. Vox Thusca, teste Apollodoro Lib. II. ubi testatur Tyrrhenos, quæ Latini *taurum* vocabant, *Italon* dixisse, quod & firmat Columella Lib. VI. Ex *Italo* per prosthesin *vitulus* emersit. Varro in VI. de L. L. vocem hanc veluti residuum antiquioris Linguæ Græcæ adnotavit. Geminas etiam voces ex eadem lingua Græca jam tum obsoleta *Porca* & *Capra* habemus in his Tabulis. Var. l. cit. Athenis in libris sacrorum scriptum est Κάπρω καὶ πόρκω, quas voces etiam antiquiores ejusdem linguæ scriptores rejecerunt. TORV est a Chaldæo, & Phænicio *Thor*, ut notavit Vossius.

Lin. 43. VITLV. TORV. Hæ duo voces non redundant; nam ad ætatem victimæ denotandam conjunctæ sunt, nam *Taurum* immolare *Jovi* nefas erat, in tantum, ut contra ritum *Tauro* ab Ænea immolato *Jovi*, cùm urbem conderet in Thracia sanguis eruperit ex virgultis: nam *Jovi* juvencus mactari debebat, quod significat *Vitlu*. *Toru*. Ætatem designat Var. de R. R. cap. V. Prima ætas vitulorum, secunda juvencorum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum. Juvencus igitur est inter vitulum, & bovem novellum, hoc est taurum: non tamen repugnaret Ritualibus, si Jovi una cum Marte, ut in casu præsenti, sacrum præscriptum esset de Tauro. Serv. Æn. IX. V. 627. *Jovi de Tauro non immolabatur, nisi cum Triumphi nomine suovetaurilia fiebant, quod tamen ideo admissum est, quia non tantum Jovi, sed & aliis Diis, qui bello præsunt, sacrificatur.*

Lin. 44. PROSESETIR. FASIO. FICLA, Mendum fortasse subest in hac Tab. ut plura in cæteris, quæ suo loco notabimus; nam pro *Fasio* scribendum erat *Farsio*, ut supra lin. 2. ubi pariter præscribitur ipsissima formula. PROSESATIA. FARSIO. FICLA.

Lin. 45. Pergunt Ritualia ad alterum novum sacrificium, distincto capite, ordinatum, puto iisdem Diis, sed sub arcano nomine occultatis. Quorum primus est CORADIER. de quo nil mihi occurrit, quod proferam, nisi fortasse epitethon sit *Jovis* a *Curetibus* sibi familiaribus, mutuatum, quibus inditum est ex lingua primigenia *Cerim*, vel *Curim*, quæ vox inter cæteras notiones significat *potentes*, & *viros Principes*. Hinc *Curis Sabinorum*, & *Curia*, ut notavimus in schædis nostris de nominibus Urbium. Quemadmodum hoc loco vocabulum COREDIER. respondet *Jovi*; ita *Marti* referendum est alterum vocabulum SERFI, cui pariter attribuitur sacrificium trium vitulorum *Jovi* primum, HONDA. deinde SERFI. FETV.

Lin.

Lin. 47. PIHOS. PVSI. VASEIOMA. PVST. *Expiatum sit*, ut fas est, vel *factum sit*.

Lin. 48. En alterum caput expiationis faciendæ, deinde pro Populo *Afero*. PONE. POPLO. AFERO. Hanc ego partem Populi*Montani esse puto, qui vitam pastoralem ageret in Tabernaculis, quemadmodum FERINE. supra Tab. I. 57. vocantur *Pecudes palantes* in montibus non *Cicures*, aut in *caula* custoditæ.

Lin. 48. STIPLATV. de quo vide notam ad Tab. I. lin. 2.

Lin. 49. CRINCATROHATV. DESTRAME. SCAPLA. In Tab. VI. 11. legitur. KRENCATRV. HATV. ENVMEK. & in VII. 27. 28. KRIKATRV. TESTRE. EVXE. TASTRE. EVXI. HASETV. KRIKATRV. ARVIV. VETENTV. *Quinquatrum*, hic intelligendum puto a numero dierum assignatorum huic celebritati, nec enim una tantum *Minerva* id solemne sibi usurpabat, sed alii etiam ex Diis, ut liquet ex Festo ad hanc vocem. In eo igitur Dextra scapula danda erat, PIRENDENDV composita est a *per*, & *dando* præmissa secundæ voci particulæ enphatica *Endo*, quasi *Endodare*, seu potius *indere*, pro *imponere*, *adjicere* &c.

Lin. 50. DEXTRE. ONSE. FERTV. Forte *dextra coxa*.

Lin. 50. PONE. ESONOMF. Deinde *Deo Esono* fiat aliud sacrificium.

Lin. 50. ARSMATIAM. *Armum* victimæ hic intelligo, cùm paulo infra subsequatur *Destre Onse*.

Lin. 52. PRSPA. Victimæ, vel auspicia, unde *Prepetes* a perpetrando, quia faciundis rebus essent accomoda, sicuti e contra *Inebra*, quæ tardarent, vel morarentur agentem, ut ait Vossius in *Inebra*, Festi auctoritate innixus. Sed verius *Prepa* est particula ordinalis, quasi prius, unde *præparare*; nam postea subsequitur *Ape*, quasi *apud*, vel *post*: PREPA. DESVA. COMBIFIANSI. APE. DESVA. COMBIFIANSIVST.

Lin. 52. ESONOME. ACESONI. *Jovis* cognomina. De hoc ultimo vide Tab. III. 52.

Lin. 53. TERMNVCO. STAHITVTO. *Termino statuto*, seu *constituto* inter Populi tribus, seu curias, de quibus infra. Agitur fortasse de sacris faciundis *Jovi Terminali*, cui in finibus inter Curias sacrificia offerenda erant, de quibus hic est sermo.

Lin. 53. PISEST. TOTAR. TARSINATER. *Piata* sit, sive *Expiata* tota regio *Tarsinatium*. Constat evidenter ex hac Tab. Populum Iguvinum divisum olim fuisse in plures *Curias*, quæ, subcrescente Populo, subdivisæ fuerunt in *Veteres*, & *Novas*; imo unam ex his discretam fuisse in *Veterem*, *Novam*, & *Tertiam*. Hic recensentur *Tarsinates* cognomine *Trifores*, *Tarsinates* Tusci, *Nahartes*, & *Jabusci*. Alibi nobis occurrent *Clavernii*, *Talenates*, *Curejates*, aliique, de quibus suo loco. Harum Curiones conveniebant ad sacra communia, & *Strebulam* reportabant. Putassem hæc nomina pertinere ad diver-

fas

ſas Urbes, quæ in Sacrario *Iguvinorum* convenirent; quemadmodum Etruſci in Luco *Voltumna* inter *Faliſcos*, & *Vulſinios*; & Populi Latini in monte Albano. Aſt cum nullum ex hiſce nominibus convenire videam finitimis Urbibus, quæ antiquum adhuc nomen retinent, adhæſi priori ſententiæ, nomina hæc ad Curias Populi pertinere, attenta præſertim illarum diviſione in Veteres, & Novas. *Tarſinates*, ut ſuſpicor, fuere, qui a Latinis *Tadinates* dicti ſunt, quorum ſedes in ſummo *Apennino* fuit prope *Gualdum* in agro *Iguvino*, urbs aliquando Epiſcopalis, nunc autem nulla, vix dignoſcenda veſtigiis prope viam Flaminiam ad X. Lapid. a Civitate noſtra. Diſtinctio hujus Tribus in *Trifores*, & *Tuſcos* proceſſit, ut opinor, quod prior tria *Fora*, hoc eſt *Pagos* occuparet: *Tuſci* vero nomen ſortiti ſunt ab aliqua *Thuſca* Colonia, quæ fines ſuos egreſſa in agro *Iguvino* conſtitetit.

Lin. 54. NAHARCER. NAHARTES. Secundum nominis naturam Incolæ ſunt Terrarum prope flumina; nam NAHAR. in lingua primitiva *flumen* ſignificat, qua voce primi Italiæ Populi *fluvium* deſignaverunt, qui Sabinam circumfluit, ut fuſe notavimus in prænunciatis ſchædis de Nominibus Urbium &c. Sed id nomen generale eſt, & univerſis fluminibus commune veluti *Metauro*, *Tibridi*, &c. aliiſque, quæ Agrum *Iguvinum* ambiunt, vel ſecant. Hos *Nabartes* fuiſſe puto, qui nunc regionem Tiberinam incolunt, ubi affluens oppidum *Caſtiglion della Teverina*. De *Jabuſis* nil habeo, quod producam.

Lin. 54: NOMNER. FETV. Præmiſſis nuncupationibus quatuor Populorum ſubjungitur NOMNER. FETV. EHESV. POPLV. NOSVE. IER. EHE. EHESV. POPLV. SOPIR. Nomine eorumdem Populorum, ipſius Populi, & nos *Ier* a Ἱερὸς, *ſacerdotes*: EHESV. POPLV. *ipſius Populi* &c. In precibus apud Catonem de R. R. ſemper interponitur oratio pro ipſis Sacerdotibus: *Sies propitius mihi, liberiſque meis, domo, familiæque mea*. Idem videre eſt in omnibus hymnis Homeri, & Orphæi, & in pulcherrimo Herculis, quem Virgilius more ſuo expolivit:

Salve vera Jovis proles, decus adite Divis,
Et nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.

Comparetur nunc Virgilianum, & *Nos* cum *Iguvinorum* NOSVE, & extemplo obſervabis formulam eſſe communem.

Lin. 56. STAHITV. ENO. DEITV. ARSMAHAMO. CATERAHAMO. TVVINVR. ENOCOM. PRINVATIR. PERACRIS. SACRIS. AMBRETVTO. APE. AMBREFVRE. TERMNONE. Totus hic Ritualium tractus pertinet ad ſacrificium *Ambarvale*, in quo victimæ circumferebantur per fines agrorum, & illorum terminos, non privatorum, ſed Curiatum. Repetamus ſingillatim verba hujus formulæ, quæ mihi perſpicua videntur. STAHITV. ENO. DEITV. *Statuto uno die*. ARSMAHAMO. quæ vox deſcen-

ſcendit ab ARSMO. *armento*. CATERAHAMO. *purgatio* a Καθαρισμὸς, quod *purgare*, ſive *expiare* ſignificat. Senſus itaque utriuſque vocis in hac compoſitione eſt armentalis expiatio. IOVINVR. ANO. COM. PAINVATIR. *Iguvini una cum primo vatuo*, ideſt, *victima* præcedente, de qua VI. 23. cui adſcribitur epitheton *Peracris ſacris*, nempe *Vatuo* ſacro, pro *agris*. AMBRETVTO. *circumeant*. APE. ANBREFVRENT. *apud* ſive *poſtea* circumferant ab *am*, & *fero*. TERMNOME. circa *terminum*, & *fines* agrorum. AMBRETVTO. eſt pariter compoſitum ab *am* & *etuto*, ſive *ito*. Neutra ex his vocibus exuberat; nam in formula hujus Sacri apud Catonem habemus: *Circumagi, ſive circumferenda cenſeas*, quod idem eſt AMARSTVTO. & AMBREFVRENT. Cæterum *Catharmata*, ſivè *purgationes* ex attributis diſtingui ſolebant, ut Tab. VI. 20. ARNV. ANV. KATERAHAMV. nempe *Agnus annuum*, *Catarma* pro Iguvinis.

Lin. 57. SERFE. MARTIS. PRESTOTA. SERFIA. SERFER. *Servator Mars preſto ſis*, *ſerva ſervator*. Invocatur hic *Mars Silvanus* agrorum Cuſtos. Quin & aliquando Urbium habebatur ob duplex officium bellicum oppugnandi, & propugnandi. Hinc in nummis aliquando occurrit *Mars Conſervator*, & Heſiodus in *Clyp.* illum appellat *Salutarem*.

Lin. 58. MARTIER. TVRSA. SERFIA. SERFER. Novum hic attributum emergit *Martis* apud Etruſcos, nempe *Thurius*, cujus teſtimonio explicatur lemma ejus imagini adiectum in patera Dempſteriana, de qua vide, quæ notavimus in noſtris *Paralipomenis*. Nomen deſcendit ex Θορέω *inſultare*, unde apud Homerum Θούριος Ἄρης, hoc eſt, *exiliens in prælia*, ut explicat Serv. *Æneid.* III. 35.

Lin. 58. SERFIA. MARTIER. TOTAM. TARSINATEM. TRIFO. TARSINATEM. TVSCOM. NAHARCOM. IAPVSCOM. *Serva, o Mars*, *totam Tarſinatem*, *Triforem*, *Tarſinatem*, *Thuſcam*, *Nabartes*, *Tabuſcos;* quatuor ex Tribubus Populi *Iguvini*, pro quibus ſacrum id *Ambarvale* offerebatur.

Lin. 58. TOTAR. TARSINATER. *Defende*, *paſce*, *cuſtodi totam Tarſinatem*.

Lin. 59. NOMNER. NERF. SIHITV. ANSIHITV. *In honorem Tui nominis*. Differentiam hic noto inter NOME. & NOMNER. ſi tamen utraque vox ab eodem themate proficiſcitur NOMNER. NERF. ſignificabit *Paſtor fortis*. NERF. (nempe *fortis*; nam magis expreſſe alibi legitur NERVS, quam vocem Sabinis communem explicat Gellius XIII. 21. *Nerio ſive Nerienes Sabinum verbum eſt*, *eoque ſignificatur virtus*, *& fortitudo*) SIHITIR. ANSIHITIR. ſunt a Σωτὴρ *Servator*, quo nomine illum Romani, ut ſupra diximus, invocarunt. ANSIHITIA. addita particula *An* augumentativa, ſive reduplicativa eſt quædam ſpecies ſuperlativi ab Ἀνὰ *ſurſum* ſeu *ſuper*, ac ſi diceret *Servator*, & *Superſervator*. Sic Romani dicere ſolebant *Mars ultor*, & *bis ultor*.

Lin. 59. IOVIR. HOSTATIR. ANOSTATIR. Duodecim hic tremenda Jovis epitheta, a totidem terrificis illius officiis desumpta, numerantur. HOSTATIR. ANOSTATIR. *a feriendo*, & *superferiendo*. *Ostire* juxta Nonium *ferire* significabat, unde *hostis*; idem ac *inimicus*, quia ferit; *hostia*, quia percussa, cadit.

Lin. 60. TVRSITV. TREMITV. Prima vox eadem est a TVREA. & TVRSE, de qua paulo supra ab *insiliendo*, TREMITV. a *tremore* incutiendo.

Lin. 60. HONDV. HOLTV. Prima dictio mihi importat *pluvium*, quasi HONDV. sit ab *unda*, Græcis Ὕδωρ. HOLTV. *Ultor*.

Lin. 60. NINCTV. NEPITV. SONITV. A *Nive* emittenda, unde *ningit*. NEPITV a Νεφὸς *nube*, quapropter apud Græcos sæpe *Nubicocus* appellatur, & *Nubium* congregator. SONITV. *Tonans*, quo nomine Augures illum appellabant, ut refert Cicero de *Nat. Deorum*. Apud Orphæum audit Βρονταῖος, & Marmora Latina quandoque *Brontontem* appellant.

Lin. 60. SAVITV. PREPLOTATV. PREVILATV. Ex tribus posterioribus attributis supremum tantum dissolvam. In his Tab. præsertim etrusce scriptis inter epitheta *Jovis* recensetur etiam *Sabur*, ut in Tab. VII. 4. & VIII. 24. IVPPATER. SABE. attributum *Sabinis* familiare, quod, auctore Festo, *in Sabini* est a Σέβεσθαι *Venerabilis*. Declinante autem lingua Etrusca a *Sabo* derivativum, sive adjectivum factum est SAVITV. Postrema duo epitheta *Tageti venturo* reservamus, nos etenim in his, & cæteris multis caligamus.

Lin. 61. SERFIE. MARTIE. PRESTOTA. SERFIA. SERFER. MARTIER. TVRSA. SERFIA. SERFER. *Servator Mars presto sis*, *serva*, *Servator*, *Mars*, *Turius*, *Serva*, *Servator*.

Lin. 61. MARTIER. FVTVTO. FONER. PACER. PASE. VESTRA. TOTAR. IOVINAR. *Mars Virilis*, seu *Strenuus* a Φὼς, quæ vox, ut ait Macrobius loco citato, non solum *lucem*, sed etiam *hominem* notat, quapropter id attributum in præsenti hypothesi *fortem*, *bellicosum* notat.

Lin. 61. FONER. Ab inimicorum cæde, quasi Φονεὺς *Homicida*. Hoc, aut simili cognomine sæpe auditur apud Homerum, Orphæum, & Macrobium *Saturn.* I. 12. Processit hic titulus ab Etruscis in Latinos, nam apud Cl. a Turre de *Diis Aquilejensibus* legitur inscriptio:

FONIONI
SACR
SEIA. IONIS
MAG
D. D

Ubi doctissimus Auctor epitethon hoc *Martis*, e Græco Φόνος, *cædes*, *homicidium*, unde Φονεὺς *homicida* derivat. PACER. PASE VESTRA. *Pacifice te*,

ficate, *Pace Vestra* (nam hìc Juppiter, & Mars invocantur) totam regionem *Iguvinam* subsequuntur, deinde plurima utriusque Numinis attributa alibi sæpius explicata.

Lin. 62. APE. ESTE. DERSICURENT. ENO. DEITU. *Apud ista disse- cent*, *secent*, *dividant uno die*.

Lin. 63. IOVINUR. PORSE. PERCA. ARSMATIA. *Iguvini porriciant pro armentis*. ARIEST. APEEST. DERSICUST. *Habeant apud ista dissecata*. DUTI. AMRRETUTO. *Detur quod in girum actum est*.

Lin. 63. E. VROONT. APE. TERMNONE. *Et urant apud terminum*: Nam lustrationes agrorum fieri solebant in finibus, qui territoria discernebant, de quo vide collecta per Pitiscum in *Ambarvalia*, in *Hostia Ambarvalis* &c.

Lin. 64. SURURONT. PESNIMUMO. SURURONT. DEITU. ETAIAS. DEITU. Tres formulæ, ut opinor, dandi, vel offerendi.

Lin. 64. DEITU. ENOM. TERTIM. AMRRETUTO. *Detur unum sacrificium tertium circumlatum*. TERTIM. ut opinor, est *Trittyx*, perfectum sacrificium ex *sue*, *ove*, *hirco*, juxta Suidam in Τριττὺς, de quo meminit etiam Aristoteles; sed *tertium* etiam explicari potest; nam perfectum non erat, nisi post trinam circuitionem.

Lin. 64. APE. TERMNOME. RENUS. *Apud terminum bene*, rite, & ut fas est.

Lin. 65. Repetuntur tres formulæ *dandi*, *donandi*, *offerendi*, & concluditur hæc Tabula VIA. PORA. BENUSO. *Prope viam bene videndum*; tamen an *Pora* sit Πορεία, quæ vox *iter*, *progressum*, *profectionem*, & similia significat, quasi hæc vox adjecta *via* aliquod attributum importet, vel actionem, in via, exempli gratia, in processu *via* &c. Nam hîc describitur sacrificium consummandum prope terminum in *via*. Notandum quoque antiquos dixisse *apor* pro *apud*; quapropter transposita litera PORA. idem est ac *apor viam*.



T A B. III.

Quæ incipit : SVRVRONT. PESNINVMO. *latinis litteris ſcripta, ejuſdem menſuræ ac præcedens.*

Laminam præcedentem utrinque ſcriptam præmiſimus, quia hæc, quam agredimur, æqualis menſuræ, & artificii argumentum in illa intermiſſum continuat. Hanc ſequelam manifeſte cognoſcimus ex replicatione ultimæ lineæ Tab. præcedentis adamuſſim tranſcriptæ in principio Præſentis. Præterea obſervatur, quod Rituale interruptum in antecedenti continuatur in hac præſenti, in qua expletur paraphraſis totius Tab. V. & inde proceditur ad explanationem Tab. VI. Interim ſuſpicio inſurgit, quod in poſtica hujus laminæ, quæ maxima ex parte vacua eſt, ſubnecti debuiſſe expoſitio ſequentis Tab. VII. quod tamen minime factum eſt, vel diſſentientibus Pontificibus, ſive Populi viciſſitudinibus obſiſtentibus. Omiſſo igitur initio jam expreſſo in fine Tab. antecedentis, in tertia hujus Tab. linea continuatur traductio Tab. VI. a lin. 24.

Tab. III. Lin. 3.

FONDLIRE. ABROF. TRIF. FETV. HERIEI. ROFRV. HERIEI. PETV. SERSE. MARTIE. FERTV. POPLVPER. TOTAR. IIOVINAR. TOTAPER. IIOVINA. VATVO. FERINE. FETV. PONI. FETV. ARVIO. FETV. TASES. PESNIMV.

Lin. 6.

RVBINE. PORCA. TRIF. ROFA. OTE. PEIA. FETV. PRESTOTE. SERFIE. SERFER. MARTIER. POPLVPER. TOTAR. IIOVINAR. TOTAPER. IIOVINA. PERSAIA. FETV. PONI. FETV. ARVIO. FETV. TASES. PESNIMV.

Lin. 41.

TRAHAF. SAHATE. VITLA. TRIF. FETV. TVRSE. SERFIE. SERFER. MARTIER. POPLVPER. TOTAR. IIOVINAR. TOTAPER. IIOVINA. PERSAEA. FETV. ARVIO. FETV. TASES. PERSNIMV.

Lin. 42.

Tab. VI. Lin. 24.

PVNTLERE. TRIF. APRVF. RVFRV. VTEPEIV. FEITV. BERFE. MARTI. VATVVV. FERIME. FETV. ARVIV. VSTENTV. PVNI. FETV. TABEX. PESNIMV. AREPE. ARVES.

Lin 27.

RVPINIE. ETRE. PVRKA. RVFRA. VTEPEIA. FETV. PERSTATE. BERFIE. BERFE. MARTIES. PERAIA.

Lin. 31.

TRA. SATE. TREF. VITLAF. FEITV. TVSE. BERFIE. BERFE. MARTIES. PERAIA. FEITV. ARVIV. VSTETV. PVNI. FETV. TABEX. PESNIMV.

Lin. 33.

Lin. 42.

APE. PVRDINSVST. CARSITV. PVFE. ABRONS. FACVRENT. PVSE. ERVS. DERSA. APE. ERVS. DIRSVST. POSTRO. ÇOMBIFIATV. RVBINAME. ERV. DERSA. ENEM. TRAHA. SAHATAM. COMBIFIATV. ERVS. DERSA. ENEM. RVBINAME. POSTRO. COVERTV. COMOLTV. COMATIR. PERSNIMV. ET. CAPIF. SACRA. AIVTV. ENOM. TRAHA. SAHATAM. COVERTV. COMOLTV. COMATIR. PERSNIHIMV. ENOM. PVRDITOM. FVST.

Lin. 46.

POSTERTIO. PANE. POPLO. ANDIRSAFVST.

Lin. 33.

PVNE. PVRTIMBVS. KARETV. PVFE. APRVF. PAKVRENT. PVXE. ERVS. TERA. APE. ERVS. TERVST. PVSTRV. KVPIFIATV. RVPINAME. ERVS. TERA. ENE. TRA. SAHTA. KVPIPIAIA. ERVS. TERA. ENV. RVPINAME. PVSTRV. KVVERTV. ANT. AKRE. KVMATE. PESNIMV. ENV. KAPI. SAKRA. AITV. VESKLV. VETV. ENV. SATANE. KVVERTV. ANTAKRE. KVMATE. PESNIMV. ENV. ESONV. PVRTITV. FVST.

Lin. 40.

PVSTERTIV. PANE. PVPLV. ATERAFVST.

Lin. 3. FONDLIRE. ABROF. TRIF. FETV. *Deo Fonti fiat sacrificium ex tribus apris*. Sub nomine *apri* nullatenus accipiendus est *porcus silvestris*, sed *sus*, ut notat Varro de R. R. II. cap. 1. *De suibus nemini ignotum, nisi qui Apros non putant sues vocari*; de quo videndus Turnebus in Notis. *Fontem* inter epitetha *Jovis* supra notavimus, nihilominus Numen distinctum sub hoc nomine agnoscimus, in cujus honorem *Fontinalia* sacra constituta erant, de quibus Varro, & Festus. In monumentis *Fratrum Arvalium* victima illi designantur, ut supra diximus Tab. II. n. 7. *Fontalem* appellat Plautus in *Stico* Act. 5.

. . . . Utrum Fontale,
An Libero imperium te inbibere mavis.

Varro quoque de R. R. inter Deos agrorum custodes *Lynpham* invocat. Fontibus *Porcam* sacrificabant antiqui: Martial. VI. 47.

Exsolvit votis hac se Tibi Virgine Porca
Marcus, furtivam quod bibit ager aquam.

Lin. 3. HERIEI. ROFV. HERIEI. PEIV. SERFE. MARTIE. FEITV. *Marti fiat*. HERIEI. ROFV. *Ariete Rufo, alioque Ariete*. PEIV. ignotæ nobis differentiæ.

Lin. 5. TRAHA. SAHATA. De hac vide infra ad lin. 41.

Lin. 6. RVBINE. PORCA. TRIF. ROFA. OTE. PEIA. FETV. En *Dea Rubigo*, cui sacrificium præscribitur ex triplici PORÇA. *Rufa*. Veteres maximi fecerunt *Deum Rubigum*, & *Deam Rubigam*, seu *Rubiginem*, de quibus videndi Var. de L. L. lib. V. & de R. R. cap. 1. Ovid. in *Fast.* IV. 911. quorum primus loc. cit. de R. R. totum Rituale recitat, quo *Rubigini* fieri debebat sacrificium ex cane, & ove.

Lin.

Lin. 6. OTE. PEIA. Prima vox mihi videtur traducta ab *Ove*, mutata T. in V. quemadmodum ab antiqua voce *Laterniones* emersit *Laverniones*, ut notat Vossius. Græca origo neutram ex hisce literis admisit Ὄϊς. Et notandum est, quod in Tab. VI. 24. dicitur VTE. PEIV. quod in hac Tab. lin. 3. vertitur HERIEI. PEIV. substituto, cum formularia reformarentur. *Ariete pro Ove*. PEIA. epithetum, *Ovis*, sive *Arietis*, ut mihi videtûr, ætatem pecudis notat a Παῖς. quod proprie *puerum*, seu teneram ætatem significat.

Lin. 7. PERSAIA. FETV. PONI. FETV. Primam vocem supra I. 50. *vinum vetus*, sive præteriti anni significare diximus; nam Dii vino generoso fruebantur, illoque puro, ut notat Brisson. *de Form.* Lib. I. & expressum de vite imputata penitus rejiciebant, veluti deterius, ut notat Plin. L. XIV. 19.

Lin. 7. PONI. FETV. *Ponem* pro *pane* alibi explicavimus; nam placentæ passim in sacrificiis intererant. Sabini sub nomine panis *Cererem* intelligebant, & *Bacchum* sub nomine *Loebasii*, ut ait Serv. Geor. I. 7., & hujus postremi nominis originem derivat a Λοιβή, quo significatur *res Divina*. At puto *Loebasium* corruptum esse a *Liber*, mutata R. in S; unde *Loebas* pro *Lebar*. Hic notanda est differentia inter PONE. *post*, & PONI. *panem*. Hic enim *Poni* vim habet rei offerendæ PERSAIA. FETV. PONI. FETV. ARVIO. FETV.

Lin. 9. VESCLIR. ADRIR. AVESCOR. *Vesculum*, unde per aphæresin *esculenta*, & *esca*. AORIR. *Adoreum* genus farris ab *Ador* Virg. VII. *Adorea liba*; Genus erat placentæ. Totus iste tractus stilum Cantici Amoebæi redolet, quod paulo infra replicatur pro salute quatuor Curiarum, quas supra memoravimus.

Lin. 11. PREVENOV. *præbere*, cui respondet in Linea 27. AHAVENDV. quasi *post præbere*.

Lin. 11. ATERO, & infra Tab. VI. Lin. 40. ATERAFVST. manifeste importat aliquam purgationem a Καθαρίζω.

Lin. 13. NERVS. SITIR. ANSIHITIR. IOVIES. HOSTATIR. &c. Quæ sequuntur invocationem, continent Deorum supra enunciatorum sub eadem formula, ac repetitione attributorum, quibus semper cumulantur; unde deducitur *Iguvinos* in omni pene sacrificio solemnibus hisce verbis uti consuevisse.

Lin. 21. MARTIER. TIOM. ISIR. VESCLIR. AORIR. *Mars tuum esto Vesclum Adoreum*. TIOM. PLENER. POPLVPER. TOTAR. IIOVINAR. *Tuum esto plene, integre pro Populo Iguvino*, PLENVM. censebatur inter verba solemnia. Mart. IV. 45.

. . . . *Plena dat latus acerra*.

Et Virg. V. 745.

Farre pio, & plena supplex veneratur acerra.

Lin.

Lin. 23. ENOM. RVSEME. PARSCLV. *Unum canem rufum*, sive *russum*, ut dicebant antiquiores.

Lin. 24. VESCLIR. ALFIR. Ἄλφιτον proprie est *farina hordacea*, sed usurpatur etiam pro quacumque alia, dum apta sit ad pultem conficiendam.

Lin. 27. MARTIER. AHAVANDV. VIA. ACLA. ATERO. POPLE. TOTAR. IIOVINAR. TOTE. IIOVINE. POPLER. TOTAR. IIOVINAR. TOTE. IIOVINE. NARVS. &c. Hæc formula fere respondet alteri, quam præmisimus supra in lin. 11. MARTIER. PREVENDV. VIA. ECLA. ATERO. TOTE. TARSINATE. TRIFO. TARSINATE. TVSCER. NAHARCAR. IARVSAR. Notanda hic duplex differentia inter utramque formulam. In priore deprecatur pro quatuor Populis. In hac posteriore pro uno tantum Populo Iguvino, sed quater repetitur *Populus Iguvinus*, ne universitas esset deterioris conditionis, minusque haberet, quam singulæ partes. Observandum quoque est in prima formula vox PREVANDV composita ex particula *Pra*, & *Vendu*; at in posteriore eidem voci respondet AHAVENDV, quæ differentia facile importat idem, quod *prius*, & *post*, quemadmodum PREVERIR, & POSTVERIR. Itaque PREVENDV. *præbere* significat, & AHAVENOV. *iterum præbere*, sive *simul præbere*; nam aliquando apud Græcos particula *A* in principio denotat, *simul* ut in Ἀδελφοὶ. Hæc observatio confert ad intelligentiam alterius vocis in superiore lin. 23. in qua præmissa in honorem Martis victima ENOM. VASTIGATV. deinde subjungitur aliud sacrificium canis RVFRI. AHATRIPVRSATV. ENOM. RVSEME. PARSCLV.

Lin. 30. MARTIER. SALVOM. SERITV. *Mars salva segetem*. Eadem obsecratio sæpe repetitur, & modo *Juppiter*, modo *Mars*, *Sylvanus* invocantur pro Populi salute.

Lin. 30. TOTAR. IIOVINAR. TOTE. IVVINE. Sæpe adnotavi hanc repetitionem in casu diverso, cum hoc discrimine, quod in prima voce repetitur littera I in secunda vero simplex adnotatur. Ratio discriminis nos certe latet, sed non inaniter Pontifices hanc distinctionem observarunt. Quod unice suspicor, primo loco intelligenda est *Civitas*, secundo verò *Populus*, sive *Regio*; nam subsequuntur partes Populi ARSMO. VIRO. PEQVO. CASTRVVO. FRIF. quæ postrema vox *Fratriam*, sive *fratrias*, & *Curias* Populi significare diximus Tab. I. 32. Reliqua ex dictis patent.

Lin. 38. ERVS. DITV. ENNO. Dubitavi aliquando tria Numina hic invocari in novo hoc Formulario præscripto sub titulo POSVARIR. nempe ERVS. *Junonem*. DITV. *Ditem*. ENNO. *Martem Ennyalium*, nempe *bellicum*, sive potius *Genium Martis* ab illo distinctum, pro ut vere illum distinguit Sophocles in *Ajace*, & Suidas in hac voce; sed nec *Junonem*, nec *Ditem* intervenisse puto in hisce solemniis, sed tantum *Martem*. Itaque particulam hanc ita verto. ARVS. *Sacerdos* a Ἱερεὺς, quod idem sonat DITV. *det*, ANNO. *Ennyalio*.

Lin.

Lin. 39. TRAHA. SAHATA. Post invocationem *Pacis*, *Pausi*, *Rubiginis*, *Fontis*, prӕter *Jovem*, & *Martem* prӕscribitur hic in peculiari sequenti capitulo sacrum offerendum *Trabæ Sabatæ*. Numina hic subesse non dubito; nam ad instar *Rubiginis* honorantur, & cum eadem formula. En ritus piliandæ *Rubiginis*. DIRSVS. POSTRO. COMBIFIATV. RVBINAME. ERVS. DERSA. ENEM. RVBINAME. POSTRO. COVERTV. COMOLTV. COMATIR. PERSNIMV. En alterum TRAHAE. SAHATE. ENEM. TRAHA. SAHATAM. COMBIFIATV. ERVS. DERSA. ENEM. TRAHA. SAHATAM. COVERTV. COMOLTV. COMATIR. PERSNIMV. Has igitur puto esse *Sejam*, & *Segestam*. Plin. Lib. XVIII. cap. 11. *Sejam a serendo, Segestam a segetibus appellabant, quarum simulacra in circo videmus*. *Traba* est a Τρόγυ, *frumentum*, *triticum*, quod seritur, substituta loco Γ. grӕcorum, latina aspiratione H. inter quas maxima intercedit affinitas in linguis Orientalibus, in quibus gutturalis *Nghain* non aliter exprimitur latinis notis, quam per H. Et revera credibile est *Iguvinos* aspirationem hanc familiarissimam habuisse, cùm illa traspiret passim in hac dialecto SIHITIR. ANOVIHIMV. ARSMAHAMO &c. unde a *Traga* Traham factam puto, quam Latini dixere *Sejam* a sementibus, servata primӕva notione seminum. Eadem ratione *Sabatam* eamdem puto, quam *Segestam*, interposita littera G. molliori, pro gutturali H. Differentiam officii explicat D. Aug. *de Civit. Dei* Lib. IV. 8. *Sata frumenta quandiu sub terra essent præpositam voluerunt habere Deam Sejam* (& congruit aptissime Ethymon a nobis adductum) *cùm vero jam super Terram essent, & segetem facerent, Deam Segetiam proposuerunt*. Totum deinde id caput versatur in sacro offerendo hisce Deabus juxta formulas cum cӕteris usitatas.

Lin. 46. POSTERTIO. PANE. POPLO. ANDIRSAFVST. PORSE. &c. *Post tertium ambitum* PANE. POPLO. *Omni Populo* a Πᾶν, quod significat *totum*. ANDIRSAFVST. *expiationem* aliquam, seu *circuitionem*, *ambitum*, aut *dimissionem* totius cӕtus populi significat ab Α'ντρ (nam alibi legimus ATERSA. FVST.) quӕ particula aliquando importat *separationem*, aut *dimissionem*. Consonat hӕc liturgia cum Romana; nam Quirites ab Etruscis illam acceperunt. Hi ter circuibant agros cum hostiis Virgil. *Georg.* I.

Terque novas circum felix eat hostia fruges.

quo referenda est formula hӕc nostra *Postertio*.

Lin. 47. TOTAM. TARSINATEM &c. Hic fine cӕremoniӕ repetitur hymnus in honorem omnium Deorum supra invocatorum, cum consuetis attributis favore quatuor *Curiarum*, quӕ sacris interfuerunt una cum *Tota Jovina*, seu Populo, & clauditur trina hӕc superstitio in lin. 51. cum alio sacrificio IVVENCI. TRIOPER. DEITV. ENOM. IVVENGAR.

Lin. 52.

Lin. 52. TRIF. PRONOM. HABVRENT. EAF. ACERSONIEM. *Tria prima habeat ea Acersonius*; intelligendum de holocaustis. *Acersonius* attributum est *Jovis* expetitum a mysteriis *Cabirorum*, apud quos *Axiocersos* vocabatur Proserpina, *Axiocersas* Pluto. Utraque nomina particulam *Cersus* includunt, quam Latini *Cerum* dixere: Festus in Matrem matutam: *In carmine Saliari Cerus manus intelligitur Creator bonus*.



T A B. IV.

Quæ incipit PISI. PANVPEI. *latinis litteris ſcripta. Pars averſa præcedentis.*

QUarta hæc Tab. ob oculos ponit ſcripturam ſignatam in poſtica ſecundæ laminæ, in qua continetur concluſio totius cæremoniæ *Ambarvalis*: ſive, ut melius dicam, nihil eſt, niſi epilogus, ſive monumentum hiſtoricum totius ſolemnitatis celebratæ in fine anni ſæcularis: quapropter, quæ hic continentur, non pertinent ad Ritualia, ſed ad memoriam geſtorum.

Lin. 1. PISI. PANVPEI. FRATREXS. FRATRVS. ATIERSER. FVSTEREC. SVESO. FRATRECATE. Nomen hic ſubeſſe puto *Pontificis*, ſeu verius *Curionis*, unius ex fratribus *Atieriis*, qui *Sueſo Fratrecate* pro *ſua Fratria*, ſive Collegio fratrum *Atieriorum*, & totius Fratriæ; PORTAIA, ſive circumtulit *piamina*.

Lin. 1. PISI. PANVPAI. Diu dubitavi, an PISI. actionem importaret expiationis; nam in hoc ſenſu ſæpe occurrit in præcedentibus Tabulis ſed repugnat contextui orationis; quapropter nihil eſt, niſi prænomen PANVPAI, ſive *Pompeii*; nam utraque particula duorum nominum derivat ab eodem Græco fonte, ſimulque ſignificat *publice*, ſive toti populo *oſtentare*. Nec miror prænomen *Piſi* ſignificationem habere *expiandi*, ſive *expiatoris*; nam univerſa prænomina etiam Latinorum ſignificationem ſuam habebant, quandoque ſacram, ut *Oppiter*, *Titus*, *Lar*, *Numa* &c. ita & nomina familiarum *Antiſtia*, *Curiatia*, *Fabia*, *Flaminia*, *Lartia*, *Pomponia*, quæ a Diis, & ſacris miniſteriis originem traxerunt. Sed valde dubito, *Piſum* in hac lingua ſignificare genus pecudis, ut alibi; nec fortaſſe inaniter ſuſpicatus ſum, cùm *Piſum* viderem frequenter inter victimas numeratum. Romani quoque a belluis generoſa nomina derivarunt. Quæ ſi ita ſunt, non inaniter quantum res obſcura patitur, hic tractus explicari poteſt. *Piſo Pompejus Frater*, ſive Contribulis *Fratrum Atieriorum*, SVESO. FRATRECATE. pro *ſua Fratria* portavit SAVACNE, nempe *hoc anno*, (nam vox iſta compoſita eſt ex radice *Annus*; & ſemper ſignificat tempus, ut infra Tab. VII. 39. VINV. SEVARNI, & quandoque cum SEVARNI conjungitur PARAKNI, quod tempus perenne ſignificat) portavit, inquam, FRATROM. ATIERSIO. *Fratribus Atieriis*. PISI. REPER. FRATRECA. *pibamina*, ſeu *victimas*, ex *Piſo* pro *Fratria*.

Lin. 2. PONE. IVVENGAR. TVRSIANDV. *Juvencum Turſio*, hoc eſt, Marti dicatum. Quemadmodum in Tab. præcedenti lin. 51. legitur

IVVAN-

IVVENGAR . PERACRIO . TVRSITVTO. Nam victimarum nomina aliquando in adjectivum abibant, formatum a nomine Dei illius, cui addicta erant.

Lin. 3. HERTEI. APPEI. En alterum ex Antistitibus *Hertum. Appium. Herti* prænomen primus omnium eruit e tenebris noster Fabrettus, cui adstipulatur exemplum præsens. ATIERSIR & ipse ex Tribu *Atieria*. POPLOM. ANDERSAFVST. SVF. NEIP. *Populum expiavit, circumivit, dimisit*, aut quid simile sacrificato sue, & ove. En tres victimæ, ex quibus *suovetaurilia* constabant.

Lin. 3. PORTVST. ISSOC. PVSEI. SVBRA. SCREHTO. EST. FRATEC. IMOTAR. SINE. Hic nil discernimus, nisi pauca verba, ex quibus tamen sensum assequimur; est enim formula solemnis in Ritualibus Fratrum Arvalium: *Praeunte in ea verba, qua supra scripta sunt*. Præire verba nil erat, nisi *præferre* ante oculos Pontificis Tabulam Formularii, ne quid in proferendo perverteret, quod piaculi loco habebatur. Hinc in quibusdam Ossuariis Etruscorum, quorum imagines Operi *Dempsteriano* insertæ sunt, sculpta observantur sacrificia, in quibus conspicuus est alter ex Ministris, qui Tabulam præsefert cum prece inscripta.

Lin. 4. A. CCC. Epocam hic assequimur solemnioris hujus sacrificii, nempe tertium *Sæculare* quo exeunte, novum hic formularium a Tabula subsequente, utique antiquiore translatum est, atque amplificatum. Utrum vero tertium id sæculare numerandum sit ab origine Civitatis Nostræ, sive potius a deductione alicujus novæ Coloniæ in augumentum Populi primitivi, asserere non audeo. Inclinarem potius in posteriorem sententiam; improbabile enim mihi videtur Civitatem *Iguvinam*, cum rejectis Etruscis litteris Latinas adoptavit, tria tantum sæcula, nec plura numerasse. *Samnites* quidem, & *Campani*, qui prius characteribus Etruscis utebantur, illos non rejecerunt, nisi cum in potestatem Romanorum devenerunt circa annum Urbis 464. ut constat ex Nummis. Diffuso tunc usu recentioris, & commodioris scripturæ totæ jam Italiæ imperantis, credibile est, *Iguvinos* nostros illam excepisse. Quis ergo reputabit florentissimam illam Umbriæ partem, atque opulentissimam habitatoribus caruisse ante A. U. 164. nec non nisi circa eam ætatem Populo, & Civitate destitutam? Ante Romam conditam omnes circa Provinciæ opibus, & armis floruerunt, quæ præsertim soli ubertate pollebant. Firmissime igitur sentio epocam hanc Latinis litteris obsignatam, non ab Urbe nostra condita derivandam esse, sed ab alio longe posteriori principio, vel fæderationis cum aliis circa Populis in unum coeuntibus ad majestatem augendam, sive potius a costructione amplioris Templi *Jovis*, ad cujus Sacrarium Pontificales hæ Tabulæ pertinebant.

Pp 2 *TAB.*

T A B. V.

Quæ incipit : ESTE . PERSCLVM . *Etrusce scripta.*

HÆC lamina utrinque scripta est, quapropter ex ea formavimus Tabulam V. & VI. Literæ hujus lateris ampliores sunt & mensuram digiti transversi æquant, quæ in altero latere notabiliter decrescunt. Illius longitudo est pedis unius, & unc. X. latit. ped. 1. unc. 1. Hinc intelligimus faciem hanc præcedere debere, quemadmodum in Tabula I. præcedit hujus Tabulæ traductio. Capita, quæ in prioribus Tabulis distinguntur ex primis litteris signatis in margine, hic separantur spatio interposito, quantum integra linea occuparet. In fine sermonis sequentis Tabulæ scriptura notabiliter coarctatur lineola interposita, qua distinctione postrema capita separantur. Notandum est, quod lineæ hujus scripturæ circa finem singularum spatium purum intermittunt unius, aut alterius vocis capacissimum, ut moris est Poetarum, ac si scriptura metro constaret; quod tamen nullum inde transpirat, si lineas computemus. Aliquod tamen deprehendimus in hymno, cujus tamen nullam rationem habuit scalptor, incisis intercalaribus ubicumque inciderent. Hæc ratio scripturæ intercisæ pausam recitantium, sive cantantium præscribebat, quemadmodum in Psalmis Hebraicis observamus, in quibus asterisci non pertinent ad Poeticam mensuram, sed ad quietem Psallentium, ut notavimus in Tractatu de *Poesi Hebræorum*. In fine linearum aliquando interumpuntur voces, quatum extrema littera transfertur in principium lineæ sequentis contra formam laminatum præcedentium.

Præmisimus hanc Tabulam continere formulam sacrificii *Ambarvalis*, quam fusius expressam, multis adjectis, paucisque mutatis, ad examen revocavimus in Tabulis antecedentibus. Ideo hanc, & sequentes anteriores esse constat. Quin ex comparatione utriusque intelligimus differentiam dialecti; & quanquam radices verborum ex eodem capite promanaverint, attamen pronunciatio, & definentia vocum aliqua ex parte in Latium declinat; quod maxime confert ad intelligentiam austerioris dialecti, quam pertentandam suscipimus, prætermissis his, quæ ex antecedentibus per se patent.

Lin. 3. VSTENTV. Nullum hic *ostentum* expiandum, sed origo vocis est ab *hostire*, ferire victimas.

Lin. 5. FEITV. SEVVM. Pro SEVACNE. cui contraponitur PERACNE.

Lin. 6. KVTEF. PESNIMV. In prioribus Tabulis fere semper dicitur TASES. PESNIMV. quam vocem supra ad Tab. I. 55. explicavimus *statuere Pernam*, sive *coxam* victimæ. KVTEF. vero idem quod Latinis *cita-*

ciere, *excitare*, a verbo *cieo*, quod inter cæteras notiones significat etiam *producere*, ideoque utraque vox convenit victimæ, sive partibus illius.

Lin. 6. ARAPES. ARVES. Sex capita, in quibus hæc Tabula divisa est, constanter eodem intercalari clauduntur. *Arepes* ab Ἄρνεξα pars inferior montium, Ὄρους Πεζα pes montium, ab *har* hæbreorum. *Arves* arva ab Ἄρόω.

Lin. 7. PVSVERES. TAEPLANES. Respondent formulæ. POSTVEAIR. TREBLANIA, lin. 58. Tab. I. respondentque pariter *victima utrobique præscripta*.

Lin. 7. CVMIAF. idem quod *Gomia*. Vide Tab. I. 58.

Lin. 9. SVPASVMTV. Latini dixere *mactare*, sive *magis augere*. Hoc intelligebant de commolatione victimæ in Tabula II. lin. 17. hæc formula sonat SOPA. PVROME. EFVAFATV. SVBAA. SPAHMV. COMOLTV, quod referendum putavimus ad indicatam *commolationem*.

Lin. 10. AARAAVES. Alibi AREPES. AAVES. Hic in lamina ærea observantur cicatrices litterarum usque ab antiquo deletarum ob sphalma ab incisore admissum, & a Pontificibus emendatum.

Lin 11. PREVERES. TESENAKES. In Latinis PARVEAIR. TESSENOCIA.

Lin. 14. PVSVERES. TESENAKES. In superiori sacrificio hostia præscribitur trium boum. TRERVF. FETV. MARTE. Hic in posteriore tres porcelli lactantes TREF. SIF. FELIVF. Hinc fortasse Latini dixere filium a *fellando*, sive *sugendo* lacte.

Lin. 15. FISE. SABI. Duo Jovis epitetha *Fixius*, & *Sabus*. In *Notis ad Lucernas* Tom. I. observavimus titulum *Sabi* attributum fuisse *Jovi*, & *Baccho*, ut in hymnis Græcorum. Nomen istud, auctore Plinio, Deum peculiarem Arabum notabat, quod Græce significabat *mysterium*, fortasse a Σίβας *cultus*, *adoratio*, nisi potius arcessere velimus id nomen a fonte antiquiore: nam Hebraice *Zaba* Imperatorem significat, & *Zebaoth*, *exercitus* in plurali. Baccho tamen id attributum processit ex eadem lingua; nam *Saba* bibere, & *Sebe* vinum significat, & *Sebaim* ebrii. Qui modo nuncupatur *Fise*, *Sabi* in Tab. II. l. 5. dicitur FISOVI. SANSII, quapropter *Sabus*, & *Sansius* Jovem designant.

Lin. 17. FIIVVI. Syncopes est ex FISSIVVI.

Lin. 18. FETV. KAPIR. PVRTITA. SACREF. *Fiat Cabiro ex porcello* ante diem X. nato: Varro de R. R. Lib. II. c. 4. ait de fœtibus animalium: *Quod a partu decimo die habentur puri. Ab eo appellantur ab antiquis* SACRES, *quod tum ad sacrificium idonei dicuntur primum*. Quin absolute sine substantivo *Sacres* intelliguntur porcelli ejusdem conditionis. In schædis Festi inseritur locus Enii *Fuso sanguine Sacrem*. PVATITAF. Genus est alterius victimæ, nam infra adjungitur ETRAF. PVRTITAF. ETRAF. SACREF. Alteram *Purtitam* distinctam, & alteram *Sacrem*. ETRAF, ut sæpe notavimus est ab Ἕτερο. Alter diversus distinctus. PVRTITA. fortasse est vitula a Πόρτις *Juvenca*.

Lin. 20.

Lin. 20. PEEVERES. VEHIIES. TREF. BVF. KALERVF. FETV. VVFIVNE. KRAPVVI. Duo nova sacrificia hic præscribuntur, antecedens, & paulo infra subsequens. PVSVERES. In hoc primo reperitur formula expressa in Tab. II. 19. nempe de tribus bobus fœminis, hoc est vaccis lactantibus, de quibus ibi. Differunt attributa *Jovis*, qui in superiori loco TEFEEVS, nempe *fulminator* appellatur, hic vero VVFIVNE. KRAPVVI. quod in Tabulis antecedentibus est *Grabovius*. De VVFIVNE. nil succurrit, quod proferam. Vox videtur composita ex Φόνος, unde Φονεὺς *homicida*, fortasse ex Titanum exterminio.

Lin. 24. PVSVERES. VEHIIES. TREF. APINAF. FETV. TRERE. IOVIE. Hæc formula respondet alteri, quam præmisimus in Tab. II. 22. quæ ex hoc loco desumpta est. De APINAF. sive HABINA. vide, quæ in loco supra citato dicta sunt. Nec recurrendum puto ad græcum Ἀπήνη. *Vehiculum*, sive *Thensa*, in qua Deorum simulacra circumferebantur, quæ vox recurrit in nummis Græcorum apud Vaillantium, & præsertim *Commodi*, *Gordiani Pii*, & *Etruscillæ* cum epigraphe:

ΑΠΗΝΗ. ΙΕΡΑ. ΕΦΕCΙΩΝ.

Thensa Sacra Ephesiorum, non inquam recurrendum puto ad hanc Ethymologiam, cum manifeste hic agatur de victima. Hæc notavi, ne consonantia verborum utriusque linguæ in errorem inducat, nisi sensus elicitus ex similitudine recte congruat proposito, cui adoptatur.

Lin. 25. PVSTE. ASIANE. FETV. XEBEF. FETV. PELSANA. FETV. ARVIA. VSTENTV. Responder ordo secundi sacrificii cum altero, quod præscriptum legimus Tab. II. lin. 22. Sed differunt victimæ; nam in priore notantur SEBSE. FETV. PELSANA. FETV. ARVIO. FETV. PONI. FETV. TASIS. PESNIMV. In hac vero Tabula nomina victimarum variant ASIANE. FETV. XEBEF. FETV. PELSANA. FETV. ARVIA. VSTENTV. PVNI. FETV. TABEX. PERSIMV.

Lin. 25. PVSTE. ASIANE. FETV. *Postea fiat sacrificium ex Asiana*, nomen mihi ignotum, quemadmodum *Xeref*, & *Pelsana*.

Lin. 27. API. HABINA. Apud *Habinam*, nempe *Ambegnam*, ut in Tab. II. lin. 23.

Lin. 28. FETV. EMICH. VESTIBAM. In lin. 25. Tab. II. ARNIPO. VESTISIA. VESTICOS. KAPIRSO.

Lin. 29. PERIKAPIRE. *Peri* attributum est divinum a Πέρι, accentu præfixo in prima, quod importat *egregie*, *eximie*, *supramodum &c.* ideoque sæpissime conjungitur cum titulo *Cabiri*; excellens *Cabirus*.

Lin. 30. STAFLI. Sacrificium *staflare*, nempe ex racemis uvæ, de quo in Tab. II. lin. 37. & seqq. Finis hujus Tabulæ respondet lin. 42. Tab. II. quæ vero in illa sequuntur, desumpta sunt ex Tabula sequente, nempe ex facie postica hujus laminæ.

TAB. VI.

TAB. VI.

Pars postica praecedentis.

Lin. 1. VVCVCVM. IVVIV. PVNE. VVEF. *Una cum Jove post ovem* PVRFAT. TREF. VITLVF. TVRVF. MARTE. HVRIE. FETV. &c. Immolentur *Furfure*, sive *mola tres vituli Tauri Marti Orio*. Particula *Vucucum* necessaria erat ad conjungenda in sermone duo sacrificia *Jovi*, & *Marti Orio*, nempe *Terminali*, sive finium custodi. Id attributum *Juppiter* sibi usurpat frequentissime; Ast Homerus saepe nuncupat Martem *Custodem Urbium*; ejus enim officium duplex, bellum inferre, & repulsare, ut supra notavimus.

Lin. 4. VVCVCVM. KVRRTIES. TREF. VITLVF. TVRVF. En alterum sacrificium una simul offerendum *Jovi Cureti* ex tribus Vitulis Tauris.

Lin. 4. HVNTEBE. FI. FEITV. En alterum ignotum numen, qui sibi adscribit sacrificium ex FI. Haec vox concisa est ex *Filiu*, sive *lactente* victima. Unde vero Deum hunc e tenebris revelabimus? ex Tabula VII. sequente linea 20. & 34. ubi legitur HVNTE. IVVIE; quapropter epithetum est *Jovis*, qui pro omnibus, & singulis epithetis onerosissimus erat concivibus meis, novas semper victimas postulando. VNTEBE. est ab Εἰμί, *sum* unde Ὤν, Ὄντος, *existens*. Haud miror Ethnicos attigisse nomen Deo dignum, nisi id inter fabulas prostituissent; cùm enim subodoraverint nomen Tetragrammaton, unde nomen Jovis efformarunt minime miror, si cognomentum non dissimilis significationis eidem adscripserint. Circa nomen Dei *On* videnda, quae diximus in *Supplementis ad Thes. Diptych.* Tab. III.

Lin. 7. INVKVKAR. Vox ista dividenda est, & prima pars INVK. *unum*, seu *unam* significat, & VKAR. est nomen victimae VKAR. quemadmodum in Tabula IX. 4. agendo de victimis nominatur INVK. VHEVRV. fortasse *Taurus*, ibi in lin. 7. INVK. VHTVR. quod idem est in diverso casu. Pariter in linea 15. INVK. THIVERA. linea 16. INVK. KAXSI. FERINE. & linea 18. TRIS. KAKSI. ASTINTV. nempe feriantur ab *hostire*. Quapropter manifestum est INVKVCKAR. *singularem victimam* omnino denotare.

Lin. 7. PIHAX. FVST. SVEPV. ESVMEK. ESVNV. *Victima de qua supra piata sit*, sive consecrata sit cum suo *sumine*, nempe *Arvina* in honorem *Esonis*.

Lin. 8. VACAXEVABETVMISEAVIF. Hic omnino deest interpunctio; nam haec, & plura alia artifices nostri peccarunt, nodumque indissolubi-

lubilem nobis objecerunt. Assequor ultimam partem AVIF. AFERIATV. *Ovem intonsam*, nam AFERIATV. semper est ANSARIATA. Si vero retinenda est præsens lectura vox AFERIATV. est a FERINE. epithetum *ovis palantis*, & *pascuariæ* ad differentiam ovis *clatræ*, sive *Altilis*.

Lin. 10. PERNAIEF. PVSTNAIAF. *Perna postica*.

Lin. 10. KRENKATRVM. *quinquatrum*, spatium quinque dierum.

Lin. 13. ANVMEK. STEFLATV. PARFAM. TESCAM. TEFA. TVTE. IGVVINA. Hic agitur de Voto alicujus Sacelli in honorem Numinis alicujus. STEFLATV. *stipulato*. PARFAM. TESCAM. TEFE. *Jovi Fulminanti* pro tota *Iguvina*. TESCA. dicta a *tuendo*, *prius tuesca*, ut ait Varro de L. L. Lib. VI. *Loca quædam agrestia, quæ alicujus Dei sunt, dicuntur Tesca*: & Festus, *Tesca*, Verrius ait, *loca augurio designata, quo termino finis in terra augurii*. Opilius Aurelius *loca consecrata ad augurandum* scribit: sed sancta loca undique septa docent Pontificis libri, in quibus scriptum est: *Templumque, sedemque, tescuumque, sive Deo, sive Deæ dedicaverit*. Horumce locorum consecrationis formulam habes ex Varrone apud Thomasinum *de Donar.* cap. 3. *Templa, Tescaque incita sunto, quæ ad ego caste lingua nuncupavero, olla veter arbor quisquis est, quam me sentio dixisse Templum tescumque esto. In sinistrum olla veeer arbor quidquid est, quod me sentio dixisse Templum, tescumque esto. In dexterum inter ea conregione, conspitione, contumione, ut, & quæ rectissime sensi*.

Lin. 14. VEA. AVIACLA. Hic fortasse sermo est de aliqua via, in qua *Tesca* statuenda erat. AVIACLA. *via angustior*, *Callis*.

Lin. 16. AKERIVNIAMEM. ENVMEK. Numen *Acheronium* idem *Juppiter* apud Etruscos, quemadmodum apud primævos Latinos in carmine Saliari vocabatur *Cerus Manus*, creator bonus. Convenit cum hoc nomine titulus librorum Tagetis de Ritualibus suæ gentis, qui *Akerontici* vocabantur, ut refert Servius *Æneid.* VIII. 398. de quibus in præfatione ad nostrum *Acheronticum*. Inde etiam dictæ cæremoniæ, & Gallorum Deus *Cernunnus*, de quo Acta Regalis Academiæ. *Mævanates* habuere Deum *Cironem*, quem memorant Acta Martyrii Vincentii, Episcopi Mævanatis sub Domitiano, quæ ex Codice antiquo exscripsit olim Amicus meus Presbyter *Andreas Jovannellius*, socius Academiæ Pisaurensis, & peculiari dissertatione illustravit, quæ est CXV. inter Manuscripta in Archivo Academiæ nostræ Pisaurensis. Non negligam conjecturam Deum *Acherunium* esse, qui apud Græcos vocatur Κεραύνιος Ζεὺς *Juppiter Fulgurator*.

Lin. 16. TARINATE. TRIFV. Eadem Tribus, quæ alibi dicitur TARSINATE. Subjunguntur aliæ tres Tribus, cum adjectione singulis apposita ENVMEK. & NVMEM, quam si velis intelligere, potes de attributo *Jovis Nomi*, hoc est *pastoris*, licèt hæc vox *præfecturam* etiam significet, & translate etiam partem populi.

Lin. 18.

Lin. 18. SVEPIS. HABE. PVRTATVLV. Suo nomine habeant PVRTATVLVM. aliquid quod a sacrificio deportaretur, veluti *Strebula*. Vox convenit cum PVRTOVITV: quam vocem genus esse victimæ indicavimus.

Lin. 19. PVNE. PRINVVATVS. STAHEREN. TERMNESKV. PONE. deinde primus *Vatuus* statuatur prope terminum ENVMEK. Curiarum, sive Tribuum, quæ notio potissime convenit huic contextui, statuant, inquam, ARMV. ANV. *Armum agni* KATERAMV. IGVVINV. Purgationem *Iguvinorum*. De *Vatuo* vide l. 57.

Lin. 20. THVRES. & PVRE. *Thure*, & *Vino*. Quemadmodum enim dicebant *merum* pro vino generoso, ita *Purum*, pro vino puro; Ovid. Lib. III. de *Pont.* I.

Thura fer ad magnos, vinaque pura Deos.

Lin. 20. AMPREFV. Ab *Am*, & *Fero*, circumfero. Infra sæpe occurrit AMPREFVRENT. *Circumferant*.

Lin. 21. TRIIVPER. AMPRRHTV. Hic subaudio *trinum* illum *circuitum*, quemadmodum explicavimus AMBRETVTO, & AMBREFVRR.

Lin. 23. PRINVVATVS. EIMV. ETVTV. Prima vox mihi composita videtur ex *Prin*, & *Vatuvo*, de quo supra, nempe victima duorum annorum, de qua *Etutu* faciendum est, vel esse debet sacrificium a verbo *sum*, quasi *esto*.

Lin. 24. VTE. PEIV. *Uti prius*. Alibi legimus VTE. KVESTVR, ut *Quæstor*.

Lin. 24. SERFE. Epithetum Martis Servatoris. Alibi *Serfe*.

Lin. 27. RVPINIE. ETRE. PVRCA. RVFRA. VTE. PEIA. FETV. PRESTATE. *Rubigini*, alteram *Porcam Rufam*, uti prius fœtam, præstate.

Lin. 28. Exinde proponitur conclusio sacrificii cum tribus aliis extremis oblationibus faciendis *Marti*, *Rubigini*, *& Jovi*. Primum ex tribus extremis in hac, & sequentibus duabus lineis concluditur MARTIES. PERAIA. FEITV. *Marti ultimo fiat*. PERAI est a Περαίνω, *terminare*, *complere*. Id sacrificium FETV. constare debebat inter cætera ex *vatuvo*. ATRV. *coloris atri*, & ALFV *farina hordacea*.

Lin. 29. KAPI. SACRA. *Kalpar*. De quo Festus *vinum novum*, *antequam degustarent*, *libabant*, *quod appellabant Kalpar.*

Lin. 31. TRA. SATE. En alterum ex tribus sacrificiis TRASATE. nempe *Seie* faciendum. Pariter PERAIA. nempe *postremum*, sed simul cum Marte una cum tribus vitulis. Singulis sacris adjungitur intercalaris obsecratio AREPES. ARVES.

Lin. 33. PVNE. PVRTINEVS. KARETY. PVFE. APRVF. PVNE. CARATV. pro *Caratu*, expiato pure ex apro.

Lin. 34. FAKVRENT. PVXE. ERVS. *Faciant pure*.

Lin. 34. ERVS. TERA. APE.
ERVS. TERVST. PVSTRV.
ERVS. TERA. ENE. TEA. SAHTA.
ERVS. TERA. ENV. RVPINAME.

Hæc repetitio, paucis intermiſſis, precationem ſapit, & oblationem Sacerdotum circa finem Sacrificii.

Lin. 40. PVSTERTIV. PANE. PVPLV. ATERAFVST. IVEKA. PERACRE. TVSE. IV. Poſt tertium omnis populus expietur. ATERA vide CATERHAMO, *purgare* Juvenca peracri. TVSE. IV. conciſe pro TVSE. IVVIE. TVSE. eſt a Θύω *ſacrifico*, unde Θυσία *ſacrificium*.

Lin. 41. SVPER. KVMNE. ARFERTVR. Super omnem *Arferiam*, quo nomine ob venerationem antiquitatis retento, ſignificabant Latini quidquid Diis offerebantur, ab *afferendo*, ſive *inferendo*, unde apud Catonem de R. R. pronunciatur *inferium*. Itaque hæc precatio reſpicit totum contextum ſacrificii, & eſt veluti nova oblatio univerſarum victimarum, ut ſi quid in illis offerendis perverſe actum foret, per hanc novam expiationem redintegraretur.

Lin. 42. EAFIVEKA. Deeſt in Lamina interpunctio. EAF. idem eſt, ac *eas*, IVEKA. eſt *Juvenca*. Paulo ſupra IVEKA. PERAKRE. *Juvenca arvalis*. Hic tres hujuſmodi ſtatuuntur *Jovi Acheruuio*, & *Tuſe Jovi*, idque PERAIA, ut in lin. 44. nempe pro complemento tam ingentis *carnificinæ*, & *perditionis*, tam opimi pecoris, in qua nemo non derideт majorum noſtrorum prodigalitatem, & inſaniam.

Lin. 45. KVESTRE. Poſtrema hæc linea, quæ nobis *Quæſtorem* annunciat, cujus fortaſſe arbitratu hæ Tabulæ primum ſcriptæ, & probatæ ſunt. Hæc linea inpronunciabilis ob omiſſam interpunctionem, facile continet approbationem *Quæſtoris* propria manu exaratam in autographo, quam, quia infelicius formatam, ſcalptor incurioſus, ut concepit, ita expreſſit. Eandem fere videas in Tab. ſequente, ſed deficiente ſpatio eam ſcalptor in margine expreſſit. En exemplar utriuſque.

Tab. VI. 45. KVESTRE. TIE. VSAIE. SVESVVVEBISFITISTETEIES.

Tab. VII. 44. KVESTRE TIE VSAIE. SVE SVVVESISTITETEIES.

Utramque ita interpretabor, niſi potius operam ludam: Quæſtor TIE. hoc eſt, ſacrorum aut Collegii ſacerdotum a Θύω *ſacrifico*, VSAIE. *ſacrorum* ab Ὁσιότης *ſanctitas*, SVESV. VVE. *ſua propria Ove*. BISTITE *conſtituta*, TEIES *ſacrum fecit* a Θύω, ut ſupra.

TAB. VII.

T A B. VII.

Quæ incipit PVNE. KARNE.

HÆC Tabula respondet præcedenti non tantum mole, sed etiam forma litterarum; quapropter contemporaneas esse puto. Postica vero hujus Laminæ pars, quæ nobis Tab. VIII. constituit, licet Etrusce scripta sit, diverso tamen tempore, & manu exarata videtur.

Lin. 1. PVNE. KARNE. SPETVRIE. *Post carnem speturiam* sacrificium præscribitur faciendum per fratres *Atierios* in honorem ESVNE *Jovis*. *Caro Speturia* est ea pars ventris, ubi mammæ prosiliunt, quam Latini *spetile* nuncuparunt.

Lin. 5. IVVE. PATRE. EVM. PERACNE. SPETVRE. PERACNE. *Jovi Patri* EVM. *Bovem peracnem*, & *speturiam peracnem*.

Lin. 5. AESTATV. IVVIE. *Expiatori Jovi:* de quo late disseruimus in nostris *Roncaliensibus* Ep. X, pag. 330.

Lin. 8. TIKAMNE. IVVE. KAPIRE. a Τύχη *fortuna*, epithetum Jovis *Ticamui*, quasi *Datoris* fortunæ.

Lin. 10. AHTV. IVVIP. VVE. PERAKNEM. *Feritori Jovi ove peracni.* AHTV *ab* Ἄτω *ferire*.

Lin. 11. AHTV. MARTI. AERVNV. PERAKNE. FETV. *Marti Feritori*, *Apro peracni* fiat, hinc intelligimus idem attributum utrique fuisse commune, Ex voce AHTV forsan compositum AHTIMAM, & alia similia.

Lin. 12. FASIV. PRVSEKATE. ARVEITV. *Farcimine* pro *secia*, & *ariete*.

Lin. 13. FETV. TRA. EKVVINE. *Fiat*, intelligendum de Sacro, Deæ *Trabæ Iguvinæ*, hoc est, regionis *Iguvinæ* præsidi.

Lin. 15. CATLE. TIBEL. STAKAX. EST. SVME. CATLE. *catulus*. TIBEL. STAKAX. Prima vox genus victimæ notat, de quo alibi erit sermo. STAKAX. Epithetum ejusdem victimæ, ut opinor a Σταθμός *ovile*, *caula*, quasi ex victima *caviari*.

Lin. 15. HVNTIA. Alibi observabimus KAPIAE. HVNTE. IVVIE. Quapropter epithetum *Jovis* est, de quo Tab. I. lin. 29. ubi legitur OSE. sed in dialecto ad Latinos accedente, quæ vox in antiquori pronunciatione erat VNTEEE. VNTE. & HVNTIA. Dubium interim an *Huntia* Græco more sit quartus casus, seu potius fœmininum, explicans nobis *Junonem*, non tamen *Unxiam*, quæ nuncupatio ab *ungendo* facta est.

Lin. 15. RVME. VETITE. ANTER. MENXARV. HERIERI. FABIV. ARFERTVR. SVMEN. hoc eſt, pars victimæ aſſata. MENXAEV. ut mihi videtur, non *menſam* ſignificat, ſed *meſſem*. ANTER. MENXAEV. *ante meſſem*. BERSIARV. & KVRBLASIV. quæ huic voci coniunguntur, fortaſſe vinum præteriti anni, quod in Tabulis latine ſcriptis PERBAE. dicitur: ſecunda vox alterum genus oblationis. Secundum vocabulum genus aliquod *molæ* ſeu *farinæ* ſignificat cum vino conjungendum. Subſequitur vero HERIJEI. FABIV. ARFERTVR. AVIS. ANXERIATES. MENXNE. Sacerdos *Fabi* afferat ovem intonſam MENXNE. hoc eſt, pro *meſſe*. Totus iſte tractus mire conſonat cum principio Tab. XII.

Lin. 17. HVNTIA. FERTV. Eidem numini, ſive *Junonis*, ſive *Jovi*, quod verius puto, præſcribitur novum ſacrum, & *catulo*, *ariete*, & *ſtrebula*, aliiſque oblationibus ſæpius recenſitis, cum VMEN. hoc *omento*, quod comburi debebat, ut conſtat ex Homero *Iliad*. I. 460. *Jugulaverunt, & excoriaverunt, coxaſque ſecuerunt. Arvinaque cooperuerunt, dupliciter facientes*: & Perſius in *Satyr*. II.

Tot tibi cum in flammis Junicum omenta liqueſcant.

Lin. 20. ANTENTV. Actionem aliquam in ſacrificio denotat hæc vox. Nam in XI. 25. legitur PRVMVM. ANTENTV. Ibi 16. & 17. FEREHTRV. ANTENTV. FERACLV. ANTENTV. & Tab. XII. 21. PRESVNTRR. ANTENTV. & ibi 27. ARIAF. ANTENTV. voces propriæ diſciplinæ auguralis.

Lin. 20. ESVNV. PVNI. FEITV. *Eſoni deinde fiat*. Deinde replicatur HVNTE. IVVIE. AMPENTV. CATLV. SAKRE. SEVAKNE. *Unxio Jovi*. AMPENTV. ex *catulo*, pro ſacrificio illius anni.

Lin. 21. PETRVNIAPER. NATINE. FRATEV. ATIIERIV. *Id ſacrificium fiat per Petronium*, ſive *gentem Petroniam Natinatorem Curiæ Fratrum Atieriorum*. *Natinatores* juxta ſchædas Feſti erant negotia gerentes, quanquam hæc vox ſignificaret etiam *factioſos*. In Tab. ſeq. lin. 26. deſcribitur aliud ſacrificium faciendum IVVE. PATRE. VVBIAPRE. NATINE. FRATRV. ATIIERIV. nempe per VVBIA per gentem *Vibiam* negotia gerentem eorundem Fratrum *Atieriorum*.

Linea 23. PRVSEBIA. KARTV. KREMATRA. De Proſicia quarta pars cremata plene ſit APLENIA. SVTENT.

Lin. 25. VINV. NVVIE. Vinum novum libari ſolebat *Jovi* Kalendis Martii, de quibus vide Gyraldum *Syntag*. XVII.

Lin. 25. TIV. PVNI. TIV. VINV. PVNI. alibi explicavimus pro *deinde*. Hic vero *panem*, & *vinum ſacrum* videtur demonſtrare. Alibi enim habemus HERI. VINV. HERI. PONI. & quemadmodum *Heri* deduci poteſt a ἱερὸς *ſacer*, ita *Tiu* a Θύω *ſacrifico*.

Lin. 26.

Lin. 26. KREMATRVE. SVMEL. *Comburatur sumen*, nempe infima pars ventris in porca lacte turgida ad differentiam *Spetilis*, in quo hæc conditio non concurrebat.

Lin. 27. TVA. TEFRA. Aliquid hic latet de disciplina Fulgurali. Nam hoc loco memorantur *duo fulgura*, sive *secundum fulgur* TVA. *duo* significat. In Tab. XI. in qua agitur de fulminum procuratione in lin. 34. TVA. respondet ETRAMA. quæ vox *secundum* significat. In Tab. vero XII. lin. 2. occurrunt nobis TRIA. TEFRA. Et revera tria genera fulminum distinguebantur in scientia Fulgurali. Serv. *Æneid.* VIII. 524. *Tria genera fulgoris esse dicuntur, unum consiliarium ubi quid cogitantibus nobis accidit, quod vetat, aut hortatur; alterum auctoritatis, quod evenit re gesta, quod probet; tertium statum est, ubi nec novi quidquam gessimus, nec cogitamus, sed quietis nostris rebus fruimur.* Rursus in eodem libro versu 430. *Sane fulmen triplici potestate praeditum est, ostentatorium, peremptorium, praesagum.* Id subobscure indicat Festus. *Peremptalia fulgura Gracchus ait vocari, quae superiora fulgura, ut portenta vi sua perimant duobus modis prioribus tollendis, aut majore manubia, ut tertia secunda, secunda prima cedat.* Tria igitur fulgura, sed diversæ potestatis agnoscebant antiqui, qui ex insanissima observatione scientiam Fulguralem accumulaverant. Hæc vero procuratio plurimarum victimarum remedio præscribitur, quæ infra numerantur.

Lin. 30. SVPA. SPANTEA. PERTENTV. VESKLES. Post longam numerationem victimarum sequuntur formulæ oblationis in Imperativo, quas alibi notavimus. SPANTI. adjectivum puto omnium victimarum, quasi dicantur reconciliatoriæ, sive expiatoriæ a Σπένδω.

Lin. 33. KLAVLAF. ANFENTAF. *Caulas*, sive *ovilia infecta*.

Lin. 34. VMEN. FEETV. KAPIRE. HVNTE. *Umen feratur Cabiro unti*, de quo supra.

Lin. 35. IVVIE. VESTIKATV. PETRVNIAPERT. NATINE. FRATEV. ATIIERIV. BEEVS. SEVAKNIS. *Jovi fiat sacrificium Vestibie per Petroniam gentem curatricem negotiorum Fratrum Atieriorum bene singulis annis.* Fortasse BEEVS. non *bene*, sed *verrem* significat.

Lin. 36. KLAVLES. repetuntur sacrificia quotannis pro ovilibus repetenda VMNE. SEVAKNI. omnibus, & singulis annis, idque VINV. SEVAKNI.

Lin. 40. TEETV. VINV. PVNE. TEETV. *Tertium vinum*, & *panem tertium*, nempe tertia vice.

Lin. 44. De hac subscriptione egimus supra ad lin. postremam superioris Tabulæ.

TAB. VIII.

TAB. VIII.

Quæ est pars adversa prioris Laminæ Etrusce scripta, quæ incipit : SEME . NIES .

HÆC scriptura, seu monumentum adjectum est ex intervallo Tabulæ præcedentis, characteribus Etruscis quidem, sed formæ diversæ. Ipsius argumentum respicit conventum omnium Tribuum Populi *Iguvini* ad communia sacrificia celebranda.

Lin. 1. SEME. NIES. TEKVRIES. Describuntur hic novæ Decuriæ Populi *Iguvini*, quæ caprum conferre debebant ad sacrificium NIES. a *Nis*, *novus*, cum Curionibus singularum Tribuum. VPETV. sive OPETER. *Tribunum*, aut *Curionem* notat, sive *Decurionem*, ut infra videbimus.

Lin. 2. FAMERIAS. PVMPERIAS XII. *Famel*, ut notat Vossius, Oscum est, unde Latinis *familia*, mutata R in L, ut *Parilia* in *Palilia*. Familiæ *Pumperiæ* XII. vel a nomine proprio dictæ sunt, sive ab officio *Pompæ* sacræ, quæ ex aliquo privilegio, veluti Romæ *Potiti* & *Pinaria* Collegium XII. Virorum constituerent. Curiæ vero distinguuntur in *Veteres*, & *Novas*, sive *primas*, & *secundas*, mediante particula *Etre*, nempe altera, de qua Tab. I. lin. 35. Nonnullæ quia copiosiores essent etiam in Tertias. Proferamus illarum elenchum.

ATIIERIATE. ETRE. ATIIERIATE.
KLAVERNIIE. ETRE. KLAVERNIIE.
KVREIATE. ETRE. KVREIATE.
SATANES. ETRE. SATANE.
PEIERIATE. ETREP. EIERIATE. (*sic*)
TALENATE. ETRE. TALENATE.
MVSEIATE. ETRE. MVSEIATE.
IVIES. KANE. ETRE. IVIES. KANES.
KASELATE. ETRE. KASELATE. TERTIE. KASELATE.

Itaque Tribus singulæ in duas, vel tres Curias quemadmodum, teste Halicarnass. Lib. II. apud Athenienses singulas *Tribus* in tres *Curias* divisæ erant, & tres illæ a Romulo constitutæ in decem, quæ iterum subdivisæ erant in *Decurias*. Horum nomina investigare vanum est in tanta antiquitatis caligine, atque ubi aliquando in hac indagine operam perdidissem, unica mihi obvenit suspicio Populum *Klavernium* esse eum, quem adhuc *Chiaserna* nuncupamus in nostris montibus constitutum, seu potius segregatum, qui more antiquo agros possidet in communi.

Lin. 7.

Lin. 7. PERAXNANIE. Adverbium procedens a PERAKNE. nempe *perenniter* TEITV. ARMVNE. IVVE. PATRE. FETV. *Ex armo victima fiat Jovi Patri*. Patrem plerumque vocabant *Jovem*, sed præsertim in conventu totius Populi, in quo veluti fœdus fraternum consistebar.

Lin. 7. SI. PERAKNE. SEVAKNE. VPETVE. *Sue perenniter*, & *singulo anno* per VPETVE. qui supra VPETV. sive *Opiter* vocatur.

Lin. 8. VEIETV. *Afferatur*. Sequuntur infra nomina victimarum, cum HERI. PVNI. & HERI. VINV. *sacro pane*, & *sacro vino*.

Lin. 10. SABI. *Juppiter Sabus*, de quo infra lin. 17.

Lin. 11. FESNERE. Festus in *Fesnoe* explicar hanc vocem pro *re*, quæ *depellere* credebatur fascinum.

Lin. 12. TAFLE. EPIEFERTV. KAPREE. PRVSEBETV. TAFLE. quod alibi STAFLVM. *uvæ racemum*, & *Caper* prosecetur.

Lin. 13. VESTIBA. FETA. FERTV. *Vestibiam* alibi diximus esse genus victimæ feminæ, quæ fœta esse debebat. Alibi quoque cum eadem conditione præscribitur.

Lin. 14. EVISEVE. FERTV. ETRE. SVISEVE. TERTIE. SVIEEVE. VTVRFERTV. Tres victimæ ex eodem genere ferendæ, sive, ut Latini, dicebant *statuendæ*, suem sævum indicare puto; notum est enim, quot differentias distinguerent antiqui in victimis ejusdem generis. Prima vice cum sue sævo conjungi debebat panis, secunda vice vinum, tertia vice *Utur*, genus aliquod edulii mihi omnino ignotum.

Lin. 15. PIST. VNIRV. FERTV. Post afferatur VNIRV. VAPESVNTRVM. & MANTRAKLVM. cum pane, cui subjungitur alterum genus panis FESNAFE. hoc est, compositum cum medicamentis contra fascinum BENVS. hoc est, *rite*, & secundum legem sacram.

Lin. 17. KABRV. PVRTVVETV. KAPVTV. SABI. IVVR. PATRE. Accipe *Juppiter* pater *Sabe* victimas, & oblationes supra recensitas, & quæ intra referuntur.

Lin. 19. ARPLETV. STATITATV. *Arferiam constitutam*. Arferia, ut diximus, ex Catone erat quidquid ferebatur ad sacrificium; *statuere* erat gradus ulterior, ut notat Brissonius, qui hosce gradus diligentissime distinguit, atque, ut semper, doctissime illustrar.

Lin. 21. VITLV. VVFRV. in antiqua Inscriptione, quam refert Vossius in *Ruber*, occurrit *omnibus annis vitulo Robeo*, & *verre*.

Lin. 22. HERIES. FARV. HERVV. TIBLV. SESTV. IVVE. PATRE. Prima vox *sacrum* indicat, sive a *sacro* procedit, quod *Sabo*, & *Jovi Patri* refertur, ac si dicat *honoratus sis Juppiter Pater hoc sacrificio Sesti Tibuli*. TIBLV. quidem victimam designat; nam infra in Tab. XI. 25. 27. offertur TIBLV. SEVAKNI. *Sestum* puto relative ad victimas antecedentes.

Lin. 23. MANVVE. In Libris Etruscorum jactus fulminum *Mannviæ* dicebantur, & *Jovi* tribui solebant, ut ait Servius *Æneid.* I. 46. &

tri-

triplicis generis censebantur, ut supra notavimus, quibus adde Senecam *Lib.* II. *Quæst. Natur.* & Festum.

Lin. 23. HABETV. ESTV. IVKV. HABETV. IVPATER. SABE. TEFE. ESTV. VITLV. VVFRV. SESTV. Sequitur oblatio aliarum victimarum, quæ formula fortasse a toto Populo conclamari solebat, & prosequitur usque ad lineam 26. ubi notandum est IVRV. pro *juvenco*.

Lin. 25. PVRTIFELE. Id genus victimæ a *fellando* dictum est; nam lactentes victimas sæpe præscribebant Ritualia. Hic designantur sex *Purtifeles*, sed non uniformes circa colorem. TRIVPER. TEITV. TRIVPER. VVFRV.

Lin. 26. Concluditur oblatio facienda VVEIIAPER. NATINE. FRATRV. ATIIERIV. de quo supra facta est mentio, & notat *Vibium* actorem fratrum *Atieriorum*.

Lin. 27. AMPENES KRIKATRV. TESTRE. EVXE. Videtur hoc sacrum absolvendum fuisse *quinquatruvo*, cum oblatione *Dextre* EVXE. nempe *coxæ*, ut alibi notavimus, quod respondet DESTRAME. SCAPLA. Tab. II. 45.



TAB. IX.

T A B. IX.

Quæ incipit ESVK. FRATER. ATIIERIVR. *Etrusce scripta*.

HÆC Lamina, lat. pal. unius, & trium quadrantium, long. palmorum duorum, & unius quadrantis, unica est hujus mensuræ ; nam cæteræ omnes parem habent ejusdem amplitudinis, binæ, & binæ. Perierit ne compar istius, an unica semper extiterit, ignoramus; pars antica etrusce scripta est, & pars superior posticæ, sed charactere ampliori & differente, ut diverso tempore exarata videatur. Infima vero pars posticæ, quæ Latinis litteris incisa conspicitur, tardiorem ætatem spirat. Hæc Tab. IX. duo capita continet, quæ dividuntur inditio lineæ transversæ.

Lin. 1. ESVK. FRATER. ATIIERIVR. EITIPES. PLENASIER. VRNASIER. *Deo Esoni Fratres Atierii dent, offerant* VHTRETIE. quæ vox descendit ab VTHVR. re utique sacra *Horna*, hoc est, rem illius anni, quod quidem attributum genus frugis denotat.

Lin. 3. T. T. KASTRVSIE. ARFERTVR. PISI. PVLPE. Ultimam hanc vocem inserit inter oblationes faciendas *Marti Sylvano* Cato de R. R. cap. 83. T. T. KASTRVSIE. Numerum, seu mensuram aliquam rerum aptarum sacrificio a singulis castris, seu villis, aut pagis afferendam denotat.

Lin. 5. VRAKV. DI. ESVNA. Primum attributum quo *Juppiter* hic invocatur, non ab *Vrago*, sive *Orco* deductum est, sed ab Ὅρκος, *juramentum*, quasi juramenti custos, & vindex. Hinc *Orcius* a Græcis dictus est.

Lin. 6. SI. HERTE. ET PVRE. ESVNE. SISSAKREV. PERAKNEV. VPETV. Perspicuus est hic tractus, sive recte, & pure *Esus* sis sacratus, sive *expiatus per perennem sacerdotem*. HERTE. traspositis litteris idem ac *recte*: si tamen traspositionem excludas HERTE. erit ab Ἱερὸς *sacer*, ac si dictum foret *pie*, ac *pure*. Sacrare *Jovem* apud nos improprie diceretur; itaque SACREV. semper exposuimus pro *placare*.

Lin. 7. DEVESTV. PVRE. *Depesta* dicebatur vas vinarium in sacrificiis: Var. de L. L. IV. *Depesta etiam nunc in diebus sacreis Sabineis vasa vinaria in mensa Deorum*. Apud antiquos scriptores Græcos inveni appellari Genus poculi Δεπάστρα.

Lin. 8. HERTE. ET PIACLV. PVNE. TRIBRISV. *Sacrum*, & *piaculum panem Trilnum coniunctum cum vino*, de quo supra.

 Lin. 10.

Lin. 10. HERTE. ARPEÑTVÃ. PISI. PVLPE. de quibus sæpe supra.

Lin. 11. EEVNESKV. VEPVRVS. Prima vox derivativum est a voce *Eson*, quasi *Esonius*. VEPVRVE. quasi *male purus*, sive *impurus*, ut ve. grandis &c. Agitur hic de separandis, sive expiandis rebus impuris ope alicujus cæremoniæ sub auspicio *Esonis*.

Lin. 12. ARPVERATI. FRATRV. ATIIERIV. *Arbitratu Fratrum Atieriorum*.

Lin. 13. PVSTI. KAETRVVF. *Postica* lineæ divisionis terræ *Castrubiæ*.

Lin. 14. FRATER. ATIIERIVR. Hic superposita linea incipit novum caput, quod in multis consonat cum principio præsentis Tab., differt tamen, quod ibi in lin. 3. post notas T. T. legitur KASTRVSIIE. Hic vero in lin. 15. post siglas K. T. scriptum observamus KLVVIER. quæ vox referri potest ad purgationes; nam verbum *Cluvere* significat etiam *purgare*. Nitidus est Plinii locus Lib. XV. 29. *Cluvere enim antiqui purgare dicebant*.

Lin. 15. KVLNAHKLE. Festus, *Clunaclum cultrum sanguinarium dictum, vel quia Clunes hostiarum dividit, vel quia ad Clunes dependet*. Id vero purgandum erat KLVVIER. ad sacrificium, in quo vasa, & instrumenta purgari solebant: Plaut. in *Amphit.* Act. V. Scen. 1.

Vasa pura jube allatum adornari mihi,
Ut Jovis supremi hostiis pacem expetam.

Et Act. IV. Sc. 3.

Tu purgari jusseras vasa, ut rem divinam faceres.

Cultrum quoque spargi consuevisse mola salsa colligitur ex Lucano I. 610.

. . . . *obliquoque molas inducere cultro*.

Verumtamen adhuc, hæreo an KVLNAHKLE. in antiquiore dialecto idem sit, ac in posteriore CVERACO. genus victimæ, de qua in Tab. I. lin. 1. quæ victima ad purgationem hic afferenda est per *Atierios* in honorem VKRE. hoc est, *Jovis Ocrii Montani*.

Lin. 17. APE. APELVST. *Apud*, sive *post Apinam*.

Lin. 17. LVNECLV. HABIA. NVLER. PREVER. PVSTI. KASTRVVIAF. ET APE. PVETITV. FVST.

Lin. 19. LVNECLV. HABIA. NVLER. FVPLER. PVSTI. KASTRVVV. ET APE SVBRA. SPAFV. FVST.

Lin. 21. LVNECLV. HABIA. NVEER. TRIPLER. PVSTI. KAETRVVV. ET APE. FRATER. EERSNATVR. FVRENT. Hic habemus trinam legem directam tribus Populi ordinibus, *Preveris*, *Populo*, & *Triplariis*, quæ singulis prohibetur jus habendi *Luneclum* in postica Castri, seu Pagi, quæ lex, quemadmodum pertinet ad terminurum religionem, non abs

re

re inserta legitur in Tabulis Pontificalibus. *Preveri*, ni fallor, dicti a *Præ*, & *viri*, Magnatum ordinem designant, sive etiam Magistratum. Consonat hæc notio cum *Preverir* Tab. I. nam ea vox constat ex *Præ*, & *verro*, sive *adduco*, ob præcedentiam Magnatum. Hic certe ordinem Populi designat. Secunda Lex præscribitur Populo. NVLER. PVPLER. *nemo popularis*, tertia *Triplariis*. NVLER. TRIPLER. sic dicta non jam a triplici stipendio, ut milites *triplarii* Romanorum, sed a *trino nummo*, sive alio genere monetæ, quod pro censu solvere deberent, latine *triobolares* diceremus homines ex infima plebe: Omnibus itaque prohibetur habere *Luneclum*, fortasse *ædem*, aut aliud quidpiam impedimentum in *Pusti*, hoc est postica Castri, seu destrictu Pagi singularum Curiarum. In prima Lege non tantum vetatur habere *Luneclum* in postica *Castruviæ*, sed etiam apud *Purtitum*; in secunda prohibetur etiam supra *Spafum*: in tertia, & apud FRATER. BERSNATVR. An vero istæ legis extensiones significent præter lineam limitarem, seu etiam vias, & spatia publica, seu prædia alicujus fratriæ minime assequor.

Lin. 23. EHVELCLV. FEIA. FRATREKX. VTE. *vesculum* sive *convivium sacrum faciant Fratres* VTE. PROVVE. nempe *ove*.

Lin. 23. KVESTVR. SVE. REHTE. KVRATV. *Quæstor sue recte, & rite curet, perficiat, ordinet sacrificium*.

Lin. 25. FRATRV. ATIIERIV. PVRE. VLV. BENVRENT. PRVSIKVRENT. *Demandatur prosecia*. REHTE. KVRATVR. ERV. EREK. *Procuratio facienda erat ex victima* ERV. EREK.

Lin. 27. Superior formula hic repetitur, sed loco victimæ ERV. EREK. substituitur NEIP. ERV. facienda. ENKV. FRATRV. *per unum ex Fratribus*. Cum vero NEIP. ut alibi notavimus, genus victimæ importet, fortasse *ovem* sequitur etiam, quod ERV. EREK., quæ præscribitur sub eadem formula, sit & ipsa inter victimas computanda.

TAB. X.

Quæ incipit EHVELCLV. *pars postica Laminæ præcedentis.*

SPatium hujus Tabulæ in principio per ſeptem lineas Etruſce ſcriptum eſt, quæ continent reliquam partem præcedentis Ritualis. Subinde præfefert undecim lineas characteribus Latinis ſcriptas ejuſdem formæ, eodemque ſtilo, quo ſignatæ ſunt duo majores Laminæ, quæ continent quatuor primas tabulas. Argumentum primæ partis verſatur circa tertium ſacrificium expiatorium præſcriptum ſupra ex lin. 23. Tab. antecedentis.

Lin. 1. EHVELCLV. FEIA. FRATREKS. VTR. EVESTVR. PANTA. LVTA. *Veſculum faciant Fratres Ove.* EVESTVR. ARFERTVRE. PANTA. LVTA. *Veſculum faciat Frater, uti Quæſtor & præparet.* PANTA. LVTA. omnia nempe, quæ ad perfecte litandum opportuna ſunt. Non enim dicebatur *litari*, niſi ſacrificium rite, & recte proceſſiſſet. Nonius cap. II. 482. habet *lutavi*, pro *litavi*, & citat Varronem, qui hoc verbo utitur. Id vocabulum eſt a Λύω, *Crimen diluo*, unde Λυτήριον *ſacrum expiatorium*.

Lin. 3. SI. PANTA. LVTA. FRATRV. ATIIERIV. *Sue fiat expiatio per Fratres Atierios.* Tuſanus in expoſitione vocabuli antecedentis hæc addit: *Porcellus, cujus mactati ſanguine manus expiandi liniebantur.* Cætera, quæ ſequuntur, ad hanc expiationem, ſeu complementum ſacrificii pertinent. Pergimus nunc ad expoſitionem additionis, quæ Latinis litteris, ſed lingua adhuc Etruſca exarata eſt. Gemina continet capita aliqua ex parte inter ſeſe uniformia, quæ infra e regione poſita deſcribimus.

Tab. IX. Lin. 23.	*Tab. X Lin. 1.*
EHEVELKLV. FEIA. FRATREKS. VTE. KVESTVR. SVE. I. REHTE. KVRATV. SI. SVE. LESTRV. KARV. FRATRV. ATIIERIV. PVRE. VLV. BENVRENT. PRVSIKVRENT. II. REHTE. KVRATV. ERV. EREK. PRVFE. SI. SVE. III. LESTRV. KARV. FRATRV. ATIIERIV. IV. PVRE. VTV. BENVRENT. V. PRVSIKVRENT. KVRATV. REHTE. NEIP. EBV. ENVK. FRATRV.	EHEVELKLV. FEIA. FRATREKS. VTE. KVESTVR. I. PANTALVTA. ARFERTVRE. SI. II. PANTALVTA. FRATRV. ATIIERIV. III. LESTRV. KARV. IV. PVRE. VLV. BENVRENT. V. AREERTVRE. ERV. PEPVRKVRENT. HERIFI. ETANTV. LVTV. ARFERTVRE. SI.

Lin. 8. CLAVERNIVR. DIRSAS. HERTI. FRATRVS. ATIERSIR. *Clavernius Curio*, ſive *antiſtes* (vide Tab. II. lin. 38.) *ſacrorum Fratrum Atieriorum.*

Lin. 8.

Lin. 8. POSTI. ACNV. FARER. OPETER. P. IIII. AGRR. TLATIR. PIQVIER. MARTIER. ET SESNA. Hic videtur contineri monumentum alicujus donationis *Area*, five *Terræ*, præscripta illius mensura, idque post annum sui Magistratus, five Sacerdotii POSTI. ACNV. FARER. OPETER. nam *Opeter*, & *Upetu*, ut vidimus, Magistratum denotat. Notissimæ sunt in Marmoribus largitiones, quæ ob honorem Magistratus fieri solebant ab antiquis ex quibus colligimus, neminem collatæ potestatis immemorem dignitatem dimisisse.

Lin. 9. P. IIII. AGRR. TLATIR. PIQVIER. MARTIER. ET SESNA. Hic omnino subest mensura terræ donatæ, five *Fratria*, five *Templo Martis*, fortasse ad Templum amplificandum, aream, & campum dilatandum. Ager TLATIVS. & PIQVIER. fortasse denotat *latum*, five *platum*, & PIQVIER. hoc est, *pascualem*, pecori alendo jam adscriptum, ut effugiamus quæstionem interdictæ possessionis bonorum Templis universis, paucis exceptis, quam legem, nescio, an servaverint *Iguvini* nostri cum *Marte*, & *Jove*, quorum *cultui* addictissimi erant, ut a *Jove* in lingua Pontificum *Jiovini* dicti sint. Sigla P. mensuram denotat nobis ignotam. Dicamus, exempli gratia, *Pedaturas*, sub quo nomine antiqui spatium incertum terræ denotabant ad ædificia, castra collocanda, aut urbes extruendas; dicamus *Porcas*, *Perticas*, nihil enim, nisi divinando, proferre possumus. Quæcumque fuerit apud *Iguvinos*, ad rem agrariam pertinebat, & certa esse debuerat; nam additur infra, ET SESNA. hoc est, & *semis*.

Lin. 10. HOMONVS. DVIR. Suprascripta donatio confirmatur, & augumento amplificatur a supremo Magistratu Populi, nempe ab uno ex Duumviris. OTE. A. VI. uti *anno sexto* CLAVERNI. DIRSANS. nempe *sexta vice* sui Magistratus, & post illum annum donaverat VEF. X. CABRINER. VEF. V. PRETA. nempe *mensuras*, VEF. X. *agri asperioris*, in quo capræ pasci solebant, & alias mensuras V. loci saxosi, cum dimidia.

Lin. 13. OTE. A. VI. *Uti*, five quemadmodum fecerat *anno* VI. Sigla A. *annum* denotat, ut in fine Tabulæ VI.

Lin. 13. CASILOS. DIRSANS. En altera donatio facta a collega præfati *Claverati* post annum sui Magistratus, in quo donavit P. VI. *Pedaturas* VI. AGRR. CASILER. PIQVIER. MARTIER. Alterum genus terræ aptæ pascendo pecori MARTIER. in honorem *Martis*, *mensura* P. VI. & *semis*.

Lin. 15. Sequitur confirmatio ejusdem Duumviri præmissæ donationis factæ a *Casilo Decurione*, qui nuncupatur SEHMENIER. DEQVRIER. dignitas aliqua in Decuria, in qua censitus erat, nisi fortasse sit titulus honoris a Σεμνός *honoratus*, vel *honorabilis*, & confirmatur ista donatio ad instar alterius, quam fecerat post annum sui Magistratus, in qua donaverat mensuras VEF. XV. *Terræ Cabrinæ*, & aliam mensuram VES cum dimidia, quod factum erat *anno* VI.

TAB. XI.

T A B. XI.

Quæ incipit ESVNV. FVIA. *Etrusce scripta ab una tantum parte, cujus postica omnino pura est ; long. ped.* 1. *unc.* $\frac{1}{2}$. *lat. unc.* 10. $\frac{1}{2}$.

HÆC Tabula præcedit aliam subsequentem ; nam in ista præscribuntur duo Sacra ad procuranda fulgura, tertium vero ordinatur in Tab. subsequente. Hic in lin. 23. demandatur primum *Ampentum*. PRVMVM. AMPENTV. infra in lin. 34. alterum *Sacrum* ETRAMA. SPANTI : demum in Tab. subseq. lin. 2. TERTIAMA. SPANTI. In secunda cæremonia. ETRAMA. SPANTI. procurantur *duo fulmina*, sive *secundum fulmen*, in Tertia vero *tria fulmina*, sive *tertium fulmen* : ex quo colligimus Tabulam hanc præmittendam fuisse. His præcognitis nemo non videt, me longe abire a sententia Cl. Gorii, qui ex hac Tabula eruendum esse putavit *Carmen Orthium lamentabile*, cujus nulla vestigia hic invenio, sed tantummodo pacatissima Ritualia ad scientiam fulguralem pertinentia.

Lin. 1. ESVNV. FVIA. HERTER. SVME. VSTITE. *Esoni Jovi fiat sacrum famine hostito*, sive ex *hostia faminis*.

Lin. 2. SESTENTASIARV. VRNASIARV. Genus, ut puto, frugis *hornæ*, sed in numero plurali. *Sestentasiaru* puto nomen esse alicujus mensuræ dictæ a *Sestante* ; nam in sacrificiis mensuræ quædam frugum præscriptæ erant. Cato de R. R. cap. 83. *Votum pro bubus sic facito Farris adoreis libras tres, & lardi pondo IV. pulpe pondo IV. S. vini sextarios III. S. Id in urnas liceto coniicere, & vinum idem in unum vas liceto coniicere*.

Lin. 3. HVNTAK. VVKR. Prima vox mihi idem sonat, ac *Ouse* in Tab. lat. scriptis, nempe *coxa*. VVKE. *Vacce*. PRVMV. PEHRTV. quia hic agitur de fulminum triplicis generis procuratione. Primum *pertum*, puto indicare *primum fulmen* a Περθω *Vasto*, *Destruo* ; nam lingua Pontificalis, ut observavimus, de victimis synonima plurima habebat, quæ in illorum sensu differentias quasdam nobis obscuras importabant.

Lin. 4. INVK. VHTVRV. *Unum Taurum*.

Lin. 5. FRATER. VSTENTVTA. PVRE. *Frater Sacerdos jugulet pure, & religiose*.

Lin. 7. KVMNAKLE. INVK. VHTVR. VAPERE. *Clunaclo*, sive *cultro unum taurum*.

Lin. 8.

Lin. 8. KVMNAKLE. SISTV. SAKRE. VVEM. VHTVR. *Cultro Sistito*. Vox *sacra* relativa ad victimas. Subsequuntur SAKRE. VVEM. VHTVR. fortasse *porcum*, *ovem*, & *taurum*; nam quandoque SAKRE. adjectivum est conveniens rebus Deo dicatis. Quandoque porcum significat, ut alibi exposuimus. Hinc suspicari licet procurationes has fulminum diversa piamina admisisse pro varia Populorum religione, atque inter hæc etiam *Suovetaurilia*.

Lin. 10. 11. SAKRE. VVEM. VRTAS. VIA. MERSVVA. ARVAMEN. Inter formulas oblationis in Tab. I. & II. sæpe observavimus formulas. PIHORTOEST. MERSSST. & eandem vim hic habere puto easdem voces, licèt in diversa dialecto. ARVAMEN. derivativum est ab *Arvina*, sive ab *Arvio* Ariete.

Lin. 11. 12. 13. ETVTA. ab *eundo*, sive *circumeundo*. PIR. PERSCLV. *Per Persclum*, sive *sacrificium tavis*. VPETV. a Sacerdote, qui OPETER. alibi vocatur. SAKRE. VVEM. TLETRA. *porcum* & *ovem atilem*, sive *clathratam*, & in *clathris pastam*. FERTVTA. AITVTA. ARVEN. KLETRAM. *Afferatur*, *detur aries pariter altilis*.

Lin. 14. ESVNV. FVTV. KLETRE. KVPLAK. PRVMVM. ANTENTV. *Æsoni fiat ex Cletra duplici*, nempe ex *ove*, & *ariete altili*, idque sit *primum*. ANTENTVM. *Intentare* verbum erat augurale, & importabat *vaticinari*, & *prædicere*. Hinc Virgilius linguæ Pontificalis observantissimus ex præcedentibus signis conclusit:

. . . . . *Intentant omnia mortem*.

Paulo distabant ab hac significatione *ostentare*, & *portendere*, licèt diversos gradus præsentionis indicarenr. Quin etiam in ipso ANTENTV. diversitates quasdam observabant antiqui, ut constat ex subiecto exemplo, ubi in brevi orationis spatio legimus ANTENTV. ENTENTV. & ASTINTV. Has vero dieffrentias vix nobis observare datum est, minime vero intelligere.

Lin. 15. Hic nobis sese offerunt sex Ritualia diversa, sed tam concise expressa, ut ad differentiam discernendam ea nobis præfixis numeris segregare opus fuerit.

I. PRVMVM. ANTENTV.
II. INVK. BIHBERA. ENTENTV.
III. INVK. KAXI. PERIME. ANTENTV.
IV. ISVNT. FEREHTRV. ANTENTV.
V. ISVNT. SVFERAKLV. ANTENTV.
VI. SEPLES. AHESNES.

TRIS. KAXI. ASTINTV. FEREHTRV.
ETRES. TRIS. AHESNES. ASTINTV. SVFERAKLV.
TVVES. AHESNES. ANSTINTV. INENEK.
VVCVMEN. ESVKVMEN.

Pri-

Primo loco præmittuntur tres ANTENIVS. ſive *præſentiones*, *auguria*, *auſpicia*, *ſacrificia*, *expiationes*, aut quodcumque aliud fuerint. Primus ANTENIV. ſimpliciſſimus eſt, ſuccedit INVK, ſive *unus alter* cum adjuncto BIHESRA. fortaſſe *victima*, & tertio unus alter cum adjuncto KAXI. FERIME. Prima vox derivari poteſt per ſyncopen a Καθάρξιος, quaſi *Catarxi* expiator, ſecunda a *feriendo*, ſive a *feritate*, & ſumi poſſunt pro attributis *Jovis Feretrii*, ſive pro victima, quæ ab hac cæremonii *Jovis Feretrii* nomen acciperet. En primi tres ANTENTV. Attingamus tres poſteriores. IV. ISVNT. FERHTRV. ANTENIV. nempe *antentus Jovis Feretrii*. V. ISVNT. SVFERAKLV. ANTENIV. nempe in honorem *Jovis Superferetrei*, quemadmodum alio loco vidimus *Jovem* HOSTATIR. & ANOSTATIR. hoc eſt *fulminantem*, & *iterum fulminantem* ad exemplum *Martis Ultoris*, & *Biſultoris* VI. Sequitur SEPLES. AHESNES. *Sextum* fortaſſe Αἴσιος, hoc eſt *fauſtus*, *fatalis*, & *deciſorius*.

Deſcriptis ſex hiſce ritibus, fit eorum recapitulatio, & diſtinguuntur in duas claſſes. TRIS. KAXI. ASTINTV. FEREHTEV. primi tres pertinent ad *Feretrium*: ETRES. TRIS. AHESNES. ASTINTV. SVFERAKLV. poſteriores tres pertinent ad *Superferetrium*, ſive *iterum feretrium*. Rurſus fit alia diſtinctio de duobus ultimis. TVVES. AHESNES. ANSTINTV. INENEK. VVCVMEN. ESVNVMEN. Duo poſtremi nempe V. & VI. alio referuntur, ſed illorum applicatio omnino imperſpicua eſt, utique tamen prioribus relativi.

Lin. 21. PERSKLVMAR. KARITV. Hic ſubeſt aliqua præſcriptio PERSCLI. hoc eſt, *ſacrificii* faciendi de *catulo*.

Lin. 22. ANIENTV. SARRE. SEVAKNE. VPETV. IVVEPATRE. Hic agitur de ANTENTV. faciendo ex porco illius anni per VPETV. *primum Paſtorem Jovi Patri*. Et revera magna eſſe debuit Paſtorum auctoritas in templo *Jovis Apennini*, ad quod pertinebant hæ Tabulæ, cum etiam Claudianus id ſacrarium deſcribens dixerit

Apenninicolis cultas Paſtoribus aras.

Lin. 23. PEVMV. AMPENTV. TESTRV. SESEASA. FRATVSPER. ATIIERIES. Exponitur latius cæremonia primi AMPENTVS. dexteri, unde colligimus hos AMPENTVS fuiſſe *obſervationes* auguriorum dextrorum, & ſiniſtrorum; ſed quia dextera infauſta erant, ideo procurari debebant per *Fratres Atierios*.

Lin. 25. TIBLV. SEVAKNI. TRITV. INVMEK. VVEM. SEVAKNI. VPETV. PVEMVNE. PVPRIKE. Hæc autem procuratio facienda erat ex *Tiblo* illius anni, fortaſſe *vitulo*, & *ove* pariter illius anni per VPETVM, hoc eſt, *Paſtorem*, PVEMVNE. a Ποιμανὴς *Rex*, idquæ a Ποιμαίνω *paſco*, ſeu *paſtorum* more guberno, qua voce ſæpiſſime utitur Homerus, qui Heroas paſſim vocat, *Paſtores Populorum*. Epitheton *publici* in ſu-

ſpicio-

ſpicionem nos inducit *Puemunem* hunc *publicum* eundem fuiſſe ac *dictatorem* cum Regia poteſtate ex his, quos abuſive vocamus *Reges Etruſcos*; nam vix inducor, ut credam, ea ætate Italiam cognoviſſe diſpotiſmum, quem tandem induxit diſcordia Civium, & Populorum.

Lin. 27. APENTV. TIBLV. SEVAKNI. NARATV. PVKA. MERSVVA. VVICVM. HABETV. FRATAVSPER. ATIIERIE. En *alterum ſacrum faciendum ex alio* TIBLO. SEVAKNI. *cum juvenca Merſuva ſimul cumove* VVICVM. idque faciendum *per Fratres Atierios*.

Lin. 30. TREFIPAR. IIVVINA. Hic, & ſupra in lin. 25. tota Natio *Iguvina* nuncupatur nomine ſacro IIVVINA a *Jove Cuſtode*, ſed amplius in hoc duplici tractu additur nomini attributum *Jovis Tefrei*, fulminantis. TVTAPER. IIVVINA. TREFIPER. IIVVINA. ad conciliandiam pro illorum temporum cæcitate eidem populo protectionem *Jovis Fulminatoris*, quod nos magis confirmat in ſuſpicione, hanc, & ſequentem Tabulam pertinere ad fulgurum diſciplinam.

Lin. 31. SAKRE. VATRA. FERINE. FEITV. EAVKV. ARVVIA. FEITV. VVEM. PERAEM. PELSANV. FEITV. EARAEK. TVVA. TAFRA. En alterum ſacrificium novum ad procurationem ſecundi fulgoris TVVA. quaſi *duo*, vel *ſecundum*, ut quemadmodum ex numero *unus* fit unicus, ex *tres* fit *tertius*, ex *quarto* fit *quartus*: ita minime dubito etiam ex duo proceſſiſſe DVVIVS. quemadmodum ab eadem radice proceſſit *duplex*, *duplicarius*, & *duplio*.

Lin. 33. SPANTIMAR. PRVSEKATV. *Proſecia*, pro hujus ſecundi fulguris procuratione.

Lin. 34. STRVBLA. ARVEITV. INVMEK. ETRAMA. SPANTI. TVVA. TEFRA. PRVSEKATV. Reiteratur ſacrificium ſecundum. ATRAMA. SPANTI, pro *ſecundo Fulgure* TVVA. TEFRA. idque *iterum faciendum* per *Puemunem Pubblicum*, quem latine diceremus *Poemonem*, quæ vox magnam habet conſonantiam cum *Lucumone*, qui in ſingulis XII. Etruriæ urbibus imperabat. Officium *Lucumonis* eſt Λυκάβας *annus*, quia in annum conferebatur ea dignitas. *Poemon* vero *Iguvinorum* a regimine dictus erat, ſed deſinentia conſimili. Hic obſervandum eſt dignitatem hanc ignotam eſſe in antecedentibus Tabulis, in quibus pro Supremo Magiſtratu nobis occurrunt *Duumviri*, & nos in ſuſpicionem inducunt inter utrumque tempus, quo ille, & hæc præſens cum ſequenti inſcriptæ ſunt, mutatum fuiſſe ſtatum Reipublicæ noſtræ. Concurrit etiam diverſitas characteris, nam poſteriores iſtæ duo Tabulæ litteras aliquas habent ad latinum accedentes, ut d pro B, & q pro R, quas in ſuperioribus Etruſcis Tabulis minime invenies.

TAB. XII.

Quæ incipit PVRTVVITV. *Etrusce scripta ab uno tantum latere paris mensura cum Antecedente.*

ARgumentum interruptum in præcedenti, in qua agebatur de fulgurum procuratione, continuatur, atque, ut puto, absolvitur in hac Tab.

Lin. 1. STRVHSLAR. ESKAMITV. *strebulas assas ab* Eskapiru, quæ vox *assaturam* importat.

Lin. 2. TERTIAMA. SPANTI. TRIIA. TEFRA PRVSEKATV. Hic manifestissime præscribitur tertia cæremonia SPANTI. hoc est, *universalis*, alibi dicitur PANTA, quæ dirigitur ad procurationem tertii fulguris cum prosecatione victimarum.

Lin. 3. VESVNE. PVEMVNES. PVPRIKES. Ritus iste incumbebat Publico *Poemoni*, sed duos *Poemones* video notatos in hac Tabula, nempe *Poemonem Publicum*, & *Vesonem Poemonem* Publicum. *Veson* neutiquam nomen est; nam in Ritualibus officia tantum nominantur, nec ulla ratio habetur personarum, quod si *Veson* nomen esset *Poemonis* Publici, alter subsequens ejusdem officii innominatus non abiret. Quapropter *Veson* est distinctivum utriusque officii, puta, exempli gratia, VESVNE. quasi *vetus* mutata S. in T. quod sæpe accidisse notat cit. Vossius, ita ut supremus Magistratus præteriti anni partem aliquam haberet in cæremoniis cum *Poemone* illius anni.

Lin. 4. STRVHELA. PETENATA. *Strebulam parvam a Petilus*, hoc est, *parvus*: Festus, *Petilam suram siccam*, & *substrictam*.

Lin. 5. ERERERVNT. KAPIRVS. *Consecrare*, rem *sacram facere Cabiro*, quod *Poemoni Vesano* incumbebat.

Lin. 7. KARNVS. ISEBELES. *Caro* ex victima ignota, cui conjungitur ET. VEMPESVNTRES. alterum victimæ genus.

Lin. 8. ARPELTV. STATITATV. VESCLES. SNATES. ASNATES. SEVAKNE. *Afferre*, *statuere vesclum* ex duplici victima illius anni.

Lin. 10. PVEMVNE. PVPRIKE. VESVNE. PVEMVNES. PVPRIKES. Hinc patet distinctio inter duos *Poemones*, & intra lin. 13.

Lin. 13. INVK. ERERLV. VMTV. INVK. VESTISIA. MEFA. PVRTVPITE. *Genera victimarum*. SCALSETA, *sacrificanda*. SCALSIE. & SCALSETO. alibi occurrit in eodem sensu Tab. II. lin. 5.

Lin. 18. SCALSETA. KVNIKAX. *Sacrificato*, genus libaminis, quod alibi CONEGOS. dicitur in Tab. II. lin. 5. Lin. 19. EREBLE. SEVAKNE. Paulo supra EREBLE. HVLE. SEVAKNE. genus victimæ annalis.

Reliqua pars hujus Tabulæ obscurissima est; nam ubique recensentur nomina victimarum, quæ nusquam occurrunt in his Monumentis, quæ nomina, ut opinor, non diversum genus animalium præseferebant, sed distinctiones quasdam vel ipsi Populo tunc obscura, & tantùm nota Pontificibus, quibus unice Deorum, qui nunquam fuere, perspecta voluntas erat. Quæ longo studio assequi, nec sine dubio nobis datum est, libenter adnotavimus sine ambitione auctoritatis, id unum expectantes, ut cæteri exemplo excitati meliora producant.

INDE

INDEX, SIVE LEXICON VOCUM ETRUSCARUM,

Quæ in Tabulis Eugubinis ſcriptæ ſunt, & heic interpretantur.

Primus numerus Romanus Tabulam denotat, Arabicus alter lineam ejuſdem Tabulæ.

A

A. hæc ſigla annum notat. X. 10.

ABIEST. *Habeant*. II. 63.

ABROF. *Apros*, ſeu *porcos*. III. 3.

ABRVNV. *Aper*. VII. 11.

ACERSONIVS. Epithetum *Jovis*. III. 52.

ADKIR. *Adoreum* genus faris III. 9.

AFERIATV. a *feriendo* VI. 8.

AFERO. Epitethon Populi Montani. II. 48.

AGRE. *Ager*. X. 9.

AHAVENDV. *Simul præbere*. III. 11. & 27.

AHESNES. *Poſteriores*. XI. 15.

ALFIR. *Farina hordeacea*. III. 24.

ALFV. *Farina hordeacea*. VI. 28.

AHTV. Epithetum *Jovis Feritoris*. VII. 10.

AKERVNIAMEM. Epithetum *Jovis* a *Cerus* creator, VI. 16. ſive a *Ceraunius* Fulgurator.

AMBITV. *additu* victimarum. III. 46.

AMBREFVRE. *Circumferant*. II. 56.

AMBREFVVS. Fortaſſe *vinum præfaminum*. VI. 20.

AMBRETVTO. *Circumeant*. II. 56.

AMPREHTV. *Circuitus per loca luſtranda*. VI. 21.

ANCLAR. ab *Anclare*, miniſtrare. I. 16.

ANDIRSAFVST. Genus expiationis fortaſſe a *circuitu*.

ANFEHTAF. *Infecta*, *tabifica*. VII. 33.

ANFERENER. Diſtinctio populi *infernatis* I. 18. 19.

ANGLA. *Agna*. I. 1.

ANGLOME. *Agninus* ab *agno*. I. 9.

ANGLVSTO. Derivativum ab *Agna*.

ANOSTATIR. Reduplicativum epitheti *Jovis hoſtatir*. II. 60.

ANSERIATES. *Intonſas* unde ANXVRVS. *intonſus*. I. 1.

ANSIHITIR. Reduplicativum SITIR. *Servatoris*. III. 13.

ANSTIPLATV. *Iterum vovere*. I. 3. vide Stiplo.

ANTENTV. Vox auguralis actionem aliquam in ſacrificiis ſignificans, ſive gradum in tota actione ſacrificii. VII. 20.

ANTENTV. *Auſpicium*. XI. 14. & 15.

ANV. *Annus*. II. 56.

APE. *Apud*, *poſt*, *deinde*. II. 52.

APE. ESTE. *Apud iſta*. II. 62.

APELVST. *Apina*, ſive *abina*, genus victimæ. IX. 19.

API. *Apud*, *poſt*. V. 27.

APINAF. Vid. *Habina*.

APLENIA. *Plena*. VII. 23.

AREARVES. Vid. *Arepeſaurves*. V. 10.

AREPES. Ab *arpexa* loca montana. V. *6.*
ARFERTVR. *adferatur*.
ARMVNE. *Armus*. VIII. 7.
ARNIPO. *Agnus*. II. 25.
ARPELTV. *Arferia*. VIII. 19.
ARPVTRATI. *Arbitratu*. IX. 12.
ARSFERTVRE. *Arsfertur*, & *Arfertur* a verbo *arsfero*, & *affero*: vox linguæ Pontificalis, unde *aqua arferia*, & *arferial*. I. 2.
ARSIE. ARSIR. *Silva*. I. *6.*
ARSIR. Epithetum *Jovis* sylvestris ab *Arsia Sylva*. I. 24.
ARSITE. *Sylva*. II. 11.
ARSMATIA. *Armum victimæ*. II. 50.
ARSMO. *Arsmatia* Armentum. I. 30.
ARSVEITV. *Arucere*, adducere. I. 56.
ARVAMEN. Derivativum ab *Arvio*, *Ariete*. XI. 11.
ARVES. *Arva*. V. *6.*
ARVIO. *Harviga* species hostiæ. I. 56.
ASERIATO. Vid. *Anseriates*.
ASIANE. Nomen victimæ. V. 25.
ASNATES. Genus victimæ. XII. 8.
ATERO. & ATERAFVST. *Purgationem* aliquam significat. III. 11. & VI. 40.
ATIERIATE. Tribus Populi *Iguvini*. VIII. 2.
ATRV. *Niger*, *coloris atri*. VI. 28.
AVIE. *Via*. II. 11.
AVEI. Pro *ove*. I. 3. AVVEI. genus ovis.
AVEIS. *Agnas recentis partus*. AVILLAS vocat Festus. I. 1.
AVIRSETO. Vid. *Virseto*. I. 28.

B

BENVS. *Bene*, *rite*, ut fas est. II. *64.*
BENVSO. *Bene*. II. *64.*
BERFE. Vid. *Serfe*. *Servator* Epithetum *Martis*.
BERRVS. *Verres*, *Porcus*. VII. 35.
BERSIARV. Idem quod *Persae*. VII. 15.
BVF. *Boves*. I. 22.
BVM. *Bovem a Bus*. VII. 5.

C

CABRINER. Nomen Terræ *capris* pascendis aptæ. X. 10.
CALERSV. A *gala* lac, quasi *lactens*, sive *lactans*. II. 19.
CANES. Spectris *Hecateis* infensissimi, ideoque *Hecati* sacrificati. I. 1.
CAPIRV. Idem quod *cabirus*, epithetum *Jovis*. I. 22.
CASILLOS. Antistes, seu Decurio *Caselarium*. X. 13.
CASTRVO. *Castra*, *Pagos*, *Villas*. III. 30.
CATERAHAMO. *Purgare*, *expiare*. II. 56.
CEHEFI. Sufimentum ex aromatibus. I. 20.
COMOHOTA. a *commovere*, ut *commovere* struem. I. 54.
CONEGOS. *Conitum*, genus Libaminis. II. 5.
COREDIER. Epithetum *Jovis Curetis*. II. 45.
CRINGATROHATV. KRIKATRV. *Quinquatrum*. II. 49.
CVMIAF. Vid. *Gomia*. V. 7.
CVRNACO. Nomen victimæ fortasse a *cornibus*. I. 1.

D

DAETOM. EST. *Datum est*, vox sacrificialis. I. 28.
DEI. DI. Nomen *Dei*. I. 23.
DEIT. *Datum*, *Donatum*. II. *64.*
DEITV. *Dies*. I. 1.
DERSICVST. *Disecata*. II. *63.*
DESVA. & DERSVA. Nomen victimæ, quæ modo PARFA. & PREPA. hoc est.
DEVESTV. *Dapesta*, vas vinarium. IX. 7.
DEXTRE. *Dextra*. II. 4.
DIASVRVR. *Secare*, *dividere*. I. 20.
DIRSANS. *Curio*, sive *Caput Curiæ*. X. 8.
DIRSTV. *Curio*, sive *Antistes Curiæ*. II. 38.
DITV. *Det*, sive *dato*. III. 38.
DVIR. *Duumvir*. I. 19.
DVPLA. Idem quod latine. II. 18.
DVTI. *Datum*. II. *63.*

EAF.

E

EAF. *Eas*. III. 52.
EAFIVEKA. *Ea Juvenca*. VI. 42.
EESTESO. Imperativum a verbo *esse*. I. 2.
EESTESO. Pro *esto*. I. 5.
EFVRFATV. *Conspersum furfure*, sive *mola*. II. 17.
EHESV. *Ipsius*. II. 54.
EHVELKLV. *Vesculum*, convivium sacrum. IX. 23.
ENDENDVPELSATV. *Duplicetur*. II. 40.
ENOCOM. *Una cum*. II. 56.
ENNO. Epitethon *Martis Enyali*. III. 38.
ENO. ENOM. *Unus*. I. 1.
ENVMEK. *Numen*, *Deus*. VI. 13.
EPOCA singularum Urbium a propria fundatione numerabatur. I. 1.
EREBLE. Genus victimæ. XII. 19.
ERERVNT. a *Jeros consecrare*. XII. 5.
ERER. Idem quod *Eso*. I. 23.
ERIEST. *Consecrata*, seu *expiata sit*. III. 52.
ERVS. *Sacer*. II. 38.
ERVS. *Sacerdos*. III. 38.
ERVTO. *Ito*. II. 56.
ERV. EREK. Genus victimæ. IX. 27.
ESO. Epithetum *Jovis*. I. 2. & lin. 23.
ESONO. Idem quod *Eso*, & *Esu*. I. 57.
ESTE. ESTO. ESTV. a verbo *esse*, quod in lingua Pontificali *sacrificare* significabat, ut vovemus esse futurum. I. 1.
ESVK. *Deus Eson*. IX. 1.
ESVNESKV. Derivativum ab *Esone*. IX. 11.
ESV. ab *Esse*, sit vox Pontificalis, *Vovemus esse futurum*. I. 25.
ESVMEK. *Sumen*, pars victimæ. VI. 7.
ETRAF. ETRE. *Alter*, sive *secundus*. V. 20.
ETRV. *Alterum*, secundum, posterius, novum, sequens. I. 35.
ETVTA. Imperativum ab *eundo*, sive *circumeundo*. XI. 13.
EVGVBINI. Populi nomen arcanum *Jiovini*. I. 5.
EVGVBIVM. Etrusce *Ikuvium*, gentile *Ikuvini*, ejusque nominis derivatio. I. 5.
EVHELTV. & EVEITV. ab *vehendo*. VIII. 11.

F

FABV. & FABIV. Idem quod *Sabus*, epithetum *Jovis*. VIII. 22.
FAKVRENT. *Faciant*, *procurent*. VI. 34.
FAMERIAS. *Familias*. VIII. 2.
FARSIO. *Fartum*. II. 2.
FASIO. Vid. *Farsio*. II. 44.
FASIV. *Fartum*, *farcimen*. VII. 12.
FATO. *Facito*. II. 11.
FERACLV. a *feriendo*: Unde SVFERACLV. ab iterum feriendo. *ibidem*.
FEREHTRV. Attributum *Jovis Feretrei*, a *feriendo*. XI. 15.
FERINE. Epithetum *pecudis palantis* ad differentiam *altilanei*. I. 57.
FESNAFE. Panis cum medicamentis contra fascinum. VIII. 15.
FESNERE. Quod *fesnove* antidotum contra fascinum. VIII. 11.
FETV. a verbo *facio*, pro *sacrificare*. I. 22.
FICLA. Jecur victimarum. I. 56.
FILIVF. & FELIV. A *felando*, hoc est *sugendo*, nempe *lactens*. II. 7.
FISIV. *Fugitivus*, sive *fugitivorum custos*, epithetum *Jovis*. I. 23.
FITO. *Fiat*. II. 11.
FONDLIRE. Idem ac *Deus Fontium*. III. 3.
FONER. Epithetum *Martis Homicidæ*. II. 61.
FONS. *Deus Fontium*. II. 7.
FOS. *Lumen*, attributum *Jovis*, quasi *Lucesii*. I. 30. fortasse idem.
FOSEI. A *Luce*, epitheton *Jovis Lucetii*. I. 23.
FRATREKATE. Pro *sua Fratria*, seu *collegium*. IV. 1.
FRI. & FRITE. *Fratria*, cœtus populi, *tribus*. I. 32.

FVSTE-

FVSTEREK. *Fuit*. IV. 1.
FVST. *Facta sit*, *fiat*. VI. 7.
FVTV. Hæc vox *lucem*, & *virum* significat. Fortasse idem ac *Lucesius*. I. 30.
FIVVI. *Fisius Juppiter*. V. 17.

G

GOMIA. Epithetum victimæ *opimæ*, seu *bene nutritæ*. I. 58.
GRABOVEI. *Potentissimus*: Epithetum *Jovis*. I. 22. Vid. *Krapuvi*.

H

HABINA. Idem quod ABINA, Latinis *Hambegna*, victima inter duas victimas minores. II. 19.
HABVRENT. *Habeat*, sive *habeant*. III. 52.
HERIES. *Sacrum*. VIII. 22.
HERIHEI. *Aries*. III. 3.
HERTE. *Recte*. IX. 6.
HERTEI. APEI. Nomen proprium. IV. 2.
HOMONVS. Nomen proprium. X. 10.
HOSTATIR. Epithetum *Jovis* a *feriendo*. II. 60.
HVNTEBE. Attributum Divinitatis, quasi *existens*. VI. 4.
HVNTIA. HVNTEBE. HVNTE. Epitheta *Jovis* facta ab *existentia*. VII. 15.

I

IABVSCER. *Jabusci* una ex Tribubus Populi *Iguvini*. II. 53.
IEREHE. *Sacerdotes*. II. 54.
IIOVINA. Nomen sacrum, sive arcanum populi Iguvini & Civitatis, a cultu *Jovis* inditum. I. 23.
IKVVIVM. Vid. *Eugubium*.
INVK. *Unus*. VI. 7.
ISEBELES. Genus victimæ. XII. 7.
ISIR. *Esto*, vel *sit*. III. 21.
IVIESKANE. Tribus Populi Iguvini. VIII 5.
IVVE. *Patre*. IVPATER. *Jupiter*. I. 1.
IVVENGAR. *Juvencus*. I. 1.
IVST. *Juste*, *rite*, & *recte*. I. 7.

K

KALERSV. *Lactans*.
KAPI. *Calpar*, vinum novum. VI. 29.
KAPIR. Juppiter *Cabirus*. V. 18.
KAPIR. KAPIRSE. *Kapirus*, epithetum *Jovis Cabiri*. II. 24.
KAPRES. *Caper*. VIII. 12.
KAPRV. *Caprum*. VIII. 17.
KAPVTV. *Capito*, *Accipe*. VIII. 17.
KARETV. *Curato*, *procurato*. VI. 33.
KARNVS. *Caro*. XII. 7.
KARTV. *Quartus*, sive *quarta* pars. VII. 23.
KASELATE. Tribus Populi Iguvini. VIII. 2.
KASTRVBIE. *Castrum*, sive *pagus*. IX. 3.
KAXI. Syncope a *Catarsius* expiatorius. XI. 15.
KLAVERNIE. Tribus Populi *Iguvini*. VIII. 2.
KLAVLAF. *Caula*, locus ovilis. VII. 33.
KLVVIER. *Purgare*. IX. 14.
KREMATRV. *Cremetur*, *comburatur*. VII. 23.
KRENKATRVM. Spatium quinque dierum. VI. 10.
KRIKATRV. Vid. *Cringatrohatu*. II. 49.
KVESTRE. *Quæstor*. VI. 45.
KVESTVR. *Quæstor* Populi. IX. 23.
KVLNAHKLE. *Clunaclum*, cultrum sacrificiale IX. 15.
KVMNE. *Omne*. VI. 41.
KVPLAK. *Duplex*. XI. 14.
KVRBLASIV. Genus aliquod molæ, seu farinæ. VII. 15.
KVRETIES. Epitethum *Jovis Curetii*. VI. 4.
KVNIKAX. Idem quod *Conegos*. XII. 18.
KVREIATE. Tribus Populi *Iguvini*. VIII. 2.
KVTEF. *Producere*. V. 6.

Lv-

L

LVTA. A *litando*, five perficiendo facrificio. X. 1.

M

MANDRACLV. Epitethum victimæ altilis, a *Mandra*. II. 4.
MARTIER. *Mars*. III. 21.
MEFA. *Media*. I. 56.
MENXARV. *Meffis*. VII. 15.
MILETINAR. *Militia*. I. 14.
MVGATV. *Lactens*, aut *lactans* a *mugo*, pro *mungo*. I. 6.
MVIETO. Idem quod *Mugatu*, ideft *lactans*. I. 7.
MVSEIATE. Tribus Populi *Iguvini*. VIII. 2.

N

NAHARCER. Una ex Tribubus Populi *Iguvini*. II. 53.
NATINE. Apud Latinos *natinatores*, five *negotiorum geftores*. VII. 21.
NEIP. Genus victimæ, fortaffe *ovis*. I.6.
NERF. Epithetum *Jovis*, a *fortitudine*. I. 30.
NERVS. Epithetum *Jovis*, a *fortitudine*. III. 13.
NIES. *Novem*. VIII. 1.
NIMCTV. a *nive* fpargenda.
NOMNEPER. *Per nomen*, formula invocandi Deos fub diverfis nominibus. I. 23.
NONNE. Epithetum *Jovis* Paftoris populorum. I. 30.
NONIAR. *Nonii*. Species ordinis, feu Sacerdotii. I. 14.
NOSVE. *Et nos*. II. 54.
NOVSE. *Novalia*. II. 11.
NVRPIER. Fortaffe *Dorpia*, Bacchi facrificia. I. 12.
NVVIS. *Novus*. VII. 25.

O

OCREFISY. Compofitum ex duplici attributo *Jovis* Ocrii, & Frify. I.23.
OCRER. OCRIPER. OCRIFER. *Montanus*, epithetum *Jovis Apennini*. I.8. & lin. 19.
ONSE. *Coxa*. II. 50.
ORER. Epithetum *Jovis Terminalis*. I. 26.
ORSE. *Deorfum*, *deinde*, *poft*. II. 43.
OSE. Epithetum *Jovis Sancti*. I. 26.
OSTENSENDI. Ab *hoftire*, *ferire*. I. 20.
OTE. *Ovis*. III. 6.

P

P. figla menfuram aliquam denotans, veluti pedum, *perticarum pedaturarum*, aut quocumque alio nomine diceretur. X. 9.
PACER. *Pax*, *pacificus*, attributum *Jovis*. I. 30.
PACERSEI. *Pacificus*, five *Dator pacis*. I. 23. & 30.
PANE. *Omnis*. VI. 40.
PANE. POPLO. *Toti Populo*. III. 46.
PANTA. *Omnia*. X. 1.
PARFAM. *Parvam*. VI. 13.
PASE. Idem ac *paufus*, attributum *Jovis*, quafi *paufæ*, & *quietis* auctor fit. I. 30.
PEAXNANIE. *Perenniter*. VIII. 7.
PEHRTV. *Fulmen*. XI. 3.
PEIERIATE. Tribus Populi *Iguvini*. VIII. 2.
PEIHANER. *Piare*, five PEIHANER. *Piatus*, five *placatus fis*. I. 8. & 9.
PEIQ. PEICA. PEICO. *Ovis ventre glabro*. Feftus *apicam* vocat. I. 1.
PEIV. *Primævæ ætatis*, five *adolefcentiæ*. III. 6.
PEIV. *Prius*. VI. 24.
PELSANA, & PELSANS. Nomen victimæ. V. 25.
PEQVO. *Pecus*, *Armenta*. I. 30.
PERACNE. *Perenne*. IV. 1.

PERAC-

PERACNIO. Perennis annus. L. 54.
PERACNEV. Qui facra curaret.
PERAIA. *Ultimo loco*. VI. 28.
PERAKRI. *Opimus*, Epithetum bovis immunis a labore. L. 25. Italice *Campareccio*.
PERETOM EST. a *per*, feu *pro*, & *ire*, vox facrificialis. L. 27.
PERIKAPIRE. *Excellens Cabirus*. V. 29.
PERNAIEF. *Perna*, *coxa*. VI. 10.
PERNE. *Perna*, feu *coxa*. II. 11.
PRSAE. Vinum præteriti anni. L. 58.
PERSCLO. PERSCLV. PESCLER. Sacrificium canis, *Perifchilachifmus*. I. 1. & imprecatio.
PERSEI. Epithetum *Jovis Vaftatoris*. L. 26.
PERSKLVMAR. Derivativum a *perfclo*. XI. 21.
PERSIMV. Derivativum a *Perna*, parte victimæ. L. 55.
PESETOM EST. a *Pes*, & *ire*, *præmittere*, vox facrificialis. L. 27.
PESONDRISCO. Eadem victima minor. II. 40.
PESONDRO. Genus victimæ. II. 35.
PETENATA. a *petila*, *parva*. XII. 3.
PETRVNIA. Gens *Petronia*. VII. 21.
PIAHACNV. *Piaculum*. II. 28.
PIHAX. *Piata*. VI. 7.
PIHOS. Ab *expiare*. II. 47.
PIQVIER. Vocabulum Terræ pecori pafcendo aptum. X. 9.
PIR. Idem ac *per*. L. 20.
PIR. ORTO. EST. *Peroratum eft*. L. 26.
PISEPER. *Farina ad commolationem*. II. 41.
PISEST. *Piatus eft*. II. 53.
PISI. Genus pecudis palantis in fylva. L. 7.
PISI. PANVPEI. Nomen proprium. IV. 1.
PIST. *Poft*. VIII. 15.
PLENASIER. *Plena*. IX. 1.
PLENER. *Plene*. III. 21.
POEI. *Poft*. L. 5.
PONE. *Poft*. II. 48.
PONI. *Panis*, *libum*, feu *Placenta*. L. 57.
PONEOVI. *Poft ovem*. II. 43.
POPLER. *Populus*. L. 18. 19.
POPLVPER. *Pro populo*. III. 21.
PORA. *Prope*. II. 65. Forte etiam *Viam* fignificat.
PORCA. *Porca*. III. 6.
PORSI. *Præbere*, *exhibere*, *parare*. L. 19.
PORTAIA. *Portavit*, *circumtulit*. IV. 1.
POSTERTIO. *Pofterium*. III. 46.
POSTNE. *Poftica*, feu *pofterior*. II. 11.
PRACO. PRACATARVM. *Preces*, *precor*. L. 13.
PREPA. *Præ ante*, *præparare*. II. 52.
PRESIALIER. *Præful*. L. 12.
PRESOLIAFE. *Præful*, five *Primus* inter *Salios Iguvinos*. L. 12.
PRESOLIAFE. Primus inter Salios.
PRETRA. Locus *petrofus*. X. 10.
PRESTOTA. Epitethum *Dei Præftitis*. II. 57.
PREVENDV. *Præbere*. III. 11.
PREVER. Primus vir, ut DVVIR, *Duumvir*. IX. 17.
PREVERES. Vid. *Preverir*.
PREVERIR. *Præferre*, five *Sacrum præcedaneum*, cui refpondet POSTVERTIR. *poftponere*, five *iterum ferre*, aut *Sacrum fuccidaneum*. L. 22. fortaffe etiam PREVERIR. eadem eft, ac PREVERIS. five *Dea Ancaria*, vel *Anteverta*, cui refpondet POSTVERIR. five *Dea poftverta*. L. 22.
PRINVATIR. Genus victimæ. II. 56. & VI. 23.
PROCANVRENT. *Canant*. L. 16.
PROMOM. *Primum*. III. 52.
PROSESETIR. PROSESETO. PROSESETV. A *profecare*, vox Pontificalis. L. 56.
PVEMVNE. *Paftor*, five *Caput Populi*. XI. 26.
PVMPERIAS. *Pompeias*. VIII. 2.
PVRDITA. *Profecata*, *profciffa*. II. 18.
PVRE. *Puriter*, five *vino puro*. VI. 20.
PVRETO. *Depurato*, *purificato*. L. 20.
PVROME. *Purus*. II. 17.
PVRTATVLVM. a *portando*. VI. 18.
PVRTIFELE. Victima lactens. VIII. 25.

PVR-

SVBRA. Pro *supra*. I. 15.
SVE. Ideft, *Porco*. I. 16.
SVEPV. *Suo proprio*. VI. 7.
SVESO. *Pro suo*. IV. 1.
SVFERAKLV. Epithetum *Jovis bis Feritoris*. XI. 15.
SVMEL. *Sumen*. VII. 26.
SVPASVMPTV. *Mactare, magis augere*. V. 9.
SVRVR. *Supra, sursum*. I. 56.
SVTENT. *Sint*. VII. 23.
SVVISEBE, *Sus, saevus*. VIII. 14.

T

TAFLE. Vid. *Stafle*. II. 35.
TALENATE. Tribus Populi *Iguvini*. VIII. 2.
TARINATE. TRIFV. *Tribus Tarsinatium*, dicta a *tribus foris*. VI. 16.
TARSINATER. Una ex Tribubus Populi *Iguvini*. II. 53.
TASES. *Statuere*. I. 55.
TEITV. *Fiat sacrificium*. VIII. 7.
TEFRALI. *Fulguralis*. II. 28.
TEFRE. Epitheton *Jovis Fulminantis, & comburentis*. I. 18.
TEKVRIES. *Decuries*. VIII. 1.
TERMNVCO. *Terminus*. II. 53.
TERTIAME. *Tertiam*. I. 13.
TERTV. *Tertius*. VII. 40.
TERTIM. *Perfectum*. II. 64. five *Tertium*.
TETOME. *Totum*. I. 14. Ibi fermo eft de quibufdam populi ordinibus.
TESCAM. *Tescua* loca augurio confecrata. VI. 13.
TESENAKES. Vid. *Tesenocir*. V. 14.
TESENOCIR. *Statuere*, vox Pontificalis. I. 20.
TESTRV. *Dexter*. XI. 23.
TEXTRE. *Dextera*. VIII. 27.
THVRES. *Ture*. VI. 20.
THVSCER. Pars altera *Tribus Tarsinatis* dicta a Thufcis. II. 53.
TIBLV. Genus victimae. VIII. 23.
TIKAMNE. Epithetum *Jovis Datoris fortunae*. VII. 8.

TIOM. *Tibi*, vel *Tuum*. II. 28.
TIOM. *Tibi*. I. 54.
TIO. *Tibi*. I. 25.
TIR. *Ter*. XI. 13.
TIV. *Sacrum*, five *sacrificare*. VII. 23.
TLATIE. Vocabulum alicujus *Terrae* in agro *Iguvino*. X. 9.
TORV. & TVRV. *Taurus*. II. 43.
TOTAPER. Pro *tota*, five *universa*. I. 23.
TOTAR. *Tota*. II. 53.
TRA. *Dea Traha, Sahata*, five *Segesta*. VII. 13.
TRAHA SAHATAM. *Leja*, & *Segesta*. III. 39.
TRASATA. *Dea Seja*. VI. 31.
TREBEIT. TREBO. TREBVF. Juppiter *tribulis*, five *tribuum custos*. I. 8.
TREBLANIR. TREPLANES. *Ter circumferre*. I. 22.
TREFIPER. Epithetum *Jovis*, attributum Regionis *Iguvinae* in honorem ejufdem *Jovis*. II. 30.
TREMITV. *Timorem incutiens*. I. 2.
TREMNV. *Tremendus*. I. 2.
TRIBRIBV. *Tribus*, five *Tribulis*. IX. 8.
TRIBRISINE. vox compofita a *Tribu*, quafi *Tribulis*. I. 54.
TRIF. *Tres*. I. 19.
TRIFOR. Pars Curiae, feu *Tribus Tarsinatium Iguvinorum*, dicta a *tribus foris*. II. 53.
TRIOPER. *Per tres*. I. 1.
TVA. *Duo*, vel *secundus*. VII. 27.
TAV. & VESTRA. Idem quod Latinis. I. 30.
TVDERO. a *Tudiculare, commovere*, vox Pontificalis. I. 15.
TVER. *Tuus*. I. 27.
TVRSA. Epithetum *Martis*. II. 58.
TVRSIANDV. Epithetum *Martis Turii*. IV. 2.
TVRSITV. Epithetum *Martis Turii*. IV. 2.
TVSE. IV. *Thyfius Juppiter*. VI. 40.

Finis Lexicon Vocum Etruscarum.

INDEX RERUM

Quæ in hoc Volumine continentur.

A

B

C

Chi-

Gi-

H

I

L

M

Mone-

O

P

Q

R

S

T

V

Z

F I N I S.

